

AA0004049102



UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



REESE LIBRARY
OF THE
UNIVERSITY OF CALIFORNIA.

Received *Mar. 27* 1893.

Accessions No. *50807*. Class No. *767*
V212
v.135

PA
6105
V24
v.135 Valpy -
Delphin classics.


Southern Branch
of the
University of California
Los Angeles

Form L 1

PA
6105
V24
V.135

This book is DUE on the last date stamped below

Form L-9-15m-8,'26



Digitized by the Internet Archive
in 2008 with funding from
Microsoft Corporation

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ LIBRI XXXVII

EX EDITIONE GABRIELIS SVOETII

CVM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIOIBUS

C. PLINII SECUNDI

NOTIS VARIORUM

NATURALIS HISTORIÆ LIBRI XXXVII.

INDICIBUS ANNOTATIONIBUS

VOL. VI.

APUD G. W. B. & CO.

1853

LIBRARIIS

F

LONDON

PRINTED BY G. W. B. & CO. 1853

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ LIBRI XXXVII.

EX EDITIONE GABRIELIS BROTIER

CUM NOTIS ET INTERPRETATIONE

IN USUM DELPHINI

VARIIS LECTIONIBUS

NOTIS VARIORUM

RECENSU EDITIONUM ET CODICUM

ET

INDICIBUS LOCUPLETISSIMIS

ACCURATE RECENSITI.

75956

VOLUMEN SEXTUM.

T

LONDINI:

CURANTE ET IMPRIMENTE A. J. VALPY, A. M.

1826.



UNIV. OF CALIFORNIA
SOUTHERN BRANCH
C. PLINII SECONDI

NATURALIS HISTORIA LIBRI XXXVII
EX EDITIONE GABRIELIS BRONNI

PER SOCIETATEM LIBRARIORUM

IN USUM DELPHINI

VARII LECTORIBUS

NOTIS 70807 MURORI

NECESSARIIS ET CODICIBUS

INDICIBUS DOCTISSIMIS

ALBERTI BRONNI

1792

FOURTH EDITION

F

1792

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF CALIFORNIA

1792



in suo^z mansit amphitheatrica. Post hanc Saitica, ab oppido, ubi maxima fertilitas, ex vilioribus^a ramentis: propiorque etiamnum cortici Leneotica,^{4b} a vicino loco, pondere jam hæc, non bonitate, venalis. Nam emporetica^c inutilis scribendo, involucris chartarum, segestriumque^d in⁵ mercibus usum præbet: ideo a mercatoribus^e cognominata. Post hanc papyrus^f est, extremumque ejus scirpo^g simile, ac ne funibus quidem, nisi in humore, utile.

Texuntur omnes,^h madente tabula⁶ Nili aqua: turbidus liquor glutinis præbet vicem.⁷ Primo supinaⁱ tabula

vulg. ante Harduinum.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Teneotica* Chiff. *Tæniotica* Gronov. et edd. vett.—5 Voc. in deest in Tolet.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Texuntur omnes tabulæ madentes* Gronov. et edd. ante Harduin. Vide Nott. Var. item Not. et Emend.—7 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. ‘Hunc locum aliosque nonnullos emendare voluit Cl. de Jussieu; sed minime necessario, et infelicitè. Nihil peccat, nihil quoque mutandum.’ *Brotier*. Franz. *turbidus liquor vim glutinis præbet vicem*. Gronov. et al. ante Harduin. *Turbidus liquor vim glutini præbet cum primo, &c.* Cod. Dalec. *Turbidus l. vim glutinis præbet in re, cum primo, &c.*

NOTÆ

^z *In suo*] In suo nomine et ordine.

^a *Ex vilioribus*] Ex philyris postremis, propioribusque cortici. De Saitica præfectura v. 9.

^b *Leneotica*] Ita Mss. omnes, Reg. Colb. Paris. &c. Libri vulgati, *Tæniotica*. Isidorus vi. 10. *Teneoticum* legit. ‘Teneotica,’ inquit, ‘a loco Alexandria, qui ita vocatur, ubi fiebat.’

^c *Emporetica*] Isidorus loc. cit. ‘Emporetica, quod ea merces involvuntur, cum sit scripturis minus idonea.’

^d *Segestriumque*] Pro chartis, inquit, et segestribus, mercium involucris adhibetur. Segestria vulgus apud nos appellat, *des serpillieres*, quibus merces involvi solent. Vossium vide in Etymologico.

Delph. et Var. Clas.

^e *A mercatoribus*] Quos Græci ἐμπόρους vocant.

^f *Papyrus*] Nunc demum ventum est ad extimum corticem, quod papyrus vocat.

^g *Scirpo*] Festus: ‘Scirpus est id, quod in palustribus locis nascitur læve et procerum, unde tegetes fiunt.’ Brevius juncum dixisset.


^h *Texuntur omnes*] Omnia genera chartarum superius memorata texuntur super tabula, sive assere ligneo, qui Nili prius aqua madaat: hæc enim aqua glutinis instar est, cum præcipue est turbida. Texi porro papyrus dicebatur, quod plane in morem telarum peragi soleret, et stamen suum, suumque subtemen, haud minus quam tela, haberet. Vide Notas et Emend. num. 15.

ⁱ *Primo supina*] Erecta paululum

Plinius.

scheda allinitur longitudine papyri, quæ potuit esse, resegmentibus utrimque amputatis: transversa^j postea crates peragit.⁸ Premitur deinde prelis, et siccantur Sole plagulæ,^k atque inter se junguntur, proximarum semper bonitatis diminutione ad deterrimas.⁹ Nunquam plures scapo,^l quam vicenæ.¹

XXIV. Magna in latitudine earum differentia: XIII. digitorum optimis:^m duo detrahuntur hieraticæ:ⁿ Fanianiana denos habet: et uno minus amphitheatrica: pauciores Saitica: nec malleo^o sufficit: nam emporeticæ brevitatis



Mox, Turneb. *supinæ tabulæ schida*.—8 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *deinde crates peragit* Turneb. *postea crates peragitur* edd. vett. et Gronov. Mox, *Premuntur deinde prelis, et siccantur satæ vel udæ* Guil.—9 Dalec. *intimarum semper b. d. ad extimas*.—10 Vet. Dalec. *plures philyræ scapo*.

NOTÆ

supinaque tabula, scheda seu philyra primo allinitur, quæ ea longitudine sit, qua papyrus est, unde exsecta philyra est, resegmentibus utrimque amputatis. Mox ab utroque illius latere alia atque alia adjungitur: ut pluribus tabula sternatur philyris, quemadmodum in tela stamen filis pluribus constat parallelis. Cassiodorus loc. cit. de papyro: 'Junctura sine rimis, continuitas de minutiis, viscera nivea virentum herbarum, scripturabilis facies, quæ nigredinem suscipit ad decorem,' &c.

^j *Transversa*] Deinceps, inquit, aliæ philyræ transversæ superponebantur, quæ cratem peragerent: crates enim sic texuntur, ex directis scilicet, transversisque virgibus. Sic etiam in tela subtemen stamini transversum inseritur. Quare chartam omnem bilicem fuisse, ut telam, scito: hoc uno discrimine, quod in conficienda charta subtemen stamini solum imponebatur, et connectebatur idem glutini ope: in tela autem stamini subtemen inseritur, decurritque

per medium, mutuo amplexu, veluti nodo constrictum.

^k *Plagulæ*] Utraque igitur scheda sic contexta, ex duplici serie rectarum, transversarumque philyrarum, plagulæ appellabantur: nos papyri folia vulgo vocamus. Ex his plurimæ, hoc est, vicenæ simul junguntur, ut scapum efficerent: proximæ, sive extimæ, meliores: deinde bonitatis diminutione deterrimæ in medio.

^l *Quam vicenæ*] Folia nos hodie quaternæ et vicenæ in papyri, ut barbari aiunt, manu, ut Latini, scapo, ponimus.

^m *Optimis*] Augustæ et Livianæ: maxime vero Claudianæ, de qua inferius.

ⁿ *Hieraticæ*] Quæ tertium, ut dictum est supra, nomen obtinuit. Fuit hæc undenum digitorum.

^o *Nec malleo*] Adeo angusta est, ut malleum latitudine non adæquet: multoque minus Emporetica par malleo fuit: cum ejus brevitatis sex digitos non excederet.

sex digitos non excedit. Præterea spectantur in chartis tenuitas, densitas, candor, lævor. Primatum^p mutavit Claudius Cæsar: nimia quippe Augustæ tenuitas tolerandis non sufficiebat calamis. Ad hoc transmittens literas lituræ metum afferebat ex aversis:^{1 q} et alias indecoro visu pertranslucida. Igitur^r e secundo corio statumina facta sunt: e primo, subtemina.² Auxit et latitudinem. Pedalis erat mensura, et cubitalis macrocollis:^{3 s} sed ratio deprehendit vitium, unius schedæ^t revulsione plures infestante paginas. Ob hæc prælata omnibus Claudia, (Au-



CAP. XXIV. 1 Ita Vet. Dalec. omnes codd. Harduini, edd. Harduin. et recentt. *afferebat ex adversis* cod. Dalec. *afferebat adversis* Gronov. et edd. vett.—2 Ita Brotier. e cod. Reg. 1. *subtegmīna* Editio princeps, Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Igitur et s. c. s. f. sunt e primo subtegmīne* Gronov. et al. vett. Vide Nott. Varr.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd.

NOTÆ

^p *Primatum*] Primas Augustæ chartæ ademit: dedit Claudiæ a se cognominatæ.

^q *Ex aversis*] Subintellige, literis. Ita Mss. omnes, non *adversis*. Aversa litera est, quæ a tergo scripta est: sic *charta aversa*, *πισθόγραφος*. In translucida charta metus, inquit, lituræ fuit ex aversa scriptura. Lituram intellige, maculam quæ funditur ex atramento in chartam bibulam.

^r *Igitur*] Igitur jam non ex tenuissimis primis philyris, quibus Augusta tota constabat, sed partim ex primis, partim ex secundis chartam laudatus proxime Imperator curavit confici, cui primatum arrogavit: cum antea Augustæ chartæ stamen subtemenque fieret ex iisdem, hoc est, primis philyris, atque adeo nimia ejus tenuitas foret: Liviæ stamen subtemenque pariter e secundis: Claudius medium ex utraque genus excogitavit, quod calamos toleraret, nec transmitteret literas: ex primis phi-

lyris (corium *μεταφορικῶς* vocat) chartæ sui nominis fieri stamen, seu statumen, præcepit: ex secundis, subtemen. Locum hunc una Mss. codicum ope sanavimus: quibus Scalligeri, Guilandini, aliorumque conjecturæ pessum emnt.

^s *Macrocollis*] Ita Mss. Reg. Colb. &c. non *macrocolis*: hoc est, *μακροκόλλοις*, non *μακροκόλοισ*. Chartæ olim inter se jungebantur, et glutino compingebantur. Majore modulo compaginatam chartam *μακρόκολλον* vocabant. Hæ 'chartæ majores' apud Sueton. in Augusto. Et apud Martial. l. 45. 'major charta, minorque:' quod fugit omnes adhuc interpretes.

^t *Unius schedæ*] Cum plagula una longior eximebatur a prelo, ut siccaretur Sole, abstrahi in totum ea vix poterat, quin scheda aliqua transversa seu philyra a sua pagina divideretur, subjectasque paginas, (nos folia dicimus,) iis adhærescens, læderet, infestaret, corrumperet.

gustæ in epistolis auctoritas relicta, Liviana suam tenuit,) cui nihil ^u primæ erat, sed omnia secundæ.⁴

XXV. Scabritia lævigatur ^a dente, conchave: sed caducæ ^b literæ fiunt. Minus sorbet politura charta, magis splendet.¹ Rebellat ^c sæpe humor incuriose datus primo, malleoque ^d deprehenditur,² aut etiam odore,^e cum fuerit indiligentior.^f Deprehenditur et lentigo ^g oculis: sed inserta mediis glutinamentis tænia,^h fungo papyri bibula,³



Harduin. et recentt. *macrocolis* Gronov. et al. ante Harduin.—4 ‘Locum hunc parentesi distinxi. Aliter turbantur omnia, ut patet ex interpretatione eruditi Haruini, qui *primam* referebat ad Claudiam chartam; *secundam*, ad Augustam: quod absurdum est. Vitium quidem præsenferat Cl. de Caylus, pag. 312. Sed hæc, *præclata omnibus Claudia*, loco suo dimota perperam sentiebat.’ *Brotier*. Harduinus ex codd. *Ob hæc p. o. Claudia, A. in e. a. relicta: L. s. tenuit, cui nihil primæ erat, sed omnia secundæ; Gronov. et al. veti. Ob hoc p. o. Claudia: A. in e. a. relicta: L. s. tenuit, cui nihil e prima erat, sed omnia e secunda.* ‘Ms. *primum erat, sed omnia secunda.* In vulg. lectione Turneb. expungit e.’ Dalec.

CAP. XXV. 1 Dalec. *magisque splendet.*—2 Ita Harduin. et recentt. ex codd. *incuriose datus, primoque malleo deprehenditur* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, cod. Dalec. *et vi etiam odoris.* Deinde Vet. Dalec. *cum fuerit ars indiligentior.*—3 ‘Salmasianam hic lectionem secuti sumus, *sed inserta mediis*

NOTE

^u *Cui nihil*] Quæ nullas primæ, hoc est, Claudie, dotes haberet: habet autem omnes secundæ, hoc est, Augustæ.

^a *Lævigatur*] Complanatur, erugatur, politur. Chartarum nunc vitia expedit.

^b *Caducæ*] Fugax est, instabilisque scriptura: moderato tamen polita attritu non sorbet atramentum papyrus, sed retinet: et nitore tum magis oculis placet.

^c *Rebellat*] Humorem vocat liquorē Nifi turbidum, qui glutini, ut diximus, vicem præbebat in texendis chartis: hic si primo incuriose et minus temperate datus fuerat, rebellabat interdum, et quod esset humore passim nimio madida, scribenti veluti resistebat, ac reluctabatur.

^d *Malleoque*] Quia exprimitur malleo humor, exsudatque sub ictibus,

qui minus probe fuit prelo exsuctus.

^e *Odore*] Prodit etiam labem odor, charta præsertim negligentius prelo compressa, siccataque, fœtidus ac situm olens: qui nec prelo elisus est, nec insolatu dissipatus.

^f *Indiligentior*] Ita libri omnes. Forte rectius, *indulgentior*, hoc est, largior, abundantior, humor scilicet.

^g *Lentigo*] Macula lentiginosa, chartarum plagulis aspersa, colore subrufa, qualis in hominum ore conspicitur. Hæ sordes, hi nævi deprehenduntur oculis, obversa ad Solis lumen charta.

^h *Tænia*] Tænia, inquit, hoc est, inanis quidam in plagulis ductus, cui vel gluten non adhæsit, vel illitum evanuit, aut corruptum est, jam neque malleo, neque oculis, sed vix aliter quam scriptura ipsa deprehen-

vix nisi litera fundente se: tantum inest fraudis.⁴ Alius igitur iterum texendis labor.

XXVI. Glutinum vulgare e pollinis flore temperatur fervente aqua, minimo aceti aspersu: nam fabrile gummi-que fragilia sunt. Diligentior cura: mollia panis¹ fermentati colata² aqua fervente: minimum hoc modo intergerii:³ atque etiam lini lenitas³ superatur. Omne autem glutinum nec vetustius esse debet uno die, nec recentius. Postea malleo tenuatur, et iterum glutino percurritur, iterumque constricta erugatur, atque extenditur malleo. Ita sunt longinqua monumenta Tiberii Caiique Gracchorum manus, quæ apud Pomponium^k Secundum vatem civemque clarissimum vidi annos fere post cc. Jam vero Ciceronis, ac Divi Augusti, Virgiliique sæpenumero videmus.

XXVII. (XIII.) Ingentia exempla¹ contra Varronis² sententiam de chartis reperiuntur. Namque Cassius Hemina, vetustissimus^b auctor Annalium, quarto eorum

//////////

ina e junco papyri bibulo. Gesner.—4 Scaliger, *nisi litera fundenti se tantum est fraudi.*

CAP. XXVI. 1 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *mollis panis* Gronov. et edd. vet.—2 Dalec. legit *collato*, sub. *mollis*.—3 *Nili lenitas* Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. XXVII. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et re-

NOTE

ditur: nam dum sola papyri fungosa bibulaque raritas, absque tectorio nullo, calamis scribentium occurrit, literam sive atramenti scripturam, dum haurit, diffundit: itaque ea combibitur, et utramque chartæ faciem, tam aversam, quam adversam, inquinat.

ⁱ *Intergerii*] Cum esset gluten illud tenuissimum, levissimumque, minimum inter singulas schedas spatium occupabat. Intergerium vocat medium glutinamentum quod inter duas schedas interjectum erat: ab intergerivo pariete ducta metaphora. Vi-

de Voss. in Etymol.

^j *Lini lenitas*] Ita Mss. omnes, non *Nili*, ut editi, quod est ineptum. Hoc inquit, glutine lævior fit charta, ita ut ne lino quidem chartæ lævitas cedat.

^k *Pomponium*] Diximus de eo VII. 18.

^a *Contra Varronis*] Qui ante Alexandriam conditam usum chartæ ex papyro Ægyptia confectæ fuisse negabat, ut dictum est cap. 21.

^b *Vetustissimus*] Vide Notas et E-mend. num. 16.

libro prodidit, Cn. Terentium^c scribam, agrum suum in Janiculo repastinantem, offendisse arcam, in qua Numa, qui Romæ regnavit, situs fuisset. In eadem libros ejus repertos P. Cornelio L. F. Cethego,^d M. Bæbio Q. F. Pamphilo^{2 e} cons. ad quos a regno Numæ^f colliguntur anni DXXXV.^g et hos fuisse e charta:^h majore etiamnum



centt. *Ingentia quidem exempla* Gronov. et edd. vett.—2 *Tamphilo* Sigonius.

NOTÆ

^c *Cn. Terentium*] Vide Notas et Emend. num. 17.

^d *Cethego*] Cave Cethego huic ascribas, aut ei quem Catoni comparat Horatius, II. Ep. 2. 117. nummum argenteum, qui est in Thesaurio Regio, cum Cethegi, ut creditur, nomine. Caput Romæ galeatum exhibet, galea desinente in formam pilei, quem gerunt equites nostri, Dracones appellati: ut et Germanici. Retro, EX. SC. 'Ex Senatusconsulto.' .)(. Vir capræ inequitans, palmam humerog gerit: infra capram, CETHEGVS: literis tribus inter se nexis TH. et E. Inferius, ROMA: intra coronam lauream victoriæ symbolum alterum. Si *Cethegus* hic intelligendus esset, non sine gentis suæ, scilicet non sine *Cornelii* nomine scriberetur; nec tali situ. Sententia est: 'Cohors Equestris Trajani Hostilem Equitatum Germanorum Vicit Sexies.' Capra symbolum illius cohortis Equestris fuit, quia Jovi sacra: unde et Jovem fabulæ ferunt caprino lacte nutritum. Cohortem fuisse victricem et palmæ ramus et laurea corona significat: de Germanis autem equitibus, forma galeæ, qua Roma tegitur. Inde haud dubie Trajanus 'Germanicus' est cognominatus. Nummi alii quinque, quos ex Goltzio profert D. Vaillant, inscriptos CETHEGVS, ficti illi in otio

sunt.' *Ed. sec.*


^e *Pamphilo*] Ita libri omnes, etiam Mss. Tamen in vetere nummo familiæ Bæbiæ, apud Patin. p. 45. TAMPIL. ex una parte, ex adversa, M. BÆBI. Q. F. Tampilum dixere veteres pro Tamphilo: ut 'triumpum,' pro triumpho: et in nummis TROPÆA, pro TROPILÆA. Gessere hi Consulatum anno Urbis DLXXIII. Livio teste, I. XL. p. 510. ubi Corn. Lentulus et Bæbius Pamphilus appellantur.—'Est quidem in nummis e Thesaurio Regio, et apud Patinum, in Familiis, p. 45. TAMPIL. Sed habent eæ literæ hanc sententiam: 'Titus Antoninus Marathi (in Phœnicia) Præsidariam Imposuit Legionem.' Cave enim credas Fastis asserentibus 'Tamphilum' cognomen Bæbiæ gentis esse. Caput Romæ victricis galeatum et alatum nummus exhibet ea parte altera, quadrigas currentes: infra, M. BÆBI. C. F. 'Marcus Bæbius' Triumvir Monetalis 'Caii' pariter Triumviri 'Filius.' *Ed. sec.*

^f *A regno Numæ*] Ab initio regni: quod ille capessivit anno U. C. XXXIX.

^g *Anni DXXXV.*] Plutarchus in Numa, p. 74. annos numerat fere quadringentos: sed magno errore.

^h *E charta*] Quæ ex papyro Ægyptia esset confata.

miraculo, quod tot infossi duraverunt³ annis: quapropter in re tanta ipsius Heminæ verba ponam: ‘Mirabantur alii, quomodo illi libri durare potuissent: ille ita rationem reddebat: lapidem fuisse quadratum circiter in media arca vinctum candelis¹ quoquo versus. In eo lapide insuper libros impositos fuisse: propterea arbitrari eos non computruisse.⁴ Et libros citratos^{5j} fuisse: propterea arbitrarier tineas non tetigisse. In his libris scripta erant⁶ philosophiæ Pythagoricæ.^k Eosque combustos a Q. Petilio¹ prætore, quia philosophiæ scripta essent.’ Hoc idem tradit L. Piso^{7m} censorius primo commentariorum: ‘Sed libros septemⁿ juris pontificii, totidemque Pythagoricos fuisse:’ Tuditanus tertio decimo,⁸ ‘Numæ decretorum fuisse:’ ipse Varro Humanarum antiquitatum sexto,⁹ Antias secundo, ‘duos pontificales Latinos, totidem Græcos



—3 Cod. Dalec. *duraverint annis; quapropter hic retenta.*—4 Guiland. *quadratum circiter in medio. In eo lapide insuper libros impositos fuisse, arcte vinctos candelis quoquo versus. Propterea arbitrarier, &c.* Cod. Dalec. *medio arce vinct. cand. quaquaversum, &c.* Vet. Dalec. *medio arcte vinctum, &c.*—5 Gronov. et al. ante Harduin. *cedratos.*—6 Vet. Dalec. *contigisse. Nulla in iis libris scripta erant, nisi.*—7 C. Piso Gronov. et al. ante Harduin.—8 Ita Brotier. e cod. Reg. 1. *Tuditanus decimo tertio edd. ante Brotier.*—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *decretorum libros duodecim fuisse. Ipse Varro H. a. sexto cod. Dalec. Numæ decretorum fuisse al. ap. Dalec. Libros duodecim fuisse, ipse*

NOTÆ

¹ *Candelis*] Candelis tortilibus, cuiusmodi nos lina habemus tenuiter incerata.—‘*Candelis*] E scirpis, vel ex corylo, ut ipse monet, xvi. 70.’ *Ed. sec.*

^j *Libros citratos*] Quibus videlicet interjecta citri folia, quorum hæc propria dos, ut arceant animalium noxia, hoc est, tineas, quemadmodum dictum est XII. 7. ubi vide quæ in Notis adjecimus, de citrosa veste. In libris hactenus editis, *cedratos* legitur. At Mss. Reg. Paris. Tolet. *citratos.*

^k *Pythagoricæ*] Livius lib. XL. pag. 513. hoc ipsum referens, ‘Adjicit


Valerius Antias,’ inquit, ‘libros Pythagoricos fuisse: vulgatæ opinioni, qua creditur Pythagoræ auditorem fuisse Numam, mendacio probabili accommodata fide.’

¹ *A Q. Petilio*] Livius loc. cit. Lactantius I. 22. Plutarch. in Numa, p. 74. ex Pisone, *ὡς ἱστέθησε Πέλιου.*

^m *L. Piso*] Vide Auctorum Indicem. In libris vulgatis perperam, *C. Piso.*

ⁿ *Libros septem*] Latinos nempe de jure Pontificum, totidemque Græcos de disciplina sapientiæ, ut ait Val. Max. loc. cit.

præcepta philosophiæ continentēs. Idem^o tertio ponit, 'quo comburi eos placuerit.' Inter omnes vero convenit Sibyllam^p ad Tarquinium Superbum^q tres libros^r attulisse: ex quibus igni¹⁰ duo cremati ab ipsa, tertius cum Capitolio Syllanis^s temporibus. Præterea Mucianus ter consul prodidit nuper se legisse, cum præsideret Lyciæ, Sarpedonis a Troja scriptam in quodam templo epistolæ chartam. Quod eo magis miror, si etiamnum Homero condescende Ægyptus^t non erat: aut cur, si jam hic erat usus, in ipsa illa Lycia^{11 u} Bellerophonti codicillos datos, non epistolas, prodidit? Sterilitatem^v sentit hoc quoque: factum-



Varro *Humanarum antiquitatum quinto* Gronov. et al. ante Harduin.—10 Cod. Salmant. inibi.—11 'Ms. erat usus in plumbeis linteisque voluminibus scripturatum (scriptitatum Vet.) constat: cur et Homerus in ipsa illa Lycia.' Dalc.—

NOTÆ

^o *Idem*] Nempe Valerius Antias. De his scriptoribus dicemus in Auctorum Indice. *Quo comburi*, hoc est, qua causa.

^p *Sibyllam*] Cumanam vocat Solinus c. 2. p. 14. Varro apud Servium, Erythræam. Et Cumis Erythræam vaticinia edidisse auctor est Aristoteles.

^q *Superbum*] Ita Dionys. Halic. *Antiq. Rom.* l. iv. p. 259. et Gellius i. 19. p. 83. At Varro apud Lactant. i. 6. Suidas, aliique, id Tarquinio Prisco factum adjudicant. Quin Solinus ipse quoque, loc. cit. quamvis ex Plinio Superbum vocet, cum tamen rem gestam esse narret Olymp. l. Priscum omnino videtur intelligere. Quid quod et Plinius xxxiv. 11. Sibyllæ juxta Rostra positam esse statuat Tarquinii Prisci ætate significat? Illud nimirum est: utriusque Tarquinio Superbi cognomen indidit antiquitas. Sic Digest. lib. i. tit. 2. de Orig. Juris, § 2. de legibus regiis, Pomponius, dum Tarquinium Superbum Demarati filium vocat, Priscum

intelligit, ut Cujacius ante nos vidit. —' Quin Solinus ipse, &c. intelligere. Verum a Plinio tempora accuratissime designari, plurima nobis argumenta suadent. Neque eorum conjecturæ subscribimus, qui ut pugnantēs inter se scriptores concilient, inditum fuisse utrique Tarquinio Superbi cognomen absque ullo auctore aut teste antiquo fingunt. Potuit Sibylla Tarquinium utrumque vidisse, et Priscum, et Superbum. Vide Plin. xxxiv. 11.' *Ed. sec.*

^r *Tres libros*] Hæc paulo aliter Gellius, et Dionys. Halic. locis citatis, quos tu consule.

^s *Syllanis*] Vide xxxiii. 5.

^t *Ægyptus*] Delta Ægyptiacum, ut dictum est c. 21.

^u *In ipsa illa Lycia*] Bellerophonti in Lycia existenti. Homericos versus recitavimus c. 21.

^v *Sterilitatem*] Est quandoque, inquit, etiam hujusce rei, hoc est, papyri annua sterilitas, penuria, annoaque carior. Erat adhuc Cassiodori ævo mos ille scribendi in papyro Æ.

que jam Tiberio principe inopia chartæ, ut e senatu darentur arbitri dispensandæ: ¹² alias in tumultu vita erat.

XXVIII. (XIV.) Æthiopia, Ægypto contermina, insignes arbores non fere habet, præter laniferas, quarum natura in descriptione Indorum ¹ atque Arabiae dicta est. ^a Propior tamen huic ^b natura lanæ, majorque ^c folliculus granati modo mali: similesque et inter se arbores ipsæ. Præter hanc ² palmæ, quales retulimus. ^d Insularum arbores ambitu Æthiopiæ, et nemora odorata, in mentione earum dicta sunt. ^e

XXIX. (XV.) Atlas mons peculiari proditur sylva, de qua diximus. ^f Confines ei Mauri, quibus plurima arbor citri, ¹ ^g et mensarum insania, quas fœminæ ^h viris contra margaritas regerunt. Extat hodie M. Ciceronis in illa paupertate, et quod magis mirum est, illo ævo emta H-S. \bar{X} . ² ^r Memoratur et Galli Asinii, H-S. \bar{XI} . ^j Venumdatæ sunt et duæ a Juba rege pendentes: ^k quarum alteri pre-

//////////

12 Ita codd. Harduini, Chiffli. et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *arbitri dispensandi* Gronov. et edd. vett.

CAP. XXVIII. 1 'Indicarum, sub. arborum.' Dalec.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *has*.

CAP. XXIX. 1 Gronov. et al. ante Harduin. *cedri*.—2 'D. P. Ciaccon. de

NOTÆ

gyptia: Eustathii temporibus plane obsoleverat, hoc est, sæculo duodecimo, ut observat Allatius, in *Animadv. ad Antiq. Etrusc.* n. 55. p. 97.

^a *Dicta est*] Lib. XII. c. 21. et 22.

^b *Propior tamen huic*] Peculiari Æthiopiæ arbori, quæ lanifera fuit.

^c *Majorque*] Quam gossypinis arboribus, quarum folliculos cucurbitas appellavit, cotonei mali amplitudine, XII. 21.

^d *Retulimus*] Cap. 9.

^e *Dicta sunt*] Lib. VI. c. 36. et 37.

^f *De qua diximus*] Lib. V. c. 1.

^g *Arbor citri*] Gemina fuit arbor citri veteribus cognita: et malus nempe Assyria, de qua sup. libro: et hæc

citrus Atlantica quam Græci *θύρον* vocabant. Vide Notas et Emend. num. 18.

^h *Quas fœminæ*] Hanc citrearum mensarum insaniam fœminæ viris objiciunt, ut margaritarum luxum viri fœminis vicissim exprobrant.

ⁱ *H-S. \bar{X} .*] Hoc est, sestertium decies centena millia: Gallicæ monetæ, ut nunc sunt pretia metallorum, libræ sunt Turonicæ, ut vocant, 100000. Vide Notas et Emend. num. 19.

^j *H-S. \bar{XI} .*] Hoc est, sestertium undecies centena millia: Turonicæ libræ, 110000.

^k *A Juba rege pendentes*] Quia Juba demortui cum reliquis bonis men-

tium fuit H-S. XII.³ alteri paulo minus. Interiit nuper incendio a Cethegis^m descendens, H-S. XIV.ⁿ permutata,⁴ latifundii taxatione, si quis prædia tanti mercari malit. Magnitudo amplissima adhuc fuit, unius commissæ ex orbibus^o dimidiatis duobus, a rege Mauretaniæ Ptolemæo,^p quatuor pedum et semipedis per medium^q ambitum, crassitudine quadrantali.^a Majusque miraculum in ea est artis, latente junctura, quam potuisset esse naturæ. Solidæ autem a Nomio Cæsaris^s liberto cognomen trahentis,^r tribus sicilicis^s infra quatuor pedes, totidemque infra semipedem crassitudinis. Qua in re non omittendum vide-

^a Quadrantem pedis unius, hoc est, pollices tres crassitudine obtinuit.



Triclin. p. 13. ubi et de seq. numero.' Dalec.—3 Gronov. et al. ante Harduin. et duæ Juba rege vendente ... H-S. XV.—4 Parm. quam Cethegus decedens H-S. XIV. permutaverat; Vet. Dalec. permutati. Mox, mercari velit Budæus.—5 Ita Harduin. et recentt. natura solidæ a Nomio, &c. margo edd. Dalec. et Gronov. natura solidæ. Item a Nomio Tiberii Cæsaris Gronov. et al. ante Har-

NOTÆ

sæ illæ duæ sub titulo pependerit, cum sub hasta venirent: is enim in auctionibus mos fuit. Vide Notas et Emend. num. 20.

¹ H-S. XII.] Ita Mss. omnes, non XV. ut editi: crescente nimirum gradatim mensarum pretio. Sesterium duodecies centena millia libræ sunt Turonicæ 120000.

^m A Cethegis] Quæ Cethegorum familiæ fuerat: ex qua Consul Corn. Lentulus Cethegus, de quo cap. 27. Vide Notas et Emend. num. 21.

ⁿ H-S. XIV.] Sesterium quatuordecies centena millia: Turonicæ libræ, 140000.

^o Ex orbibus] Erant enim eæ mensæ orbiculatæ: quare Mauros orbes appellat Martialis ix. 23. elephantinis dentibus, hoc est, pedibus ebores suffultos, 'Ut Mauri Libycis centum stent dentibus orbes.'

^p Ptolemæo] Jubæ filio, de quo in

Auctorum Indice, verbo Juba.


^q Per medium] Itaque totus mensæ ambitus pedum novenum fuit.

^r Cognomen trahentis] Nomianæ cognominatæ: et solida illa quidem fuit, uniusque trunci, non ex dimidiatis duobus, ut superior.

^s Tribus sicilicis] Sicilius quarta pars pollicis est, sive uncix. Volusius, 'Dividitur uncia in quatuor sicilicos, id est, in quatuor quartas.' Festus, 'sicilicum dictum, quod semunciam secet.' Pollices duodeni pedem constituunt. Fuit igitur huic mensæ amplitudo pedum non omnino quaternum. Deerat solum tres sicilici, hoc est, pollicis unius dodrans, seu partes tres. Sic crassitudo semipedem non æquabat: tantundem semipedi deerat, ne solidus semipes foret, nempe dodrans pollicis unius.

tur, Tiberio principi mensam quatuor pedes sextante^t et sicilico excedentem, tota vero crassitudine sescunciali, operimento laminæ vestitam⁶ fuisse, cum tam opima^u Nomio liberto ejus esset. Tuber hoc^v est radiceis, maximeque laudatum,⁷ quod sub terra totum fuerit: et rarius quam quæ superne, quæque gignuntur etiam in ramis, proprieque quod tanti emitur, arborum vitium est, quarum amplitudo ac radices æstimari possunt ex orbibus.^w Sunt autem cupresso fœminæ etiamnum sylvestri similes folio, odore, caudice. Ancorarius mons vocatur citerioris Mauritanæ, qui laudatissimam dedit citrum,⁸ jam exhaustus.

XXX. Mensis præcipua dos in venam^t crispis, vel in vortices parvos.^{2 a} Illud oblongo evenit discursu, ideoque tigrinum³ appellatur: hoc intorto, et ideo tales pantherinæ



duin. *Tiberii* non legitur in cod. Dalec.—6 Vet. Dalec. *conchylii et laminæ per medium vestitam*. Mox, *cum tam optima* cod. Dalec. et Vet. ejusdem.—7 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Nomio liberto ejus esset, cujus materia erat tuber. Hoc est radiceis vitium, maximeque in eo laudatum* Gronov. et al. ante Harduin.—8 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cedrum* Gronov. et vett. Dalec.

CAP. XXX. 1 Alii ap. Dalec. *dos longa vena*; Gronov. *dos in vena*; Vet. Dalec. *dos in venas*; codex ejusdem *dos in venam*; et sic Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—2 ‘*Ms. vertices parvis. Lego, in vortices sparsis.*’ Dalec. Gronov. et al. ante Harduin. *in vertice variis*.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum

NOTÆ

^t *Sextante*] Sextans pars est assis sexta, sive unciaë duæ. Assem appello rem integram quancumque, seu ponderis, seu mensuræ, cujus pars duodecima uncia appellatur. Hanc igitur mensam Plinius ait longitudinis habuisse pedes quaternos, et binos præterea pollices, et pollicis quadrantem, sive sicilicum: crassitudine vero sesquipollicem æquavisse.

^u *Tam opima*] Tot partibus amplior: cum nempe novenos pedes circuitu liberti mensa contineret: principis, tantum quaternos.

^v *Tuber hoc*] Id laminæ operimentum e radiceis tubere est, sive nodo: cujus laus præcipua est, quod sub


terra conditum totum fuit, ubi rarius tuber gignitur, quam superne: nam et in ramis tubera oriuntur. De his arborum nodis Seneca de Benef. VII. 10. ‘*Video istic mensas, et æstimatum lignum Senatoris censu, eo pretiosius, quo illud in plures nodos arboris infelicitas torsit.*’ Vide Notas et Emend. num. 22.

^w *Ex orbibus*] Ex integris mensis, quæ ex tubere uno fiebant. Has mensas, ut diximus, orbes Martialis vocat.

^a *Vel in vortices parvos*] Sic Mss. Reg. Colb. &c. non, ut editi, *vel in vertice variis*, nullo plane sensu. Crispam in vortices parvos mensam vo-

vocantur. Sunt et undatim crispæ, majore gratia, si pavonum caudæ^b oculos imitentur. Magna vero post has^c gratia, extra prædictas,⁺ crispis densa veluti grani congerie, quas ob id a similitudine apiatas^d vocant. Summa vero omnium in colore. Hic maxime mulsi placet, suis refulgens venis.⁵ Post hæc^e amplitudo est: jam toti^f caudices juvant: pluresque^g in una.

Mensæ vitia:⁶ lignum, ita vocatur materia surda,^h et



edd. Harduin. et recentt. *tigrinæ* Gronov. et al. ante Harduin.—4 Dalec. *prædicta*. Mox, Vet. Dalec. *veluti grani*.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. *venis suis refulgens*.—6 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Post h. a. est jam t. caudicis*. *Juvat plura quoque in una mensa vitia* Gronov. et al. vet. *Post h. a. etiam totius caudicis juvat*. *Plura quoque, &c.* ut in vulgg. codd. Dalec.—

NOTE

cat, quæ ad instar vorticum intorte crispatur: in venam, quæ venatim.

^b *Si pavonum caudæ*] Nec in mensis modo, sed in spondis cubilium lautioribus hæ pavonum caudæ expetitæ. Martialis XIV. 85. cui lemma, 'Lectus pavoninus:'. 'Nomina dat spondæ pictis pulcherrima pennis Nunc Junonis avis, sed prius Argus erat.' Hinc et pavonatilil pannus nomen accepit, de quo Du-Cangius in Glossario consulendus.

^c *Post has*] Post undatim crispas, præter venatim vorticatimque crispas, quæ semper principatum obtinere. Ad hujus ligni naturam, venem, crispatumque proxime accedit id lignum, quod majorum memoria eximio fuit in honore: *Madrum* vulgus nominat, non illepidi nitore placens, ambitioso venarum discursu, sese undulatim crispante, interveniis multiplici formarum decore splendentibus, punctorumque acervo exhilaratis. Id potoriis vasis et lancibus dicavit avita mundities. Materiæ declarat æternitatem duratio, quando c c. annorum fere vasa in ædibus sacris inveniantur, nullam adhuc cariem sen-

tentia. Abiitque mos in vulgus vocandi ligna, quæ lepide undulato crispato fluctuant, *Madrata*, *Madré*. Ruellius, de Nat. Stirp. lib. 1. pag. 143. artifices fabros a se consultos ait, quodnam esset genus hoc ligni: responsumque, esse sylvestris cupressi vel cedri genus: deferri ex India, Syriaque: sed nunc exolevisse.

^d *Apiatas*] Ab apio: quoniam mensæ densa veluti grani congerie crispæ apii semen et grana dense congesta referebant: quo sensu guttatas aves dixit Fridericus II. Imper. de Venat. II. 20. hoc est, guttis diversi coloris inspersas.

^e *Post hæc*] Post colorem ac formam proxime amplitudo laudatur.

^f *Jam toti*] Ut ex uno caudice solida mensa constet. Vide Notas et Emend. num. 22.

^g *Pluresque*] Ut dimidiatis orbibus orbis integer mensæ compingatur, qualis Ptolem. fuit, superius laudata.

^h *Surda*] Nec crispa, nec virgata, sed simplex. Res surdas, herbas surdas, surdum colorem, aliaque similia, pro obscuris scilicet et ignobilibus in Indice Pliniano vide.

indigesta simplicitas, aut platani foliorum modo digesta: item ilignæ venæ similitudo, vel coloris: et quibus maxime obnoxias fecere æstus ventique, rimæ, aut capillamenta rimas imitata. Postea murænaⁱ nigro transcurrens limite:⁷ variisque cornicum^j punctis apprehensus,⁸ papaverum nodo, et in totum atro propior colos, maculæve discolores. Virides terra condunt barbari, et illinunt cera. Artifices vero frumenti acervis imponunt septenis diebus, totidem intermissis: mirumque ponderi quantum ita detrahatur.⁹ Naufragia docuere nuper, hanc quoque materiam siccata mari, duritie incorrupta¹⁰ spissari, non ullo modo vehementius. Nutriuntur optime, splendescuntque, manu sicca fricata a balineis maxime: nec a vinis læduntur, ut his genitæ.^k

(XVI.) Inter pauca nitidioris vitæ instrumenta hæc arbor est: quapropter insistendum ei quoque paulum videtur. Nota etiam Homero fuit: thyon Græce^l vocatur, ab aliis thya. Hanc itaque inter odores^m uri tradit in deliciis Circes,^m quam Deam volebat intelligi, magno errore eorum, qui



⁷ Dalec. *tramite*.—⁸ Alii, *corticum punctis apprehensa*; Ms. *corium punctis apprehensum pap. modo*. Lego, *corium punctis aspersum, aut tuberum nodis*. Dalec.—⁹ Ita ex codd. Harduinus et recentt. *detrahant* Gronov. et al. vett.—¹⁰ Cod. Dalec. *duritie et maturitate incorrupta*.—¹¹ Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *Hanc igitur odores* Gronov. et al.

NOTÆ

ⁱ *Muræna*] Ductus in longum limes tramesve niger, murænae similitudine.


^j *Cornicum*] Nec placet, inquit, mensa variis interstincta punctis, eo colore quem in cornicum plumis deprehendimus: nec colos ille cinereus, qui papaverum nodum refert, atque adeo fere atrum omnino colorem. Vide Notas et Emend. num. 23.

^k *Ut his genitæ*] Quod in mensis, quarum gratia maxima est, si e citri arbore fiant, vina potantur.

^l *Thyon Græce*] Hesychius, *Θύον, ὄνομα δένδρου*. Eustathius in Odyss. E. 1523. *Θύον, δένδρον*. Apud Athen. lib. v. p. 207. *θυία*. Apud Theophr. Hist. v. 5. *Τὸ δὲ θύον, οἱ δὲ θύαν καλοῦσιν, κ. τ. λ.* Didymus in eum Homeri locum, *Θύον· εἶδος δένδρου, ἣ φυτοῦ*.

^m *Circes*] Tribuit Circae Plinius, quod Calypso Homerus Odyss. E. 60. Sed fefellit tanti viri memoriam Virgiliana lectio, in qua similis cedri usus deliciis Circes attribuitur Æneid. vii. 10. *Proxima Circaeæ rā-*

odorama in eo vocabulo accipiunt, cum præsertim eodem versuⁿ cedrum laricemque una tradat: in quo manifestum est de arboribus tantum locutum. Theophrastus,^o (qui primus a Magni Alexandri ætate scribit, quæ circa urbis Romæ^p quadragesimum quadragesimum gesta sunt annum,) magnum jam huic arbori honorem tribuit, memoratas ex ea referens templorum veterum contignationes,^q quandamque immortalitatem materiæ in tectis contra vitia omnia¹² incorruptæ. Radice nihil crispus,^r nec aliunde pretiosiora



vett.—12 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt.

NOTE

duntur littora terræ: Dives inaccessos ubi Solis filia lucos Assiduo resonat cantu: tectisque superbis Urit odoratam nocturna in lumina cedrum.⁷

ⁿ *Eodem versu*] Odysseæ, ut dictum est, E. 60. Κέδρου τ' εὐκέστοιο θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει Δαιομένων. Ita omnino Didymus Homeri scholiastes, ita et Eustathius legit. At Plinium vidisse in suis exemplaribus necesse est, Κέδρου τε, πεύκης τε, θύου τ' ἀνὰ νῆσον ὀδώδει. Nam vocem πεύκην *pinum* interdum, quandoque etiam *laricem* vertit, ut suis locis dicemus.—^p Apud Homerum Circe ipsa rerum Natura in Tellure est, quæ cibos alendis usque ad delicias hominibus subministrat. His qui intemperantius abutuntur, porcis similes fiunt. Circes palatium Orbis est universus, hoc est, istud quod a nobis incolitur hemisphærium, et ubi quicquid est edule gignitur. Neque enim illis temporibus hemisphærii alterius suspicio vel tenuis fuit. Circe δολέσσα appellatur, Od. H. 33. quoniam sensim per sua ipsa munera, ceu quasdam escas, ad utendum illis immoderatus homines illicit. Ancillas habere quatuor dicitur, quæ mensam apparent, Odyss. K. 348. Quatuor illæ sunt

ami tempestates. Ferula eæ afferunt, panem, carnes, vinum, Od. M. 19. et 30. Ab omni intemperantia cavit Ulysses. Tum ventum ei secundum Circe misit ad profectioem: hoc est, non ante desiit opipare uti mensa, quamvis intra modum, quam daret operam navigationi ventus secundus. Cetera de Circe in explanatione argumenti Odysseæ exposuimus.⁷ *Ed. sec.*

^o *Theophrastus*] *Histor. Plant. v. 5.*—^p Primus ab Alexandri M. ætate, hoc est, ex quo regnare cœpit Alexander; primus, inquam, exterorum de Romanis scripsit Theophrastus, imprimis ea, quæ gesta sunt circa A. U. Romæ ccccxl. qui pæne tertius ante obitum Alexandri M. An sint hæc *ιστορικὰ ἐπιμνήματα*, *Commentarii historici*, quorum meminit Scholiastes Apollonii, an opus aliud, quod interierit, considerandum.⁷ *Ed. sec.*

^p *Circa urbis Romæ*] Vide quæ diximus in Notis et Emend. ad librum tertium, num. 40.

^q *Contignationes*] Theophr. *ὀροφάς*. Etiam et januas ex eadem arbore θύα fieri auctor est Athen. lib. v. p. 207.

^r *Nihil crispus*] Sic Theophr. loc. cit. Quare fallitur Anguillara de

opera. Præcipuam autem esse eam arborem circa Hammonis^s delubrum: nasci et in inferiore¹³ Cyrenaicæ parte. De mensis tamen tacuit: et alias nullius ante Ciceronianam vetustior memoria est, quæ novitia apparet.¹⁴

XXXI. Alia est arbor^t eodem nomine, malum^u ferens^r execratum aliquibus odore et amaritudine, aliis expetitur, domos etiam decorans, nec dicenda verbosius.

XXXII. (XVII.) Eadem Africa, qua vergit ad nos, insignem arborem loton^a gignit, quam vocant celtin, et ipsam Italiæ familiarem, sed terra mutatam.^b Præcipua est circa Syrtes atque Nasamonas. Magnitudo,^c quæ piro: quanquam Nepos Cornelius brevem tradit.^r Incisuræ folio



omni Gronov. et al. ante Harduin.—13 Gronov. *interiore*.—14 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *quæ novitiæ apparent* Chiff. *quæ novitia apparet* cod. Dalec. *ex quo novitia apparent* Gronov. et al.

CAP. XXXI. 1 Cod. Dalec. *malum tenens*.

CAP. XXXII. 1 Ita Chiffletianus. Harduin. et al. Franz. *tradat*.—2 Ita ex

NOTE

Simp. parte II. p. 47. eumque secutus Salmasius in Solin. pag. 953. et 954. qui Homeri Theophrastique *θύον* sabinam esse herbam putant, quæ hæc dote caret: nec tantæ crassitudinis aut radicem aut caulem habet, ut ex ea vel mensarum orbis pedum novenum, immo ne binum quidem, vel contignationes domorum, aut januarum postes fieri potuerint.

^a *Circa Hammonis*] Theophrast. loco citato.

^t *Alia est arbor*] Citrum aureolam intelligit, quam nos Aurantium vocamus, *l'Oranger*, hortis hodieque et ædibus decorandis, ramorum petulantia, et fructuum jucunditate expetitam.

^u *Malum*] Aurantium nostrum est, *l'Orange*: veterum, ut quidem reor, *ἑσπερικόν μήλον*.

^a *Arborem loton*] Ex Theophrast. *Histor. iv. 3. Ἐν Λιβύῃ δὲ ὁ λωτὸς πλεῖστος καὶ κάλλιστος*. Lotus hæc

Africana, seu Lotophagica, a Matthiolo recte pingitur in Diosc. lib. I. p. 257. Florentiæ *Uva d'India* dicitur: Venetiis pro ligno sancto, sive Guaiaco, dividitur. In Italia nunc frequens: nec tamen ea est lotos Italica Plinii, cum hujus baccæ cerasorum instar pendeant e ramis, nec sint, ut myrta, *παράλληλα*.

^b *Terra mutatam*] Soli natura, cælique. Hanc fabam Græcam vocat, *xvi. 53. et xxiv. 2*. Non est Gallorum *Micocoulter*, ut Dalecampius putavit *Hist. III. 21*. cum hujus arboris fructus fœtidus sit, et ingrati saporis: Lotos Italica a suavitate fructus, qualis in Africanæ loti fructu notabatur, nomen acceperit. Ea esse potius nobis videtur, quam *Alisier* vocant, uti dicemus *xvi. 53*.

^c *Magnitudo*] Hæc deinceps ferme ad verbum ex Theophr. *Histor. iv. cap. 4*.

crebriores, quæ ilicis videntur.^{2 d} Differentiæ plures, æque maxime fructibus fiunt. Magnitudo huic^e fabæ, color croci, sed ante maturitatem alius atque alius, sicut in uvis. Nascitur densus in ramis myrti modo,^f non ut in Italia, cerasi: tam dulci ibi cibo, ut nomen etiam genti^g terræque dederit, nimis hospitali advenarum oblivione patriæ.^h Ferunt ventrisⁱ non sentire morbum,³ qui eum mandant. Melior^j sine interiore nucleo, qui in altero genere osseus videtur. Vinum^k quoque exprimitur illi,⁴ simile mulso, quod ultra denos dies^l negat durare idem Nepos: baccasque concisas^{5 m} cum alica ad cibos doliis



codd. Harduinus et recentt. *alioqui ilices viderentur* Chiffi. *alioquin ilices videntur* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *fructu fiunt* margo edd. Dalec. et Gronov.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *non sentire morbos* Gronov. et edd. ante Harduin.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *illo*. Mox, *ultra duos dies* quidam ap. Dalec.—5 Ita codd. Harduini

NOTÆ

^d *Quæ ilicis videntur*] Sic Mss. Reg. &c. Theophr. φύλλον δὲ ἐντομὰς ἔχον, καὶ πρινώδες. Ilicem intellige, quæ spinas non habet, ut ait Columella vi. 3. Vide Matthiol. in Diosc. lib. i. p. 206. et 207.

^e *Magnitudo huic*] Fructui Africanæ loti. Theophr.

^f *Myrti modo*] Theophr. de fructu loti Africanæ, Nascitur, inquit, myrtorum modo, densus in ramis, alterna serie positus, ut alter alteri adversus respondeat: φύεται δὲ καθάπερ τὰ μύρτα παράλληλα.

^g *Nomen etiam genti*] Lotophagorum, a quibus et insula Lotophagitis. De his egimus in Geographicis v. 7.

^h *Olivione patriæ*] Nam qui cibum illum gustassent, ibi sedes ponere, securi patriæ ac parentum, volebant. Accepta hæc ab Homero Odyss. i. 94. Τῶν δ' ὕστις λωτοῖο φάγοι μελήδεα καρπῶν, κ. τ. λ.

ⁱ *Ferunt ventris*] Stomachicæ, an

alvi? Theophr. καὶ ἔτι πρὸς τὴν κοιλίαν ἀγαθόν. Venter apud Plinium passim pro ventriculo, ut κοιλία apud Græcos ἀντὶ τοῦ στομάχου sumitur. Alias εὐστόμαχα, quæ stomacho utilia: εὐκοιλία Medici vocant, quæ ut Cato et Celsus aiunt, bonam alvum faciunt, seu leniter ducunt alvum. Sic Dioscorides accepit, i. 157. de cerasis.

^j *Melior*] *Suavior*, ἡδίωv δὲ ἀπύρηνος. En quod paulo ante monuit, loti differentias plures fieri diversitate fructuum.

^k *Vinum*] Herod. iv. p. 281.

^l *Denos dies*] Polybius in fragmentis libri xii. p. 1489. οὐ δύναται δὲ πλέον δέκα μένειν ἡμερῶν, de Africana loto agens. Recitat hæc Athenæus l. xiv. p. 651. ex Polybio.

^m *Concisas*] Ita Mss. Alii *contusas* malunt. Polyb. loc. cit. μετὰ χόνδρου κόψαντες, cum alica tundentes. De alica dicemus xxii. 61.

condi. Quin et exercitus pastos eo accepimus,⁶ ultro citroque commeantes per Africam. Ligno^o colos niger. Ad tibiariam^p cantus expetitur. E radice cultellis capulos, brevesque alios usus excogitant. Hæc ibi natura arboris.

Est autem eodem nomine et herba,^q et in Ægypto caulis^r in palustrium genere. Recedentibus^s enim aquis Nili riguis provenit similis fabæ^t caule, foliisque densa congerie^u stipatis, brevioribus tantum, gracilioribusque:⁷ cui fructus in capite papaveri similis incisuris, omnique alio modo: intus grana,^v ceu milium. Incolæ capita in acervis putrefaciunt: mox separant lavando, et siccata^w tundunt,⁸ coque pane utuntur. Mirum est, quod præter hæc tradi-



et Chiff. *buccasque contusas* Gronov. et al. ante Harduin.—6 Chiff. *accipimus*.—7 Idem codex, *gracilioribus*.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. *siccata folia*

NOTÆ

^u *Et exercitus*] Ophiello duce, cum expeditionem susceperet adversus Carthaginienses. Theophr. loc. cit. de loto Africana.

^o *Ligno*] Et hanc in Africana loto Theophrastus dotem agnoscit, τὸ δὲ ξύλον, μέλαν.

^p *Ad tibiariam*] Hoc ipsum de eadem loto Theophrast. Ξόλφ δὲ εἰς τε τοὺς αὐλοὺς χρῶνται. Tibiæ ejuscemodi Alexandrinis φώτιγγες sunt appellatæ, teste Athen. l. iv. p. 182. et λωπινοὶ αὐλοί. Ovid. Fast. iv. 190. 'Et horrendo lotos adunca sono.'

^q *Et herba*] Quæ Dioscoridī iv. 111. *lotus sativa et trifolium* vocatur: λωπὸς ἡμερος; οἱ δὲ τρίφυλλον. Addit in hortis nasci. Trifolium odoratum vocant: equis pabulum gratissimum: unde et equinum dictum.

^r *In Ægypto caulis*] Hunc iisdem verbis describunt Herod. ii. 92. pag. 122. Theophr. Hist. iv. 10. Dioscor. iv. 114. Iconem illius accuratam exhibet Prosper Alpinus, oculata fide,

Delph. et Var. Clas.

de Plantis Exotic. c. 16. p. 213.

^s *Recedentibus*] Ita etiam Mss. Theophr. ὅταν ἡ χώρα κατακλυσθῆ, cum turba inundantur. Quare forte rectius, *residentibus*, hoc est, stagnantibus, legeris. Callixenus apud Athen. l. xv. p. 677. ἐν λίμναις, in paludibus.

^t *Similis fabæ*] Diosc. et Theophrast. καυλὸς ἐστὶ τῶ τοῦ κνάμον ἐμπερήσ. Quod de faba Ægyptia intellexisse Theophrastus videtur.

^u *Densa congerie*] Theophr. loc. cit. caulis folia cum Ægyptiæ fabæ foliis confert: sed minora ait esse et graciliora: floris vero foliola tenuitate proxima esse liliaceis, multa densaque stipata congerie. Utramque dotem caulis unius foliis temere contulisse Plinius videtur.

^v *Intus grana*] Diosc. et Theophr. loc. cit.

^w *Et siccata*] Capita nimirum, vel grana potius, quæ capitibus continentur. Theophr. et Diosc. Item Diod. Sicul. Bibl. l. i. p. 30. Vide xxii. 28.

Plinius.

7 G

tur: Sole^x occidente papavera ea comprimi, et integri foliis: ad ortum autem aperiri, donec maturescant, flosque, qui est candidus, decidat.

(XVIII.) Hoc amplius^y in Euphrate tradunt, et caput⁹ ipsum et florem vespera mergi usque in medias noctes, totumque abire in altum, ut ne demissa quidem manu possit inveniri. Verti deinde,¹⁰ paulatimque subrigi, et ad exortum Solis emergere extra aquam, ac florem patefacere, atque etiamnum insurgere,¹¹ ut plane ab aqua absit alte. Radicem^z lotos hæc habet mali cotonei magnitudine, operam nigro cortice, qualis et castaneas tegit. Interius candidum corpus, gratum cibis, sed crudo gratius decocutum, sive aqua, sive pruna. Nec aliunde magis, quam purgamentis ejus, sues crassescunt.

XXXIII. (XIX.) Cyrenaica^{1 a} regio loton suæ postponit paliuro. Fruticosior hæc, fructuque magis rubens, cujus nucleus non simul mandatur,² jucundus per se, atque suavior e vino, quin et vina succo suo commendans. Interior^b Africa ad Garamantas usque, et deserta, palmarum magnitudine, et suavitate constat,³ nobilibus maxime circa delubrum Hammonis.

XXXIV. Sed circa Carthaginem Punicum malum¹ cog-



tundunt, e Theophr.—9 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. κωδιαν Theophr. scapum Gronov. et edd. vett. Mox, cod. Dalec. tantumque abire.—10 Reverti deinde margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.—11 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. exurgere Gronov. et edd. vett.

CAP. XXXIII. 1 Cyrenaice Chiffli.—2 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. mandatur Gronov. et al. vett.—3 Dalec. præstat.

CAP. XXXIV. 1 Vox malum deest in cod. Dalec. Mox, cognomen sibi vin-

NOTE

^x Sole] Theophr. et Diosc. locis citatis.

^y Hoc amplius] Reliqua deinceps quæ hoc cap. narrantur, accepta a Theophr. Hist. iv. 10. et de Causis II. 26. p. 262. unde Ægyptiam loton eandem esse cum Euphratica colligas.

^z Radicem] Herod. Theophr. et Diosc. loc. cit.

^a Cyrenaica] Et hæc summa fide Plinius transtulit ex Theophr. Hist. iv. 4. Hujus paliuri meminit apud Athen. lib. xiv. Diphilus Siphnius.

^b Interior] Theophr. loc. cit.

nomine sibi vindicat: c aliqui granatum^d appellant. Divisit et in genera: apyrenum^e vocando, cui lignosus^f nucleus abest: sed candidior ei natura, et blandiores² sunt acini, minusque amaris distincti membranis. Alia structura eorum quædam, ut in favis,³ communis. Nucleos habentium quinque species: g dulcia, acria,⁴ mixta, acida, vinosa. Samia^h et Ægyptia distinguuntur erythrocomisⁱ et leucocomis.⁵ Corticis major usus ex acerbis^j ad perficienda coria. Flos balaustium^k vocatur, et medicinis^l



dicat Parm.—2 Dalec. candidiori natura et blandiore.—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. item edd. Harduin. et recentt. eorum ut in favis Gronov. et al. vett. Dalecampius legit, eorum ut in favis. Communiū et nucleos, &c.—4 ‘Galeno austera.’ Dalec.—5 Dalec. erythrococtis et leucococtis.

NOTE

^c *Sibi vindicat*] Africa.

^d *Aliqui granatum*] Malum granatum Marcellus de Medic. c. 27. p. 193. alique: quod nomen hodieque servatur, arbori quidem, un Grenadier, pomo, une Grenade, ab interiorum granorum multitudine. A Pænis alterum nomen deduci volunt: alii a colore puniceo, quo fructus et flos constant.

^e *Apyrenum*] Ita Mss. Reg. Colb. Paris. Tolet. et Salmant. Græci ἀπύρηνον scribunt. Πύρηνη nucleus est: ἀπύρηνον, quod nucleo caret. Latini tamen ex usu, non apyrenon, sed apyrinon dicunt. Martialis XIII. 43. ‘Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis, Et vernæ tuberes: quid tibi cum Libycis?’ Et Epirg. 42. ‘Non tibi de Libycis tuberes et apyrina ramis, De Nomentanis sed damus arboribus.’ Eadem Plinius dulcia vocat XIII. 57.

^f *Cui lignosus*] Hoc est, cui non est durus acinus, seu granum. Non igitur apyrina dicuntur, quæ nullum omnino nucleum habeant, sed quæ mollem adeo, ut mandi possit, ac pro nihilo haberi. Seneca Ep. 85. pag.

368. ‘Sic sapiens,’ inquit, ‘imperturbatus dicitur, quo modo apyrina dicuntur, non quibus nulla inest duritia granorum, sed quibus minor. Falsum est,’ &c.

^g *Quinque species*] Dioscor. I. 151. tres tantum species enumerat, γλυκεῖαν, ὀξεῖαν, οἰνώδη, dulcem, acidam, vinosam.

^h *Samia*] Alia, præterea, inquit, Samia Punica sunt, alia Ægyptia: et quidem utraque bifariam dividuntur. Sunt enim Samia erythrocoma, sunt et leucocoma. Ægyptia quoque iisdem differentiis distinguuntur. Sic nucleos habentium genera sunt omnino novem, quod verbis expressis ait ipse xv. 11.

ⁱ *Erythrocomis*] Ita Mss. omnes. Non igitur a granorum colore, sed a fronde comaque rubra vel alba, nomen hæc habent. Malunt alii a granorum colore, τῶν κόκκων, erythrocoeca et leucococca dici.

^j *Ex acerbis*] Viridibus, immaturis.

^k *Flos balaustium*] Scriptoribus Græcis, βαλαύστιον flos est punicæ sylvestris non domesticæ. Officiæ

idoneus, et tingendis vestibus, quarum color inde^m nomen accepit.

XXXV. (XX.) In Asia et Græcia nascuntur frutices: epipactis,ⁿ quem alii elleborinen vocant,¹ parvis foliis, quæ pota contra venena prosunt, sicut erices^o contra serpentes.

(XXI.) Et in quo^p nascitur granum Gnidium, quod aliqui linum^q vocant: fruticem vero thymelæam,² alii chamelæam, alii pyros achnen, alii cnestron, alii cneoron: est similis oleastro, foliis angustioribus, gumminosis^{3 r} si



CAP. XXXV. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Epicactis, quem alii embolinen vocant* Gronov. et edd. ante Harduin. 'Legendum, *Epipastis, quem alii elleborinam appellant*, e Dioscoride.' Dalec.—2 *Fruticem in quo n. g. Gnidium, aliqui linum vocant, alii thymelæam* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—3 Ita codd. Regg. Brot. Chiff. et Editio princeps. Gronov. Harduin. et re-

NOTE

tamen Plinium sequuntur, quibus balaustium sylvestris domesticæque florem promiscue significat. Et Marcellus Empir. c. 17. p. 124. balaustium vocat 'florem mali granati, quo coriarii utuntur: quod genus acerbum quidem, non tamen sylvestre est.

¹ *Et medicinis*] Dioscoridem vide I. 154. ipsumque Plinium XXIII. 60.

^m *Color inde*] Balaustinus appellatus.

ⁿ *Epipactis*] Ἐπιπακτίς. Vide Notas et Emend. num. 24.

^o *Sicut erices*] Subintellige folia. Nicander in Theriac. p. 43. adversus serpentium ictus ita præcipit: Λάζεο δ' ἀνθεμόεσσαν ἄφαρ τανύφυλλον ἐρείκην, ἢντε μελισσαῖον περιβόσκειται οὐλαμὸς ἔρπων. *Quin et florentem prompte frondentis erices Tolle comam: hanc pascent volitantque examina circum.* Ubi Scholiastes, p. 28. ait ericen habere folia hederæ affinia, longiora tamen et asperiora: ἐρείκη δὲ, εἶδος βοτάνης,

ἢτις φύλλα ἔχει τῶ κίσσω παραπλήσια, μακρότερα δὲ καὶ τραχύτερα. In Gallia frequens, *Bruiere*. De ea rursum XXIV. 39.

^p *Et in quo*] Subintellige, et fruticem alium, in quo, &c. Sic Diosc. IV. 173. qui ex eodem fonte Græco hausit, ex quo hortum suum Plinius rigavit. Θυμέλαια, οἱ δὲ χαμέλαιαν, οἱ δὲ πρὸς ἄχνην, ἢ κνήστρον, (sic enim legendum, ex Galeno in Glossis,) ἢ κνέωρον καλοῦσιν. Describitur accurate, pingiturque a Clusio Hist. Rarior. Plant. I. 57. p. 87.

^q *Quod aliqui linum*] Οἱ δὲ λίνον καλοῦσιν, inquit Diosc. loc. cit. διὰ τὸ εἶναι τῶ σπαρτῶ λίνῳ θάμνον τῇ φύσει παρόμοιον, quoniam frutex sativi lini similitudinem refert.

^r *Gumminosis* [gummosis] Mss. Reg. Colb. &c. *gumminosis*. Interpres Orbasii lib. XI. fol. 198. 'viscosa glutinosaque folia mandendo,' quæ Diosc. ὑπόγλισχρα dixit, ἐν τῶ διαμασσᾶσθαι, καὶ κολλᾶδη.

mordeantur, myrti magnitudine: semine, colore, et specie farris: 4^s ad medicinæ^t tantum usum.

XXXVI. Tragion^u fruticem sola Creta insula gignit, te-
rebintho similem et semine, quod contra sagittarum ictus
efficacissimum tradunt. Eadem et tragacanthem,^v spinæ
albæ radice, multum prælata^r apud Medos aut in Achaia
nascenti. Pretium ejus in libras X. III.^z w

XXXVII. Tragon et Asia^a fert, sive scorpionem, veprem
sine foliis, racemis rubentibus,^r ad medicinæ usum. My-
ricen^b et Italia, quam alii tamaricen vocant: Achaia
autem bryam^c sylvestrem: insigne in ea,^d quod sativa
tantum ferat gallæ similem fructum. In Syria et in
Ægypto copiosa hæc^e est, cujus infelicia^f ligna appella-
mus, quæ tamen infelicia^g sunt Græciæ. Gignit enim

//////////

centt. gummosis.—4 Vet. Dalec. et specie foris.

CAP. XXXVI. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. item edd. Harduin. et recentt. prælatam Gronov. et al. ante Harduin.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. in libras XIII. Gronov. et vett.

CAP. XXXVII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. ita quoque Diosc. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Tragion Gronov. et al. ante Harduin. Mox, racemis subeuntibus cod. Dalec. racemis rufis margo edd. Dalec. et Gronov. e

NOTÆ

^e Specie farris] Intus nimirum, ubi ejus seminis, medulla albet quam maxime. Ita Mss. omnes, et editi.

^t Ad medicinæ] Vide Diosc. loc. cit.

^u Tragion] Hæc totidem verbis Diosc. IV. 49. Τράγιον φύεται μὲν ἐν Κρήτῃ μόνῃ, κ. τ. λ. De ea dicemus XXVII. 115.

^v Tragacanthem] Τραγάκανθαν. Hæc Plinius ex Theophr. Hist. IX. 1.

^w In libras X. III.] Denarii terni, monetæ Gallicæ asses quatuor et viginti.

^a Tragon et Asia] Sic Mss. et libri hujus Index, non Tragion. Plinius ipse quoque rursum, XXVII. 116. ubi de ea uberius.

^b Myricen] Dioscoridi I. 116. Μυρική: Herbariis, Tamariscus; Gallis,

du Tamarin. Pingitur a Matthiolo in Diosc. I. I. p. 150.


^c Bryam] Quia fructum fert veluti florem compage muscosum, inquit Diosc. loc. cit. καρπὸν ὡσπερ ἄνθος φέρει βρυῶδες κατὰ τὴν σύστασιν, qui demum in pappos evolat: quare nec fructus proprie, nec semen est.

^d Insigne in ea] Diosc. loc. cit.

^e Copiosa hæc] Sativa nempe, et fœcunda. Diosc.

^f Cujus infelicia] Myricæ in Italia lignum infelix vocatur, quia sterile. 'Infelices arbores,' inquit Plinius XVI. 45. 'existimantur, damnatæque religione, quæ neque seruntur unquam, neque fructum ferunt: ' qualis est vulgaris myrica, sive Italica.

^g Infelicia] Quoniam, ut statim additur, ostrys, in domum illata mor-



arborem ostryⁿ,^h quam et ostryam vocant, solitariamⁱ circa saxa aquosa, similem fraxino cortice, et ramis, folio piri, paulo tamen longioribus crassioribusque, ac rugosis^j incisuris, quæ per tota discurrent: semine hordeo simili et colore. Materie est dura atque firma: qua in² domum^k illata, difficiles partus fieri produnt, mortesque miseras.

XXXVIII. (XXII.) Nec auspiciatior in Lesbo insula arbor quæ vocatur evonymos,^l non absimilis Punicæ arbori, inter eam^m et laurum folii magnitudine, figura vero et mollitie Punicæ, flore candidiore, statim pestem denuntians.ⁿ Fert siliquas^o sesamæ^r similes: intus granum



Diosc.—2 Dalecampius, *firma*. *Hac in*, sub. 'ostrya.'

CAP. XXXVIII. 1 Gronov. et al. ante Harduinum, *sesami*.—2 Ita codd.

NOTÆ

tes miseras facere proditur.

^h *Ostryⁿ*] Ὀστρυⁿ et ὄστρυⁿαν Theophrastus vocat Hist. III. 10. ubi Rob. Constant. in Notis ait, ostryⁿ esse 'Syringam' Etruscorum, et a se Florentiæ visam: a nobis hic in horto Regio.

ⁱ *Solitariam*] Quid hac voce velit auctor, haud satis compertum. Nam *μονοειδής*, quo vocabulo utitur Theophrastus, aliud sonat: nempe unius speciei arborem esse, sine ullo maris ac femine discrimine. Quod si *solitarium* nunc idem valet, atque in locis solis desertisque nascens, ex aliis auctoribus, quam ex Theophrasto, Plinium hæc excerpisse necesse est.—^l Quod si *solitarium*, *ἕρ.* nascens, singularis illa hujus vocis acceptio est.² *Ed. sec.*

^j *Rugosis*] In fibris ipsis, quæ plurimæ a media seu crassiore fibra instar costarum præcurrunt, folio corrugato. Theophr. loc. cit.

^k *Qua in domum*] Theophr. loc. cit. λέγεται δὲ ὡς οὐκ ἐπιτήδειον εἰς οἰκίας εἰσφέρειν· δυνατάρον γὰρ φασὶ καὶ δυστοκεῖν οὐ ἐὰν ἦ.

^l *Evonymos*] Εὐώνυμος Theophrasto Hist. III. 18. unde hæc accepta. Gallicis *du Fusain*: etsi aliis aliter visum scimus. Anguillara de Simp. parte IV. pag. 81. affirmare nil dubitat. Statuere nihil audet Ruellius, etsi multæ, inquit, delineationes favent, de Nat. Stirp. lib. I. p. 154.—^m In Commentariis Acad. Reg. Scient. anni 1766. describitur a D. Danty D'Ifnard p. 291. planta peregrina, quam *Euonymoiden* vocat, ob aliquam cum *evonymo* similitudinem: tergeminaque distinguit: Canadensem, Virginianam, Caroliniensem.² *Ed. sec.*

^m *Inter eam*] Majore folio quam *chamædaphne*: sed molli, ut *Punica*. Theophr. loc. cit. Καὶ τὸ φύλλον ἔχει βῶδες· μείζον δὲ ἢ χαμαιδάφνη, καὶ μαλακὸν ὡσπερ ἡ βόα.


ⁿ *Pestem denuntians*] Quoniam letalis est animantibus cibus.

^o *Fert siliquas*] Theophr. loc. cit. Sesama vel sesamum, *de la Jugeoline*. *Evonymi* siliquas vulgus scrota nomenclant sacerdotum, quod intus ervi magnitudine grana mollibus involuta

quadrangula figura, spissum, letale^p animalibus: ² nec non et in folio eadem vis. Succurrit aliquando præceps alvi exinanitio.

XXXIX. Alexander Cornelius arborem eonem^r ^q appellavit, ex qua facta esset Argo, similem robori viscum ferenti, quæ nec aqua nec igni possit² corrumpi, sicuti nec viscum: nulli alii cognitam, quod equidem sciam.

XL. Adrachnen^r omnes fere Græci portulacæ nomine interpretantur, cum illa^s sit herba, et andrachne vocetur, unius literæ diversitate. Ceterum adrachne est^t sylvestris arbor, neque in planis nascens, similis unedoni,^u folio tantum minore,^v et nunquam decedente: ^t cortice^w



Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *animantibus* Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. XXXIX. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *æoniam*, i. e. æternam.— 2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *possit* Gronov. et edd. vett. Dalecampius legit, *ferentem*: *quæ nec aqua possit corrumpi, sicuti nec viscum, nec igni, nulli alii, &c.*

CAP. XL. 1 ^t Lego, *unedoni folio nunquam decedente: tantum minor*, e Theo-

NOTÆ

membranis testiculorum modo contingantur.

^p *Lethale*] Pecus enecat, si gustetur, præsertim capras, nisi purgentur. Theophr. Τοῦτο ἐσθίόμενον ὑπὸ τῶν προβάτων, ἀποκτείνει. καὶ τὸ φύλλον, καὶ ὁ καρπός· καὶ μάλιστα τὰς αἴγας, ἐὰν μὴ καθάρσεως τύχη.

^q *Eonem*] Et in Indice *Eon* hæc arbor vocatur.

^r *Adrachnen*] Mss. Reg. Colb. et Paris. ubique *andraclen*, cum de hac arbore sylvestri agitur, scribunt: cum de portulaca, *andrachnen*.

^s *Cum illa*] Portulaca nimirum, quæ ἀνδράχνη Galeno de Fac. Simp. Med. vi. 43. p. 156. Gallis, *du Pourpier*. Græcis recentioribus, ut apud Phavorinum, χοιροβότανον, quæ vox *porculacam* sonat. Unde et Apuleius, cap. 103. ‘Latini portulacam, alii porcastrum, Græci andrachnen.’ Et andrachnen vocat Colum. Hort. lib. x. p. 358.

^t *Adrachne est*] Frequens in Creta provenit, et tota fere Græcia Ἀδρακλα vocatur, teste Clusio Histor. Rarior. Plant. i. 31. p. 48. ubi accurate pingitur. Apud Theophr. ἀνδράχνη sæpe pro ἀδράχνη scribitur.

^u *Unedoni*] *L'arbousier*. Arbutum Latini aliter vocant.

^v *Folio tantum minore*] Hæc habere Plinius videtur a Theophr. Hist. iii. 16. Παρόμοιον δὲ τὸ φύλλον καὶ ἡ ἀδράχνη ἔχει τῷ κομάρφ· μέγεθος δὲ οὐκ ἄγαν μέγα. *Adrachne folium habet simile arbuto: neque insigni magnitudine est.* Hæc ultima verba retulisse ad folium Plinius videtur: Theophrastus de tota arbore accepisse: qui paulo ante de arbuto dixerat: Ἡ δὲ κόμαρος, ἢ τὸ μιμαίκυλον φέρουσα τὸ ἐδώδιμον, ἐστὶ μὲν οὐκ ἄγαν μέγα, non est admodum magna arbor. Majora sunt certe adrachnes, quam arbuti, latioraque folia.

^w *Cortice*] Immo, *λαῖνι*, *λείω*, Theophr. loc. cit. et Hist. ix. 4.

non scabro quidem, sed qui circumgelatus² x videri possit, tam tristis aspectu est.

XLII. Similis et coccygia¹ a folio, magnitudine minor. Proprietatem^b habet fructum amittendi lanugine, (pappum vocant,) quod nulli alii^c arborum evenit. Similis et apharce,^d bifera æque quam adrachne. Priorem fructum incipiente pubescere uva peragunt,² alterum initio hyemis: quales eos, non traditur.

XLIII. Et ferulam¹ inter externas dixisse conveniat,² arborumque generi ascripsisse: quoniam quarundam naturæ (sicut distinguimus)³ e lignum omne corticis loco habent, hoc est, forinsecus: ligni autem loco fungosam intus medullam, ut sambuci: quædam vero inanitatem, ut arundines. Ferula^f calidis nascitur locis, atque trans maria; geniculatis^g nodata scapis. Duo ejus^h genera: nartheca Græci vocant, assurgentem in altitudinem: narthecyan

//////////

phrasto. Dalec.—2 'Circumfundatur: tam, δς. περιβρυγνόμενος Theophr. non περιπηγνόμενος. Idem.

CAP. XLII. 1 Gronov. *coggyria*.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *peragit* Gronov. et al. vett.

CAP. XLIII. 1 *Et ferulas* cod. Dalec.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. item edd. Harduin. et recentt. *conveniet* Gronov. et vulgg.—3 Gronov. et al. ante

NOTE

x *Circumgelatus*] Περιπηγνόμενον, Theophr. Arbores πηγνυσθαι dicuntur, quæ læduntur gelu, quarum cortex hyeme rumpitur. Hujus vero non hyeme, sed æstate finditur.

a *Coccygia*] Sic etiam in Índice scribitur. Hesychio Κόκκυξ, quam pro suo more βοράνην vocat.

b *Proprietatem*] Theophr. loc. cit. 'Ἴδιον δὲ ἔχει καὶ τὸ ἐκπαπποῦσθαι τὸν καρπὸν. Peculiare in hac, fructum lanugine, quæ pappus vocatur, interire. Lanuginem e floribus, fructibusve deciduam, tam Græci quam Latini pappum dixere.

c *Quod nulli alii*] Sic Theophr. loc. cit. Simile quiddam tamen et in salice animadvertimus: fructum sci-

licet in pappum evanescere.

d *Similis et apharce*] Theophr. Hist. III. 6. Ἀδράχνη καὶ ἀφάρκη, κ. τ. λ.

e *Sicut distinguimus*] Ita Mss. Reg. Colb. aliique, non vero *distinguemus*.

f *Ferula*] Græcis νάρθηξ. In Apulia frequens, inquit Matthiolus, a quo recte pingitur in Diosc. lib. III. p. 792. qualem in horto Regio vidi-mus.

g *Geniculatis*] Scapum sive caulem habet, geniculis quibusdam, id est, internodiis articulisque distinctum.

h *Duo ejus*] Νάρθηκα et νάρθηκίαν Theophr. vocat Hist. VI. 2. unde hæc manarunt. *Ferulam* et *ferulaginem* Gaza vertit: recte.

vero semper humilem. A genibusⁱ exeuntia folia maxima,⁴ ut quæque terræ proxima. Cetero⁵ natura eadem, quæ anetho, et fructu similis. Nulli fruticum levitas major: ob id gestatu facilior,⁶ baculorum usum senectuti præbet.

XLIII. Semen ferulæ,¹ thapsiam quidam vocavere: decepti eo, quoniam ferula sine dubio¹ est thapsia, sed sui generis, foliis fœniculi, inani caule,^m nec excedente baculi longitudinem: semen qualeⁿ ferulæ,² radix candida. Incisa lacte manat, et contusa succo: nec corticem^o abdicant. Omnia ea venena: quippe etiam^p fodientibus nocet: si minima³ aspiret aura, intumescunt corpora: faciemque invadunt ignes sacri: ob id cerato^q prius illinunt. Quibusdam^r tamen morbis auxiliari dicunt medici,

Harduin. *distinguemus.* Mox, lignum omnino Dalec.—4 *Nartheccyan, &c. exeunt folia maxima* Dalec. e Theophr. *Narthechiam, &c.* Gronov. et al. ante Harduin.—5 *Cetera Ms.* Lego e Theophr. *Floris natura eadem quæ an. et fructus similis.* Dalec.—6 Cod. Dalec. *gestata facilius*; Chiffi. *gestatu facilius.*

CAP. XLIII. 1 *Speciem ferulæ* Dalec.—2 Cod. Dalec. *quasi ferulæ.*—3 *Nam*

NOTÆ

ⁱ *A genibus*] A nodis illis, sive articulis, de quibus dictum est. Sic Theophr. ambo ferulæ genera dicit esse γοιατώδη, ἀφ' ὧν τὰ τε φύλλα βλαστάνει, et cetera, quæ paulo uberior ille quam Plinius.

^j *Cetero*] Florem habet, fructumque, anetho similem. Theophr. Ἐν ταῦθα δὲ τό τε ἄνθος, καὶ ὁ καρπὸς . . . καθάπερ τὸ ἄνηθον.

^k *Facilior*] In Mss. *facilius.*

¹ *Ferula sine dubio*] 'Ferulaginem, quam Græci Thapsiam vocant,' inquit Cælius Aurelianus Chron. II. I. Θαψία Dioscoridi IV. 157. ubi quæ de thapsia hic narrantur, totidem verbis extant. In Sicilia *Turbith* appellatur, teste Anguillara par. XIV. pag. 292. cui et Lobelius suffragatur in Notis Mss.

^m *Inani caule*] Hoc est, habens quandam intus inanitatem, ut arundines:

quod Plinius paulo ante dixit, cap. sup. seu medulla etiam fungosa carens.

ⁿ *Semen, quale*] Diosc. Σπέρμα . . . τῶ τοῦ νάρθηκος ἐμφερές.

^o *Nec corticem*] Lac, inquit, a medicis incidendo elicitor: tundendo, exprimitur succus: nec corticem in medendi usu abjiciunt: nam purgandi vim habent ea omnia, δύναμιν ἔχει καθαρτικῆν, κ. τ. λ. Diosc.

^p *Quippe etiam*] Diosc. loc. cit. et Theophr. Hist. III. 9. quod quidem experimento comprobatum a se Jul. Scaliger in Animadv. testatur.

^q *Ob id cerato*] Vel ceroto: medicamentum est ex cera rebusque aliis conflatum. Κηρωτὸν Græcis: Gallis *du Cerat.*

^r *Quibusdam*] Quos Dioscorides enumerat, loc. cit.

permixtam aliis: item in^s alopeciis, sugillatisque, ac liventibus: ceu vero remedia desint, ut scelera non tractent.^{a 4} Sed ista^t prætexunt noxio instrumento: tantumque impudentiæ est,^s ut venenum artis esse persuadeant. Thapsia est^u in Africa vehementissima. Quidam^v caulem incidunt per messes, et in ipsa excavant radice, quo succus confluat; arefactumque tollunt. Alii folia, caulem, radicem tundunt in pila, et succum in Sole⁶ coactum dividunt in pastillos. Nero Cæsar^w claritatem ei dedit initio imperii, nocturnis^x grassationibus converberatam faciem illinens sibi cum thure, ceraque,^{7y} et secuto die contra famam cutem sinceram circumferens. Ignem ferulis^z optime servari certum est, easque in Ægypto præcellere.

XLIV. (XXIII.) Ibi et capparis,^a firmioris ligni frutex,

^a Quasi vero remedia desint, rogandique sint ne venena tractent.

//////////

si minima margo edd. Dalec. et Gronov.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ut s. contractent Dalec. ut s. non tractent Chiffli. ut s. contractent Gronov. et al. ante Harduin.—5 Verbum est deest in cod. Dalec.—6 Dalec. et succum insolatu.—7 Mercerus, cerussaque. Mox, cod. Dalec. et sequenti die.

NOTÆ

^s Item in] Diosc. loc. cit. Est porro ἀλωπεκία defluvium capillorum. Sugillata facies dicitur, quæ lividis dehonesta maculis apparet: sic enim sunt fere in facie sugillata, ut vibices in corpore. Thapsiæ succum una cum nitro appositum, livores statim eximere, scribit etiam Marcell. Empir. cap. 19. pag. 132.

^t Sed ista] Deesse remedia illi prætexunt, ut res noxias medicamentis admisceant, et venenis abutantur: tantumque impudentiæ est, ut carere iis artem medicam posse negent.

^u Thapsia est] Vim ei eximie calefactoriam Galenus attribuit de Fac. Simp. Medic. cap. 8. pag. 177. Θαψία δρμείας ἐστὶ καὶ ἰσχυρῶς θερμαντικῆς δυνάμεως.

^v Quidam] Diosc. loc. cit.

^w Nero Cæsar] Hæc Plinius Valer. a Nostro transcripsit, lib. III. de Re Med. cap. 47.

^x Nocturnis] Tacitus Annal. XIII. pag. 205. 'Nero itinera urbis et lupanaria veste servili in dissimulationem sui compositus pererrabat... adeo ut ipse quoque acciperet ictus... Deinde ubi Cæsarem esse, qui grassaretur, pernotuit,' &c. Vide et Sueton. in Nerone cap. 26.

^y Ceraque] Ita etiam Mss. omnes. Tamen Plin. Valer. cerussaque videtur legisse: sed male. Nam Diosc. σὺν λιβανωτῶ καὶ κηρῶ ἴσους, cum thure et cera æquis partibus.

^z Ignem ferulis] Et his furatus ignem Prometheus fingitur.

^a Ibi et capparis] In Ægypto. Diosc.

seminisque ^b et cibi ¹ vulgati, caule quoque una plerumque decerpto. Cavenda ^c ejus genera peregrina: siquidem Arabium ² pestilens, Africum gingivis inimicum, Marmaricum vulvis, et omnium inflationibus. ^d Apulum vomitus facit: stomachum et alvum movet. ³ Quidam id cynosbaton ^e vocant, alii ophaostaphylen. ^f

XLV. Fruticosi ^g est generis et sari, ¹ circa Nilum nascentis, duorum ferme cubitorum altitudine, pollicari crassitudine, coma papyri, similique ^b manditur modo: radice ferrariis officinis præcipua, carbonis usu, ² propter duritiam.

XLVI. (XXIV.) Non omittendum est et quod Babylone seritur in spinis, quoniam non aliubi ¹ vivit, sicut et ¹ vis-

//////////

CAP. XLIV. 1 Edd. quædam vett. *fructusque in cibis*.—2 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. *Arabicum* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *pestilens, gingivis inimicum. Africum præcipue Marmaricum, vulvis et torminum inflationibus* Dalec. Alii ap. Dalec. *et omnibus inflationibus*; quidam, *ibid. et omenti inflationibus*; alii, *et torminum, &c.*—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *et alvum solvit* Gronov. et al. ante Harduinum.

CAP. XLV. 1 Chiffli. *Fructosi est generis et sarisa*.—2 Dalec. *modo e radice. Ferrariis off. præcipuo carbonis usu.*

CAP. XLVI. 1 Vet. Dalec. *vivit, estque sicut et*.—2 Vet. Dalec. *quod inyec-*

NOTÆ

II. 204. Κάππαρις θάμνος ἐστὶν ἀκανθώδης, κ. τ. λ. Gallis, un Caprier: fructus, câpre et câpe.

^b *Seminisque*] Sive fructus. Diosc. Ταριχεύεται δὲ ὁ καυλὸς αὐτῆς καὶ ὁ καρπὸς εἰς βρῶσιν, caulis ac fructus cibi gratia sale condiuntur. Sic etiam interpretes Oribasii lib. xi. pag. 200.

^c *Cavenda*] Hæc quoque Diosc. loc. cit. et Galenus de Fac. Simp. Medic. lib. vii. pag. 185.

^d *Inflationibus*] Marmaricum vehementer inflat, inquit Diosc. ἐμπνευματῶν ἰσχυρῶς. Omnia Plinius inflare ait.

^e *Cynosbaton*] Sic Oribas. loc. cit. quod hamatas nimirum rubi modo spinas habet.

^f *Ophaostaphylen*] Et in Indice hu-

jus libris, *ophiostaphylen*: quasi anguinam uvam. In Nothis Diosc. pag. 448. Κάππαρις, οἱ δὲ κυνόςβατος, οἱ δὲ καπρία, οἱ δὲ ὀφιοσκόροδον, οἱ δὲ ὀφιοσταφύλην, sic enim legendum, non φυλοστάφυλον.

^g *Fruticosi*] Hæc totidem verbis Theophr. Hist. iv. 9. Τὸ δὲ σάρι, κ. τ. λ. Hesych. Σάριον, φυτὸν τι γινόμενον ἐκ τοῖς περὶ Ἀγυπτον ἔλεσι. Omnes Ægypti peculiarem faciunt. In Mss. Reg. Colb. Chiffli. Paris. *Fructosi est generis et saripha*. Atque ita pariter in Indice hujus libri.

^h *Similique*] Plinius, de papyro, cap. 22. libri hujus: 'Mandunt quoque crudum, decoctumque, succum tantum devorantes.' Idem de sari Theophr.

cum in arboribus: sed illud in spina tantum, quæ regia vocatur. Mirum,^j quod eodem die germinat, quo injectum est.² Injicitur autem ipso Canis ortu, et celerrime arborem occupat. Condiunt eo vinum,³ et ideo serunt. Spina illa nascitur et Athenis in Longis muris.^k

XLVII. Frutex est et cytisus,^l ab Aristomacho Atheniensi^r miris laudibus prædicatus pabulo ovium,^m aridus vero etiam suum: spondetque jugero ejus annua H-S.ⁿ vel mediocri² solo reditus. Utilitas, quæ ervo, sed ocyor satietas, perquam modico pinguescente quadrupede,^a ita ut jumenta hordecum spernant. Non ex alio^o pabulo lactis major copia aut melior, super omnia pecudum³ medicina^p a morbis omni usu^q præstante. Quin et^r nutricibus in

^a Modico cytisi pabulo pinguescit quadrupes.



tum est.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. item edd. Harduin. et recentt. *vina* Gronov. et vulgg. Mox, et ideo seritur Vet. Dalec.

CAP. XLVII. 1 *Antilomaco Atheniense* Chiff. —2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *annuos per plures vel med.* Vet. Dalec. *annua H-S. M. M. vel, &c.* edd. vet. et Gronov. Mox, *soli reditu* Dalec. —3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pecorum* Gronov. et al. Mox, Vet. Dalec. *medicina in omni morbo*; al. ap. Dalec. *medicina et omnium morbis.*

NOTE

ⁱ *Non aliubi*] Quam in spinis: sicut viscum non alibi crescit, quam in arboribus.

^j *Mirum*] Theophr. de Causis Plant. II. 23.

^k *Longis muris*] Μακρὰ τεύχη ea sunt, de quibus egimus IV. 11.

^l *Cytisus*] Κύτισος θάμνος ἐστίν, κ. τ. λ. Diosc. IV. 131. Quæ vera sit cytisi facies disceptant inter se herbarii. Vide Dalecamp. Hist. II. 64. Genera sex diversa vidimus in horto Regio.

^m *Pabulo ovium*] Colum. v. 12. p. 206. 'Cytisum in agro esse quam plurimum maxime referet, quod gallinis, apibus, bubus quoque, et omni generi pecudum utilissimum est: quod ex eo cito pinguescit, et lactis plurimum præbet ovibus: tum etiam quod

octo mensibus viridi eo pabulo uti, & postea arido possis,⁹ &c.

ⁿ *Annua H-S.*] Ita Mss. Reg. Colb. &c. in quibus *annua IIS.* legitur, hoc est, annua sestertia. Neutro genere sestertium sestertios mille æquat, monetæ Gallicæ, libras, ut vocant, Turonicas centum.

^o *Non ex alio*] Colum. loc. cit. et Arist. Hist. Anim. III. 16. p. 392.

^p *Pecudum medicina*] In pecudum medicina.

^q *Omni usu*] Sive aridum, sive decoctum præbeat, utilissimum.

^r *Quin et*] Colum. loc. cit. 'Mulieres quidem si lactis inopia premuntur, cytisum aridum in aqua macerari oportet,' &c. Vide et Hippocr. de Morb. Mul. I. 73. p. 460.

defectu lactis aridum, atque in aqua decoctum, potui cum vino dari jubet: firmiores + celsioresque infantes fore. Viridem etiam gallinis, aut si aruerit, madefactum. Apes quoque⁵ nunquam defore cytisi pabulo contingente,⁵ promittunt Democritus et Aristomachus. Nec aliud minoris impendii est. Seritur cum hordeo:⁴ aut vere,⁶ semine,⁴ ut porrum:⁷ vel caule, autumnno ante brumam. Si semine, madidum: et si desint imbres,^v satum spargitur. Plantæ cubitales seruntur^{8 w} scrobe pedali. Seritur per æquinoc-tia^{9 x} tenero frutice: perficitur triennio: demetitur verno æquinoc-tio, cum florere desinit, vel pueri vel anus vilissima opera.¹⁰ Canus aspectu: breviterque, si quis exprimere similitudinem velit, angustioris^{11 y} trifolii frutex. Datur animalibus post biduum semper: hyeme vero² quod inaruit, madidum. Satiant equos³ denæ libræ, et ad portio-nem¹² minora animalia: obiterque inter ordines allium et cæpe seri fertile est. Inventus hic¹³ frutex in Cythno in-sula, inde translatus est¹⁴ in omnes Cycladas, mox in



—4 Cod. Dalec. *jurat: et firmiores.* Mox, aut si inaruerit Chiffi.—5 Cod. Dalec. *pabulum contingentes.*—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *aut eruo.*—7 Mar-go edd. Dalec. et Gronov. *ut ocymum,* e Colum.—8 Codd. Dalec. et Chiffi. *preferuntur;* Dalec. *transferuntur.*—9 Dalec. *per æquinoc-tium;* Vet. Dalec. *post æquinoc-tia.*—10 Cod. Dalec. *desinit vel pueri manu, vel vilissima opera;* Chiffi. *desiit vel p. v. a vel vilissima, &c.*—11 Vet. Dalec. *amplioris.*—12 Ita codd. Regg. Brot. Chiffi. et Editio princeps; et *portione* edd. ante Brotier. Mox, *majora animalia* cod. Dalec.—13 *Inventus est hic* Chiffi.—14 *Voc. est.*

NOTÆ

⁵ *Apes quoque]* Cytiso apes allici, idque eam ob causam propter alvearia seri scribit Diosc. IV. 113.

⁴ *Cum hordeo]* Eodem tempore atque hordeum.

^v *Aut vere, semine]* Contra Columella, loc. cit. autumnno, semine: plantis vere seri jubet.

^y *Si desint imbres]* Tum spargi, hoc est, rigari quindecim proximis diebus Columella præcipit.

^w *Seruntur]* Mss. Reg. et Colb. *perferuntur.*

^x *Seritur per æquin.]* Colum. loc. cit.

^y *Angustioris]* Folia, inquit, trifolii similia sunt, sed minora.

² *Hyeme vero]* Colum. loc. cit. ‘Aridum si dabis, parcius præbeto, quoniam vires majores habet, priusque aqua macerato, et exemptum paleis permisceto.’

³ *Satiant equos]* Colum. loc. cit. ‘Equo abunde est viridis pondo xv. bubus pondo vicena: ceterisque pecoribus pro portione virium.’ In Chiffi. cod. *Et ad portionem minora animalia.*

urbes Græcas, magno casei proventu : propter quod maxime miror rarum esse ¹⁵ in Italia. Non æstuum, non frigorum, non grandinum, aut nivis injuriam expavescit. Adjicit Hyginus, ne hostium quidem, propter nullam gratiam ligni.

XLVIII. (XXV.) Nascuntur ^b et in mari frutices arboresque, minores ^c in nostro. Rubrum enim, et totus Orientis Oceanus refertus est sylvis. Non habet lingua alia nomen, quod Græci vocant phycos : quoniam alga ^d herbarum magis vocabulum intelligitur : hic autem est frutex. Folia lata ^e colore viridi gignit, quod quidam ^f prason vocant, alii zostera. Alterum ^f genus ejusdem, capillaceo folio, simile fœniculo, in saxis nascitur : superius ^g in vadis haud procul littore : verno utrumque : et interit ^h autumnno. Circa Cretam ⁱ insulam nato in petris purpuras ^j quoque inficiunt, laudatissimo a parte Aquilo-



et, quod mox sequitur, magno, desunt in cod. Dalec.—15 Cliffl. *praterca quod max. mi. rarum est.*

CAP. XLVIII. 1 Dalec. *hic autem frutex folia, &c. quem quidam.*—2 Ita Har-

NOTÆ

^b *Nascuntur*] Accepta hæc a Theophr. Hist. IV. 7. Negat Plutarchus, in Quæst. Natur. statim initio, p. 911. aqua marina arbores ali posse : cujus placiti causas affert. Addit, in mari Rubro, quæ plantæ germinant, eas fructus ferre nullum : ali autem fluvialibus aquis, quæ multum cœni ingerant : itaque eas haud procul a terra nasci.

^c *Minores*] Et plantæ verius quam arbores. Theophr.

^d *Quoniam alga*] Φύκος, inquit, Latini algam vocant : verum algæ nomen herbæ ei quæ in aquis marinis nascitur verius accommodatur, quam fructici, quem nunc describimus.

^e *Folia lata*] Totidem verbis hæc Theophr. loc. cit. Τοῦ γὰρ φύκος τὸ μὲν ἔστι πλατύφυλλον χρώμα πῶ-

δες ἔχον, ὃ δὴ καὶ πρᾶσον καλοῦσιν τινες, οἱ δὲ ζωστήρα. Πρᾶσον a colore viridi, quo porrum refert. Ζωστήρ a cinguli forte similitudine.

^f *Alterum*] Theophr. iisdem verbis, loc. cit.

^g *Superius*] Primum nempe genus, quod et prason et zostera vocant.

^h *Et interit*] Theophr. loc. cit. neque de zostere hoc tradit, neque de capillaceo genere, sed de tertio quodam, quod ad Herculis columnas gigni ait, cujus nec nomen tradit.

ⁱ *Circa Cretam*] Et hæc accepta a Theophr. loco cit. De secundo seu capillaceo genere intelligenda.

^j *Purpuras*] Hoc est, vestes et lanas eo colore tingunt, qui purpureum imitetur, ac vincat : καλλίων ἢ χροὰ τῆς πορφύρας.

nis, aut spongiis.^{2k} Tertium¹ est gramini simile, radice geniculata^m et caule, qualiter calami.

XLIX. Aliud genusⁿ fruticum^r bryon vocatur, folio lactucæ, rugosiore tantum, jam hoc interius^o nascens. In alto vero^p abies et quercus cubitali altitudine. Ramis earum^q adhærent conchæ. Quercu^r et tingi² lanas tradunt. Glandem etiam^s quasdam ferre in alto: naufragis hæc deprehensa urinantibusque. Et aliæ^t traduntur prægrandes circa Sicyonem: vitis enim passim^u nascitur: sed ficus^{3v} sine foliis, rubro cortice. Fit et palma^{4w}



duin. 1. 2. 3. et recentt. e Theophr. Hist. Plant. iv. 7. 'Videtur legendum, ut spongiis.' Brotier. aut cum spongiis Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. XLIX. 1 Aliud genus phycorum margo ed. Dalec. Mox, rugosiore tamen ibid. e Theophr.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. Quercu etiam tingi Gronov. et vulgg.—3 Sed et ficus Vet. Dalec.—4 Est et ibi palma Vet. Dalec.

NOTÆ

^k Aut spongiis] Theophrasti hæc eo loci sententia est, a qua discedere paululum Plinius videtur. Parte insulæ Aquilonia copiosius ac melius genus hoc fuci marini provenire, ut et spongias, aliaque similia: ὡσπερ αἰ σπογγιαὶ καὶ ἄλλα τοιαῦτα. Sed forte legendum, ut spongiis. Tamen in Mss. Reg. Colb. &c. aut spongiis. Interpolavit Hermolaus, aut cum spongiis.

¹ Tertium] Theophr. loc. cit.

^m Genuculata] Nodis et articulis, seu geniculis, distincta, instar graminis, βίζα γονατώδης, ὡσπερ τῆς ἀγρωστίδος. Theophr.

ⁿ Aliud genus] Theophrast. Hist. iv. 7.

^o Jam hoc interius] Hoc est, fere intra littus, propius a terra: προσγειῶς dicunt Græci. Theophr. de his: φύεται, inquit, ἐπὶ τῶν λίθων τὰ τοιαῦτα πρὸς τῇ γῆ, καὶ τῶν ὄστράκων.

^p In alto vero] Et δρῶν ποντίαν, hoc est, pelagium, sive in alto nascentem,

Theophr. agnoscit loc. cit. quod non satis animadvertere ii, qui Plinii fidem hoc loco desiderant. Quercus marinæ iconem vide apud Petr. Lambecium lib. vi. p. 294.

^q Ramis earum] Theophrast. loc. cit.

^r Quercu] Theophr.

^s Glandem etiam] Theophrast. loc. cit. Polybius lib. xxxiv. apud Athen. lib. vii. p. 302. ait in Lusitanico mari gigni glandiferas quercus, quarum fructu thynni vescantur, ut glande terrestri sues.

^t Et aliæ] Theophr. loc. cit.

^u Vitis enim passim] Hoc est, et perinde in alto: καὶ πρὸς τῇ γῆ, καὶ ποντία ἄμπελος. Theophr. loc. cit.

^v Sed ficus] Theophrast. ἡ δὲ συκῆ ἄφυλλος μὲν, τῷ μεγέθει δ' οὐ μεγάλη· χρώμα δὲ τοῦ φλοιοῦ φοινικοῦν. Ita Plinius, ita et Gaza legit. Unus Dalecampius legit εἴφυλλος.

^w Fit et palma] Ita Mss. omnes. Hæc uberius Theophr. loc. cit.

fruticum generis. Extra Herculis^x columnas porri fronde nascitur frutex, et alius lauri, et thymi, qui ambo ejecti in pumicem transfigurantur.

L. At in Oriente^a mirum est, statim a Copto per solitudines^b nihil gigni, præter spinam, quæ sitiens vocatur, et hanc raram admodum : in mari vero^c Rubro sylvas vivere, laurum maxime, et olivam ferentem baccas, et, cum pluat, fungos, qui Sole tacti mutantur in pumicem. Fruticum^d ipsorum magnitudo ternum cubitorum est :¹ caniculis^e re-ferta, vix ut prospicere² e navi tutum sit, remos plerumque ipsos invadentibus.

LI. Qui navigavere^f in Indos Alexandri milites frondem marinarum arborum tradidere in aqua viridem fuisse, ex-emptam Sole protinus in salem arescentem. Juncos^g quo-que lapideos perquam similes veris per littora : et in alto quasdam arbusculas colore bubuli cornus ramosas, et ca-cuminibus rubentes : cum tractarentur, vitri modo fragiles, in igne autem ut ferrum inardescentes, restinctis colore suo redeunte. Eodem tractu insularum sylvas operit æstus, quanquam altiores platanis¹ populisque altissimis. Folia iis lauri,² flos violæ et odore et colore. Baccæ, ut oleis,^h



CAP. L. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *ternorum est cubitorum* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *carchariis referta* margo edd. Dalec. et Gronov. c Theophr.—2 Vet. Dalec. *vix ut respicere*.

CAP. LI. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *altiores sint platanis*.—2 *Folia iis laurea* cod. Dalec. et Chiff.

NOTÆ

^x *Extra Herculis*] Theophrast. loc. cit.

^a *At in Oriente*] Hæc rursum ex Theophr. Hist. iv. 8.

^b *Per solitudines*] In terra, ἐν τῇ γῆ, Theophr. Hæc spina διψὰς eidem dicitur, hoc est, *siticulosa* : eaque ibi rara, propter fervores, et aquæ penuriam.

^c *In mari vero*] Theophr. loco proxime citato.

^d *Fruticum*] Theophr. loc. cit.

^e *Caniculis*] Marinis canibus vel

inter ramos vel inter ipsas radices delitescuntibus : his mare totum illud infestum fuit. Theophr. ἡ δὲ θάλαττα θηριώδης· πλείους δὲ ἔχει τοὺς κάρχαρίας. Hesychius : Καρχαρίας, ὁ θαλάσσιος κύων, καὶ ἰχθύος εἶδος. De caniculis egimus ix. 70.

^f *Qui navigavere*] Theophrast. loc. cit.

^g *Juncos*] Reliqua deinceps, quæ hoc capite continentur, ex eodem Theophrasti loco petita.

^h *Baccæ, ut oleis*] Fructus, magui-

et ipsæ odoris jucundi, autumnò nascentes, foliis nunquam deciduis.¹ Harum minores totas integit mare. Maximarum cacumina extant, ad quæ naves religantur, et cum recessit æstus, ad radices. Alias quoque arbores in alto ab eisdem accepimus eodem in mari visas, semper folia retinentes: fructu earum lupinò simili.

LII. Juba tradit, circa Troglodytarum insulas fruticem in alto vocari Isidis crinem,¹ corallio similem, sine foliis: præcisum mutato colore in nigrum durescere: cum cadat, frangi. Item, alium qui vocatur charitoblepharon,^{2j} efficacem in amatoriis: spathalia^k eo facere et monilia fœminas: sentire cum se capi, durarique cornus modo, et hebetare aciem ferri. Quod si fefellerint¹ insidiæ, in lapidem transfigurari.

//////////

CAP. LII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. *Isidos plocamon* Gronov. et al. ante Harduinum.—2 Chiffli. qui vocetur *charitoblepharon*.

NOTÆ

tudine olivæ. Theophr. Καρπὸν δ' ἡλί-
κον ἐλάτα.

¹ *Nunquam deciduis*] Immo, vere deciduis, si Theophrasto credimus, τοῦ δὲ ξαρος ἀπορρεῖν.

^j *Charitoblepharon*] Χαριτοβλέφαρον, a venustate genarum et palpebrarum, quæ ejus fruticis succo tingerentur, traxisse nomen videtur.

^k *Spathalia*] Muliebria sunt ornamenta, armillæ loco et brachialis.

Tertull. de Cultu Fœmin. 'Nescio an manus, spathalio circumdari solita, in duritia catenæ stupescere sustineat.'

¹ *Quod si fefellerint*] Si præcidatur ex improvise, ante nimirum quam potuerit sentire se capi, tum quasi ex dolore, transfigurari in lapidem. Hoc loco interpret Gallicus, ut alias sæpissime, cespitavit.

NOTÆ ET EMENDATIONES

AD LIBRUM XIII.

NATURALIS HISTORIÆ

C. PLINII SECUNDI.

1. CAP. I. *Unguentum Persarum genti se debet*] Locum hunc ita refinximus admonitu codicum Reg. Colb. et Paris. cum prius perperam legeretur, *Persarum esse debet gentis unguentum*. Salmasium non audio, qui p. 947. in Solin. pro *ingluvie*, quæ vox paulo post sequitur, *inluvie* reponit, et ἀλουσίαν seu balnei et lavationis neglectum ea voce signari hoc loco putat.

2. CAP. II. *Enanthinum in Cypro, postea Adramytteo*] In libris vulgatis hæc interseruere Plinii interpolatores; deinde in *Ægypto præpositum*: quod nescio unde haustum sit: nam neque ea verba Mss. ulli agnoscunt, neque Apollonius ipse, cujus orationem Plinius, ut diximus, hoc loco transcribit: Οἰνάνθη δὲ Κυπρία, inquit ille, καὶ Ἀδραμυττήνη. Theophr. de Odoribus, pag. 187. Οἰνάνθινον ἐν Κύπρῳ.

3. Ibid. *Megalium*] A magnitudine virium id ei unguento nomen ascriptum, Plinium secuti diximus. Neque nos tamen præterit scriptores alios in alias abire partes. Nam a Siculo quodam, cui Megalo nomen fuerit, appellationem deductam ait Sosibius

apud Athen. l. xv. p. 690. Et Julius Pollux vi. 19. p. 296. Μύρον Μεγαλειῶν ἀπὸ Μεγάλου Σικελιώτου. Suidas quoque, p. 112. tom. II. et ante istos Galenus II. 2. κατὰ τόπους, p. 380. Quin et de nomine discrepant. Nam Heliadius in Chrestomathia, apud Phot. in Bibl. cod. 279. p. 1585. Μύρον Μεταλείον vocat, ὅπερ εὔρε Μέταλος Συρακούσιος. Hesychius quoque, Μετάλειον μύρον. . . Μέταλλος γάρ τις Σικελιώτης τὴν τοῦ μεταλλείου μύρον κατασκευὴν εὔρεν· μέμνηται δὲ καὶ Φερεκράτης.

4. Ibid. *Herbarum utraque. Pauca his, et alia alii miscnt*] Ita rescriptimus admonitu codicum Reg. Colb. et Paris. cum prius perperam legeretur, *Herbarii in utraque pauca, sed alia alii*, &c. perinde ac si herbariorum munus foret, odores miscere, non myropolarum potius, seu unguentariorum.

5. Ibid. *Ceteris decoctis*] His verbis subjungunt ista libri vulgati, *impendio parcentes: sed non eadem est vis, nisi una decoctis*: quæ nulla omnino Mss. exemplaria agnoscunt, non Reg. 1. 2. aut Colb. 1. 2. 3. aliive: idcirco ea, ceu spuria adjectitiaque, erasimus.

6. CAP. IV. *Unguenta gratiora esse, quæ terram, quam quæ crocum sapiant*] Brodæus Miscell. iv. 5. eumque secuti Scaliger, et Salmasius in Solin. p. 1063. legunt, *quæ ceram, quam quæ crocum sapiant*: Sic Plinio Tullioque vim faciunt. Nam quid uterque scripserit, Plinius sic aperte declarat, xvii. 3. ut dici planius nihil possit. Ibi enim genera terrarum optima investigans, sic ait: 'Certe Cicero, lux doctrinarum altera, Meliora, inquit, unguenta sunt quæ terram, quam quæ crocum sapiunt. Hoc enim maluit dicere, quam redolent. Ita est profecto: illa terra erit optima, quæ unguenta sapiat. Quod si admonendi sumus qualis sit terræ odor,' &c. Quid jam argutiis opus, ut recepta dudum Plinii Tulliique lectio convellatur?

7. CAP. VII. *Faciles se ad scandendum . . . præbent, vitilem sibi arborique indutis circumulum*] Mira hactenus hujus loci depravatio fuit. Sic enim libri vulgati, *utilem sibi arborisque induviis circumulum*. At Reg. codex 2. erroris admonuit, in quo diserte legitur, *vitilem sibi arboremque indutis circumulum*. Reg. 1. et Colb. *præbentivitilem*: unde *præbent, vitilem* legendum quoque conjicias. Morem hunc palmas conscendendi Lucianus attigit in Syria Dea, p. 1069. ubi de homine Priapum ligneum conscendente: 'Ἡ δὲ οἱ ἄνοδος τοιῆδε· σειρῆ μακρῆ ἑαυτὸν τε ἅμα καὶ τὸν φαλλὸν περιβάλλει, κ. τ. λ. Porro, inquit, *ascensus iste in hunc modum illi fit. Catena longa seipsum pariter et Priapum circumdat: deinde ascendit in ligna quædam ex ipso Priapo prominentia. Ascendens autem pariter et catenam utrimque attollit, hanc perinde moderans, ut habenas auriga. Quod si vero quispiam id non vidit, vidit autem eos qui palmas conscendunt, sive in Arabia, sive in Ægypto, sive alio aliquo loco, intelligit facile quod dico.* El δὲ τις τόδε μὲν οὐκ ὕπωπε, ὕπωπε δὲ φοινικοβατέοντας, ἢ ἐν Ἀραβίῃ, ἢ ἐν Αἰγύπτῳ, ἢ ἄλ-

λοβί κον, οἶδε τὸ λέγω.

8. Ibid. *Bella primum demonstravere gemina*] Torsit mirifice hic locus conjectorum ingenia, cum in libris vulgatis legi cernerent, *bellas primum demonstravere gemmas*. Alii enim scribendum censuerunt, *bullas cum primum demonstravere gemmeas*. Dalecamp. Hist. Plant. iii. 18. *novellas cum primum demonstravere gemmas: alii, tenellas*. At quas, quæso, gemmas, gemmeasve bullas demonstrare palmarum folia possunt? nam delicias Sabellicus facit, qui gemmas interpretatur, pictas luxurioso eo sæculo figuras in divitum pavementis, quas scopæ monstrare, sive retegere idcirco dicantur, quod scopis pavementa converrerentur, e palmarum foliis texti solitis. Ruellii medici alias eruditi sane me piget, qui cum hunc locum non intelligeret de Nat. Stirp. l. i. p. 216. exscriptis tamen, *bellas primum monstravere gemmas*. In Mss. Reg. Colb. &c. *geminas* legitur. Nostram emendationem ipsa per se orationis series, interpretatioque defendit: duplicem enim ab hisce foliis ad hominum vitam fructum pervenisse Plinius indicat: alterum, ut ad similitudinem bifidorum foliorum, ut diximus, bellandi gemina acie ratio, gemina in bello cornua, geminæ acies excogitatæ sint: alterum, ut ipsa ad funes vitiliæque opera textura prosint: 'Primum,' inquit, 'gemina demonstravere bella: nunc ad opera vitilia finduntur.' Mos est Plinio scilicet, quæ quibus ex rebus, quas natura finxerit, artes initium ortumque habuerint, indicare obiter. Sic x. 12. de milvis: 'Idem videntur,' inquit, 'artem gubernandi docuisse candæ flexibus: in cælo monstrante natura, quod opus esset in profundo.'

9. CAP. IX. *Archelaide*] Dalecampius hoc loco, et *Cappadociæ* inquit, *Archelaide*, de qua nimirum vi. 3. Quid? adeone Plinius stipes fuit, ut Archelaidem Cappadociæ, Judææ

convallem esse putaverit? Fuit Archelais non Cappadociæ modo, sed et Judææ oppidum, haud procul Hiericunte. In Tabula Peutinger. ‘Hiericunte, XII. Archelaide, XII.’—‘Si tamen ei Tabulæ fides habenda potius, quam Plinio sit, qui non civitatem, sed convallem Judææ vocat Archelaida.’ *Ed. sec.*

10. *Ibid.* *Tertium ex his genus patetæ*] Ita Mss. editique libri, et recte: nam primum caryotarum genus, Nicolai: alterum, Adelphides: patetæ, tertium. Quid igitur causæ est cur hic Dalecampius *alterum* reponat, pro *tertium*?

11. *Ibid.* *Suum genus e sicciore turba junceis, prælonga gracilitate curvatis interim. Nam quos ex his honori Deorum dicamus, chydæos appellavit Judæa, gens contumelia numinum insignis*] Proprii, inquit, et peculiaris cujusdam generis, iidemque sicciore naturæ, ut in caryotarum genere Nicolai, juncei sunt, interdum curvati, ob prælongam junceamque gracilitatem: propter quam et junceorum illis est appellatio indita. Prius legebatur, *Suum genus e sicciore turba dactylis*. At in codicibus Mss. vocis illius *dactylis* nec vola nec vestigium, ut aiunt. In Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Chiff. teste Dalecampio, Paris. et in aliis, quos Salmasius vidisse se profitetur, in Solin. p. 1322. *Suum genus e sicciore turba jacens*. Qui Parmensem editionem accuravit, *dactylis* primus adjecit, annexuitque cum altera voce *jacens*: *Suum genus e sicciore turba jacens dactylis*. Priorem ex his expunxere confidentius deinceps secuti. Salmasius posteriorem immutavit, loco cit. ac primum quidem *Ægyptiis*: deinde se ipse retexens, *balanis* reposuit, pro *dactylis*: quod vetustiore ævo *dactylos* nemo scriptorum apud Græcos Latinosve pro palmulis usurparit: idque verbum medio tantum ævo irrepserit, Suidæ fere temporibus. Alii plura hoc ipso in loco immutare ag-

gressi sunt: *suum genus e sicciore herba*, nonnulli: qui quid sicciore turba sit, haud intellexerunt: cum palmulæ sint, quibus minus est succi, aut liquoris. Sic xv. 13. ‘Ingens postea turba prunorum, versicolor, nigra, candida.’ Prius enim palmas ebrias ac nimio liquore abundantes commendavit auctor: nunc *turbam sicciorem*: mox *arentes in totum*. Alii, *e sicciore turba Idæis*: voluntque lusisse Judæos similitudine nominis, dum Chydæos appellaverunt, quos Idæos alii nuncuparent. At et id longius a vetere scriptura discedit, non minus quam *balani, dactyliques*: et de Idæis *dactylis* altum est apud veteres silentium, præterquam de iis hominibus qui id habuere nomen in Creta, ut diximus libro septimo. Alii, *curvatis in terram*: at *interim* pro *interdum* dici, Plinio familiare est, quod ex Indice nostro intelliges. Nemo ex iis itaque auctoris mentem est assecutus, nemo prisæ scripturæ vestigiis, ut debuit, institit: nos, ut remur, utrumque feliciter. Nam quid affinius ei voci *jacens*, quam *junceis*? cum præsertim in libris manu exaratis *juceis* superposita lineola alteri literæ, pro *junceis*, scribi mos sit. Quid similis veri, quam *juncem* id pomi genus, quod e sicciore turba fuit, a *prælonga gracilitate*, et veluti *junceæ*, qua nota a ceteris generibus secernitur, nomen accepisse? Quid enim aut *juncos* siccius, aut in longitudine gracilior?—‘Nam sic et xvii. 35. num. 9. ‘gracilis atque ejuncida’ vitis dicitur, eademque num. 14. ejuncescere ac mori.’ *Ed. sec.*—Quid denique vero propius, quam ut superioribus palmarum generibus sua diligenter a Plinio attributa nomenclatio est, *syagrorum, caryotarum, Nicolaorum, patetarum, adelphidum, sandalidum, margaridum, aliarumque*, ac singularum nominis causa indicata, id quoque ab eo in his minime prætermissum? *Junceos* itaque nuncupatos significat,

causamque statim affert, quia prælonga gracilitate curvantur interim: quo fere modo sandalides a similitudine nomen habuere.—‘ Sic xxv. 74. ‘ Cantabrica dicitur caule junceo pedali nasci.’ Et c. 54. ‘ Aristolochiæ genus est, junci plenioris crassitudine.’ *Ed. sec.*—Juncei porro, ne quid omittam, masculo, ut aiunt, genere signantur, ut syagri, chydæi, et Nicolai: ut fructus subintelligas, balanove: vel Græco more locutum scito: nam τοὺς φολίνας virili genere Græci efferunt, τοὺς πατητοὺς, τοὺς καρωτοὺς, κ. τ. λ.

12. CAP. XI. *Sed hæc germina emittit sine ullis foliis: radice similis populo: folium ulmo*] Sic totidem plane literis ac syllabis Mss. Reg. Colb. Paris. Chiff. At Salmasius in Solin. p. 462. *Sed hæc germen amittit sine ullis foliis ut radicem, similis populo, &c.* quæ nec Latina, nec Pliniana, nec vera sunt. Libri vulgati tolerabilius, *Sed hæc germina emittit sine ullis foliis radicis similia. Caudex arboris similis populo, &c.* Quanquam enim interpolata lectio videatur, defendi tamen ex Theophrasto potest, ita scribente Hist. iv. 2. Πλὴν ὅτι βλαστόν τινα ἀφήσι μικρόν, ἄφυλλον ὡσπερ ῥίζιον, πρὸς ᾧ ὁ καρπός. Τὸ δὲ στέλεχος μέγα, καὶ παρόμοιον τῇ λευκῇ φύλλον δὲ τῇ πετελέα. *Nisi quod germen quoddam e caudice nascitur exiguum, ac sine foliis, instar radicis, cui fructus adhæret. Caudex ipse ingens, et populo albæ assimilis: folium ulmo.*

13. CAP. XX. *Ulmo etiam in Coryco monte Cilicia*] Hæc Plinius ab alione quopiam scriptore hausert, an ex Theophrasto, quem pessime accepert, non ausim statuere. Hujus quidem sententia est Histor. Plant. III. 14. ἐν ταῖς κωρύκοις τῆς πετελέας, ἰν ὑλμι folliculis gummi et culices gigni, θηρία ἅτα κωνοποειδῆ. An iis verbis agi de Coryco Pamphylicæ monte Plinius putavit? Est ibi κόρυκος, folliculus, et, ut Hesychius ait, θυλάκιον, φύση. Quare eadem cum

Theophrasto scribens Dioscorides 1. 3. φύσας vocat: ubi de ulmo: τὸ δὲ ἐν ταῖς φύσαις κατὰ τὴν πρώτην ἐκβλάστησιν εὐρισκόμενον ὑγρόν, κ. τ. λ. Sed de peculiari forte ulmi genere, quod in Coryco monte nascatur, hæc Plinius ab incerto nobisque incognito auctore accepert.—‘ Ut hoc loco Corycum montem in κόρυκον, folliculum, sic XII. 3. *Hispaniam vidimus mutatum in adjectivum σπανίαν.*’ *Ed. sec.*

14. CAP. XXII. *Aut usu ejus alio, quam floris*] Ita Reg. 2. At Reg. 1. Colbert. 3. aliique, *quam floris* habent: ut sit fortasse sententia, non Ægyptiis hunc morem fuisse, sed foris, hoc est, externis gentibus, ut papyro Deos coronarent. Florem quidem certe, ut diximus, nullum papyrus habet.

15. CAP. XXIII. *Texuntur omnes madente tabula . . . liquor glutinis præbet vicem. Primo*] Ita Mss. Reg. Colb. et Paris. in quibus, *madente tabula*, mox *glutinis præbet inrecum*, legitur: non ut libri vulgati, *Texuntur omnes tabulæ madentes . . . liquor vim glutini præbet cum primo.* Traducit se Guilandinus, cum legit postea, *siccantur sutæ plagulæ*: et Scaliger in Guilandinum, dum mavult, *siccantur solæ plagulæ*, existimatque, destructo cratis contextu, qui fuerat operose concinnatus, exentas schedas seorsim siccari. Guilandinus etiam paulo ante, *Transversa postea cute peragitur.* Sed piget ista similiaque commemorare, quæ, præter conspirantem codicum consensum, ipsa orationis Plinianæ, quam planissimam esse demonstravimus, textura convellit ac rejicit.

16. CAP. XXVII. *Cassius Hemina vetustissimus auctor*] Negat Guilandinus *vetustissimum* recte dici, qui Plinium annis LXX. vix antecessit. Simlerum sequitur Guilandinus: Dalecampius Guilandinum. *Verissimum* invitis exemplaribus reponunt. Errorem convellimus in Auctorum Indice, quem tu, lector, consule.

17. Ibid. *Cn. Terentium*] Sic eum Varro appellat, apud August. de Civit. Dei vii. 34. Sic etiam Festus, verbo, 'Numam.' Quamobrem qui L. Petilium pro Terentio dixerunt, ut Valerius Max. i. 1. 12. aliique, ut a Plinio dissident, sic aberrant a veritate: ac Prætoris nomen, qui libros inventos comburi jussit, pro ejus nomine, qui invenit, falso supponunt.

18. CAP. XXIX. *Arbor citri*] In libris vulgatis perperam, *arbor cedri*, reclamantibus Mss. tum hoc loco, tum in Indice hujus libri ac loci, in quo sic lemma istud legitur: 'De Atlantis arboribus, et citreis mensis.' Adde Plinium ipsum v. 1. ubi ebori ait citroque Atlantis sylvas exquiri. Veterum tamen nonnulli ex similitudine nominum citrum cedrumque confuderunt. Eudemus in Lexico Rhetorico: κίτριον, κέδρος. At exors tanti criminis Plinius noster esto. De mensis ex ea arbore confectis, Martialis xiv. 89. cui lemma inscriptum, 'Mensa citrea: 'Accipe felices, Atlantica munera, sylvas: Aurea qui dederit dona, minora dabit.' Et Epig. 90. citream mensam, cum Plinio, e Maurorum fieri arboribus scribit: 'De mensa acerna: 'Non sum crispa quidem, nec sylvæ filia Mauræ.' Denique xii. 67. 'Et Maurusiaci pondera rara citri.' Petron. in Sat. p. 422. 'Ecce Afris eruta terris Citrea mensa.' Lucan. ix. 426. 'Tantum Maurusia genti Robora divitiæ, quarum non noverat usum: Sed citri contenta comis vivebat, et umbra. In nemus ignotum nostræ venere secures, Extremoque epulas mensasque petivimus orbe.'

19. Ibid. *Emita H S. X̄.*] In Mss. sestertiorum numerus, quo venumdata Ciceronis mensa dicitur, plane desideratur. At sequentium mensarum pretium, omnium exemplarium conspirante consensu, ita exprimitur, uti fere libri vulgati habent: Asinii quidem, *HS. X̄I.* Jubæ, *HS. XII.*

(non *X̄V.*) Denique Cethegorum. *HS. XIV.* vel ut in Reg. 2. *HS. XIII.* crescente videlicet pretii æstimationisque numero: plane ut Ciceronis mensa *HS. X̄.* taxata fuisse videatur: etsi Tertullianus de Pallio, sub finem, p. 119. hunc Plinii locum transcribens aliter statuat: æstimatamque velit Ciceronis quidem quingentis millibus nummum; Asinii, bis tantum. Sed vel corruptis haud dubie Plinii exemplaribus est impulsus in fraudem, aut rem Minerva crassiore satis habuit narrare, de pretio tam religiose signando haud admodum sollicitus. Nam ad illud visus alludere Plinius, quod apud Senecam legere me memini, nempe de Benef. vii. 9. p. 136. 'Video istic mensas, et æstimatum lignum Senatoris censu,' &c. Porro Senatoris censum *HS. XII.* hoc est, duodecies centenum millium nummum fuisse, norunt omnes ex Suetonio in Augusto, cap. 41. 'Senatorum censum ampliavit, ac pro octingentorum millium summa, duodecies sestertium taxavit, supplevitque non habentibus.'

20. Ibid. *A Juba rege pendentes*] Sic restituimus admonitu codicum Reg. Colbert. Paris. aliorumque quos Ciaconius vidit, ipso prodente de Triclin. pag. 11. et 12. non, ut libri vulgo editi, *Juba rege vendente*. Nec incitum etiam foret aut inelegans, si legeretur, *a Juba rege pendente*: 'pendere' enim ii dicebantur, quorum nomina delata ad judices, fere ob æs alienum, publice proposita ac suspensa erant. Sueton. in Domit. cap. 9. 'Reos, qui ante quinquennium proximum apud ærarium pependissent, universos discrimine liberavit.' Et ante in Claudii Vita, cap. 9. de ipso, antequam imperium caperetur: 'Ad eas,' inquit, 'rei familiaris angustias decidit, ut cum obligatam ærario fidem liberare non posset, in vacuum lege prædiatoria venalis pependerit sub edicto præfectorum.'

Hoc est, Claudii bona et prædia, publice obnoxia edicto Præfactorum ærarii, diu venalia pependere, cum emptorem non invenirent. Sed alio significato 'vindemia pendens' a Plinio dicitur XIV. 5. nempe pro ea quæ in ipsa adhuc vite pendet. Quo pacto Cato de Re Rust. cap. 146. 'Oleam pendentem hac lege venire oportet. Olea pendens in fundo Venafro venibit. Qui oleam emerit,' &c. Et cap. 147. 'Lex vini pendentis. Hac lege vinum pendens venire oportet. Vinaceos illutos, et facem relinquito,' &c. Plinius ipse XVII. 1. 'fructus pendentes,' circa quos depugnat homo cum alitibus.

21. Ibid. *A Cethegis descendens*] Ita libri omnes, etiam manu exarati, quos confidenter nimis spernit Budæus de Asse lib. III. fol. 78. cum legit, *atlegis descendens*, quæ vox Juvenali nota, Sat. XIV. Maurorum mapalia sonat. Sed profecto ludit operam: cum aliud nihil Plinius velit, quam ejuscemodi supellectilem haud pretio magis et ipsa materie, quam dominorum nobilitate civitati notam fuisse. Unde quæ cujusque mensa fuerit, quam modo laudat, diligenter expedit. Pertinet huc illud Senecæ, libro de Tranquill. animi, pag. 677. 'Placet,' inquit, 'mensa non varietate macularum conspicua, nec per multas elegantium dominorum successiones civitati nota,' &c.

22. Ibid. *Nomio liberto ejus esset. Tuber hoc est radicis, maximeque laudatum*] Sincerissima hæc omnium Mss. lectio, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Paris. &c. quæ sic in vulgatis libris interpolata legitur, *liberto ejus esset, cujus materia erat tuber. Hoc est radicis vitium, maximeque in eo laudatum, &c.*

Atqui proxime sequitur, 'arborum vitium est.' Sic paulo post cap. 30. ubi ex eorundem codicum admonitu scripsimus: *Post hæc amplitudo est: jam toti caudices juvant, pluresque in una. Mensæ vitia: lignum, &c.* Pliniani corruptores verius quam correctores ita ediderant: *Post hæc amplitudo est jam totius caudicis. Juvant plura quoque in una mensa vitia.* Quibus verbis nec elegantia adest ulla, nec probabilis subest sententia: sed Plinianæ menti adversa penitus, qui vitia mensarum, quæ deinceps enumerat, adeo non laudat, ut damnet potius improbetque.

23. CAP. XXX. *Variisque corticum punctis apprehensus, papaverum nodo, et in totum atro propior colos*] Si vulgatos hactenus libros consulas, nihil hic sani: *variisque corticum punctis apprehensus papaverum modo.* In Mss. *nodo* legitur: *cornicum* ex animi conjectura rescripsimus: etsi in Reg. 1. et Colb. *corvum*, in Reg. 2. *corticum* legitur. Murænæ pariter et cornicis color citreis in mensis damnatur: quid sint corticum puncta, aut ad colorem quid præstent, haud satis compertum. At vice versa 'tigrum maculæ' in frutice Rubri maris, factisque ex eo baculis, commendantur XVII. 80. uti nunc in mensis 'cornicum puncta' damnantur.

24. CAP. XXXV. *Epipactis, quem alii elleborinen*] In libris hactenus editis, *Epicactis, quem alii embolinen.* Nos locum sanavimus, tum ex Dioscor. IV. 109. Ἐπιπακτὶς, inquit, οἱ δὲ ἑλληβορίνην, θαμνίσκος μικρὸς, ἐλάχιστα φυλλάρια ἔχων· πρὸς τὰ θανάσιμα δὲ πίνεται, καὶ πρὸς τὰ ἐν ἥπατι πάθη. Tum ex ipso Plinio XXVII. 52. ubi eadem plane cum Dioscoride refert.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XIV.

Fructiferæ arbores: vites, &c.

I. **EXTERNÆ** arbores, indocilesque nasci alibi quam ubi cœpere, et quæ in alienas non commeant terras, hactenus fere sunt.¹ Licetque jam de communibus loqui, quarum omnium peculiaris parens videri potest Italia. Noscentes tantum meminerint, naturas earum a nobis interim dici, non culturas: quanquam et colendi maxime² in natura portio est.^a Illud satis mirari non queo, interiisse³ quarundam memoriam, atque etiam nominum, quæ auctores prodidere, notitiam. Quis enim non communicato^a orbe terrarum, majestate Romani imperii, profecisse vitam^b putet commercio rerum ac societate festæ pacis,^b omniaque etiam

^a *Etiã maxima culturæ pars pendet a natura.*

^b *Profecisse homines in vita, ex usu rerum.*




CAP. I. 1 Dalec. *fere narratæ sunt.*—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *maxima* Gronov. et al. ante Harduin.—3 Gronov.

NOTE

^a *Communicato*] Orbe terrarum facto promiscui usus, amplitudine imperii Romani.

^b *Festæ pacis*] Lætæ et jucundæ. Sic II. 45. 'Nunc vero pace tam festâ, tam gaudente rerum proventu,' &c.

quæ occulta ante fuerant, in promiscuo usu facta? At hercules non reperiuntur, qui norint multa ab antiquis + prodita: tanto priscorum cura fertilior, aut industria felicitior fuit, ante millia ^c annorum inter principia literarum Hesiodo præcepta agricolis ^s pandere orso, subsecutisque non paucis hanc curam ejus, unde nobis crevit labor: quippe cum requirenda sint non solum postea inventa, verum etiam ea, quæ invenerant prisca, desidia ^d rerum internecone memoriæ inducta.⁶ Cujus somni causas quis alias, quam publicas mundi, invenerit? Nimirum alii subiere ritus, circaque alia mentes hominum detinentur, et avaritiæ tantum artes coluntur. Antea inclusis gentium imperiis intra ipsas, ideoque et ingeniis, quadam sterilitate fortunæ,^e necesse erat animi bona exercere: regesque ^{7 f} innumeri honore artium colebantur, et in ostentatione has præferebant ^g opum,⁸ immortalitatem sibi per illas prorogari arbitantes. Quare abundabant et præmia, et operæ vitæ.⁹ Posteris laxitas mundi ^h et rerum amplitudo damno fuit: postquam senator censu legi cœptus, judex fieri censu, magistratum ducemque nihil magis exornare, quam census: postquam cœpere orbitas in auctoritate ⁱ summa et potentia esse, cap-



interisse.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *multi non reperiuntur qui norint ab antiquis.* Mox, *tantum priscorum* Vet. Dalec.—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. recentt. *agricolæ* Gronov. et vulgg.—6 Codd. Dalec. et Chiffi. *indicta*; Margo edd. Dalec. et Gronov. *desidia aut rerum intern. memoria inducta.*—7 Cod. Dalec. *exercere reges.*—8 Vet. Dalec. *præferebant opes*; cod. Dalec. *præferebant opem et immortalitatem s. p. i. prærogari, &c.*—9 Dalec.

NOTÆ

^c *Ante millia*] Sic Mss. Reg. Colb. Th. De ætate Hesiodi dicemus in Auctorum Indice.

^d *Desidia*] Propter hominum desidiam memoria rerum intermorta, deleta, extincta. In Mss. Reg. 1. Colb. 3. et Chiffi. *indicta*. In Colb. 2. Th. aliisque, *inducta*.

^e *Sterilitate fortunæ*] Cum spes nulla foret extra patriæ angustias ampli-

ficandæ fortunæ.

^f *Regesque*] Ut Hieron, Attalus, alique, de quibus in Auctorum Indice dicemus.

^g *Has præferebant*] Hanc opum suarum partem præcipuam ducebant.

^h *Laxitas mundi*] Latitudo possessionum amplior.

ⁱ *Orbitas in auctoritate*] Quoniam

tatio in quæstu fertilissimo, ac sola gaudia in possidendo: pessum iere vitæ pretia; omnesque a maximo bono ^j liberales dictæ artes in contrarium cecidere, ac servitute sola perfici cœptæ.¹⁰ ^k Hanc alius ^l alio modo, et in aliis adorare: eodem tamen, habendique ad spes, omnium ^m tendente voto. Passim vero etiam egregii aliena vitia, quam bona sua, colere malle.¹² Ergo hercules voluptas vivere cœpit, vita ipsa ⁿ desiit. Sed nos obliterata quoque scrutabimur: nec deterrebit quarundam rerum humilitas, sicut nec in animalibus ⁿ fecit. Quanquam videmus Virgilium præcellentissimum vatem, ea de causa hortorum dotes ^o fugisse: et e



opera vitæ.—10 ‘Ita bene cod. Paris, et Editio princeps. In codd. Regg. *profici cœptæ.* In recentioribus editionibus, *profici cœptum.*’ Brotier. Cod. Dalec. etiam *profici cœptæ.*—11 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *adorare, eodem tamen habendi, quo eat spes, omnium.* Edd. vett. ‘*eod. tam habendi quæstu ad spes Ms. Lego: eadem tam. habendi spe, ad quæstum omnium.*’ Dalec.—12 Dalec. *malunt.*—13 Ita codd. Harduin. et Chiffli. *fugisse: e tantisque,*

NOTÆ

quæ liberis carerent, horum benevolentia, spe hæreditatis adeundæ, omni obsequiorum genere captaretur.

^j *A maximo bono*] A libertate scilicet. Sunt enim liberales artes, quæ ingenio coluntur, atque idcirco dignæ sunt liberis ingenuisque hominibus: Unde et ingenuæ quoque a Tullio appellatæ.

^k *Perfici cœptæ* [*profici cœptum*] In Mss. *cæptæ.* Forte, *perfici cœptæ.*

^l *Hanc alius*] Servitutis, inquit, genera diversa fuere, mira et servientium animorum diversitas, dum alius alium et alio modo coleret: eodem tamen omnium aspirante voto, nempe ad spem habendi, ditescendique. Vide Notas et Emend. num. 1.

^m *Vita ipsa*] Homines ipsi. Familiaris Plinio ea locutio est. Infra cap. 5. ‘Quantum postea cccxxx. annis vita profecerit:’ hoc est, homines profecerint, hominum usus et experientia, in vita. Cap. 29. ‘Nec segniter in eo vita elaboravit.’ Libro seq. cap. 1. ‘Hesiodus cultum agro-

rum docendam arbitratus vitam.’ Plura ex Indice verborum exempla repete.


ⁿ *Nec in animalibus*] Ne animalculorum quidem, quæ insecta vocant, tractatione prætermissa: actum est enim de iis volumine operis hujus undecimo.

^o *Hortorum dotes*] Nihil de hortorum cultura scripsisse. Sic enim ipse Georg. iv. ‘Forsitan et pingues hortos quæ cura colendi Ornaret, canerem, biferique rosaria Pæsti, &c. Verum hæc ipse equidem spatiis disclusus iniquis Prætereo, atque aliis post commemoranda relinquo.’ Verum hanc desertarum a præcellentissimo vate partium possessionem occupavit cum laude, et insigni commendatione doctrinæ, atque elegantia, Ren. Rapinus, e Societate nostra, singulari opere de cura Hortorum: quod opus exceptum ubique cum admiratione, in Gallia finitimisque regnis jam tot fere, quot ipsum Maronem, typis excusum, redditum est

tantis,¹³ quæ retulit, flores modo ^p rerum decerpisse, beatum ^q felicemque gratiæ,¹⁴ xv. omnino generibus uvarum nominatis, tribus oleæ, totidem pirorum, malo vero tantum Assyrio, ceteris omnibus neglectis.

II. Unde autem potius incipiemus, quam a vitibus? quarum principatus in tantum peculiaris Italiæ est, ut vel hoc uno omnia gentium vicisse, quam odorifera,^{1r} possit videri bona: quanquam ubicumque pubescentium ^{2 s} odori nulla suavitas præfertur.

(1.) Vites jure apud priscos magnitudine quoque inter arbores ^t numerabantur. Jovis simulacrum in urbe Populonia ³ ex una conspicimus, tot ævis incorruptum: item Massiliæ pateram. Metaponti templum Junonis vitigineis columnis stetit. Etiam nunc scalis tectum Ephesiæ Dianæ scanditur una vite Cypria,⁴ ut ferunt, quoniam ibi ad præcipuam amplitudinem exeunt. Nec est ligno ulli æternior natura.⁵ Verum ista ex sylvestribus facta crediderim.⁶



quæ Gronov. et al. ante Harduin. — 14 Parm. Græciæ; alii ap. Dalec. gratia.

CAP. II. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quanquam odorifera* Gronov. et al. ante Harduinum. — 2 Turneb. *florescentium*. — 3 *Populonia* Pintian. — 4 Ita codd. Regg. Brot. Par. Brot. et Editio princeps; *una e vite Cypria* Harduinus ex codd. eumque secuti sunt recentt. *ex vite Cypria* Dalec. *vite una Cypria* Gronov. et al. ante Harduinum. — 5 Vet. Dalec. *materia*. — 6 Gronov. et al. ante Harduin. *crediderim, quando hæc vites*.

NOTE

etiam Anglico carmine, et quidem exposito.

^p *Flores modo*] Hoc est, ea tantum attigit, quæ floridiore, ut ita dicam, oratione narrari, exornarique, quæ nitorem et ornamentum recipere possent: unde in eo Georgicon opere tam crebræ digressiones a proposito, quibus occurrat satietati et fastidio.

^q *Beatum*] Felicem, inquit, virum, qui tantam sit gratiam consecutus, tam paucis etiam ex frugiferarum arborum numero appellatis: quarum

tamen tractationem integram sibi proposuisse eo opere videbatur. Barbarus hunc locum præpostere interpretatur.

^r *Quam odorifera*] Hoc est, præter odorifera: vel, odoriferarum terrarum bonis exceptis. Vide Notas et Emend. num. 2.

^s *Pubescentium*] Vitium nempe florescentium. Martial. III. 65. 'Vinea quod primis floret cum cana racemis,' &c.

^t *Inter arbores*] Horat. I. Od. 18. 'Nullam, Vare, sacra vite prius se-

III. Hæ vites ^a tonsura annua coërcentur, et vis earum omnis evocatur in palmites, ^b aut deprimitur in propagines, succique ^c tantum gratia exire sinitur pluribus modis ¹ ad cœli mores, solique ingenia. In Campano agro populis nubunt: maritasque complexæ, atque per ramos earum procacibus brachiis geniculato cursu ^d scandentes, cacumina æquant, in tantum sublimes, ut vindemitor ² auctoratus ^f rogam ac tumulum excipiat. Nullo fine crescunt, dividique, aut potius avelli, nequeunt. Villas et domos ambiri singularum palmitibus ac sequacibus loris ^a memoria dignum inter prima Valerianus quoque Cornelius ³ existimavit. Una vitis Romæ in Livix porticibus subdiales inambulationes umbrosis pergulis ⁴ opacat, eadem duo-

^a *Flagellis, ceu quibusdam loris, sese spargendo dilatantibus.*



CAP. III. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *gratia ex his pluribus modis* Gronov. et al. ante Harduinum.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. *ut vindemitor* Gronov. et edd. vett.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *loris, memoria quoque dignum Valerianus Cornelius* Vet. Dalec. *loris quoque, memoria dignum i. p. V. quoque Cornelius* Gronov. et al. ante Harduin.—4 *Lunæ porti-*

NOTE

veris arborem.' Et Ulpianus l. XLVII. dig. tit. 7. arboris appellatione vites quoque censi ait.

^a *Hæ vites*] Ita Mss. omnes. Nempè sativæ, sive mites, quæ sylvestribus opponuntur: eæ namque quotannis tonsæ, aut in propaginem depressæ, suppeditare materiæ seu ligni copiam vix queant ad opera intestina, cujusmodi proxime recensita sunt.

^b *In palmites*] Palmites sunt utilia in fructum flagella vitium.

^c *Succique*] Vini tantum gratia exire et crescere sinitur, idque pluribus modis, quos deinde expedit. Sunt porro modi illi dispares, pro cœli more, et soli ingenio.

^d *Geniculato cursu*] Quoniam in vitium palmitibus internodia quædam

articulique sunt, geniculorum instar, γονατώδη, quibus modo huc, modo illac repunt.

^e *Ut vindemitor*] Vindemitor operam suam locans vineæ putandæ, apud Prætorem hac exceptionis formula utebatur, ut si casu interiret, rogi sibi jus et sepulcri foret, locantis sive auctorantis impendio. 'Excipere' hoc loco est, nominatim cavere, ac nominatim pacisci de rogo ac tumulo.

^f *Auctoratus*] Ad hanc operam periculosæ plenam alex quasi pretio obligatus. Vide quæ de hac voce dicturi sumus xxxvi. 24.

^g *Umbrosis pergulis*] Pergulæ sunt tabulata e vite opere topiario structa. Hinc apud Colum. III. 2. pergulanæ vites, quæ pergulas exordant,

denis musti amphoris fœcunda. Ulmos quidem ubique exsuperant.⁵ Miratumque altitudinem earum Ariciæ ferunt legatum regis Pyrrhi Cineam,^h facete Iusisse in austrioremⁱ gustum vini, 'merito matrem ejus pendere in tam alta cruce.' Rumpotinus⁶ vocatur et alio nomine populus arbor^j Italiæ Padum transgressis, cujus tabulata^k in orbem patula replent, puroque perductæ dracone⁷ in palmam ejus, inde subrectos ramorum digitos flagella dispergunt. Eædem modici hominis altitudine adminiculatæ sudibus^m horrent,⁸ vineamque faciunt: et aliæ⁹ improboⁿ reptatu, pampinorumque, peritia domini, discursu^o atria media complentes. Tot differentias vel sola tantum Italia recipit. Stat provinciarum aliquarum per se vitis^o sine



cibus subdivales i. u. operculis cod. Dalec.—5 *Ulmos q. u. exuberant* cod. Dalec.—6 *Ita bene Ms. Reg. 2. ut patet ex Colum. v. 7. Rumpotinus autem apud Columellam non est populus, le Peuplier; sed opulus, seu acer campestre et minus, C. B. le petit érable des bois.* Brotier. *Rumbotinus* al. Mox, *opulus arbor* Dalec.—7 *Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. perducto dracone* Turneb. *producto dracone* Gronov. et al. ante Harduin.—8 *Alii ap. Dalec. hærent.*—9 *Quidam ap. Dalec. ut aliæ; alii ap. eund. et alias.*—10 *Ita emendavi ex Mss. Reg. 1. et 2. et Editione principe. In Parmensi editione aliisque, pampinorumque superfluitate peritia domini amplo discursu.* Male additum, *superfluitate*, quæ vox ne Latina quidem est. Sine auctoritate quoque additum, *amplo.* Brotier. Dalec. *superflua petulentia;*

NOTÆ

arundinibus impositæ: *Une treille.* Vites pergulas alio significato dixit Petrus de Crescentiis iv. 4. extremo, p. 143. Habuisse se vitem Ammineam, in pergulis, quæ denas amphoras peræquaret, Columella testatur, III. 9.

^h *Cineam*] Diximus de Cinea VII. 24.

ⁱ *In austriorem*] Et hanc austeritatem nostro tempore magna ex parte ferunt Ariciæ vina, inquit Andr. Baccius de Vinis Ital. lib. vi. p. 281.

^j *Populus arbor*] Alii *opulus arbor* malunt, quam corno similem facit Columella. Vide Notas et Emend. num. 3.

^k *Cujus tabulata*] Hoc est, ramos truncosque projectos in morem tabulati. Hos vites amplexæ replent.


^l *Perductæ dracone*] Ita Mss. non *producto*. Draconem vocant palmitem emeritum, multis annis duratum. Palmam, partem eam trunci seu caudicis, cujus ab utroque latere ramuli, velut digiti e palma volaque manus, subriguntur: cui trunco vitis applicata innititur, ut dicemus XVII. 35.

^m *Sudibus*] Palis, pedamentis. Gallis, *des échalas*. Unde *échalasser une vigne*, palos figere, quibus vitis adminiculetur.

ⁿ *Et aliæ improbo*] Vide Notas et Emend. num. 4.

^o *Stat....per se vitis*] Et hæc vitis

ullo pedamento, artus suos in se colligens, et brevitate crassitudinem pascens.¹¹ Vetant hoc aliubi venti:¹² ut in Africa et in Narbonensis^p provinciæ partibus. Excrescere ultra suos pollices^q prohibitæ, semperque pastinatis^r similes,¹³ herbarum modo vagantur^s per arva, ac succum terræ passim uvis bibunt, quæ ob id magnitudinem infantium puerorum in interiore Africæ parte exsuperant. Uva non alibi gratior^t callo, ut inde possit invenisse nomen duracina.¹⁵



Vet. Dalec. *peritia hominis*. Mox, *media complent Dalec.*—11 Dalec. *colligens, breviter crassitudine pensans.*—12 Cod. Dalec. *alicubi venti.*—13 Dalec. *ultra senos p. p. s. putatis similes.*—14 Ita codd. Chiffli. Regg. Brot. et Editio princeps; *aliubi gratior* edd. aliæ ante Brotier. *aliubi crassiore* Turneb. xxv.

NOTÆ

erecta, Græcis ὀρθάμπελος appellatur: in Andegavensi, Vasconicoque Galliæ agro frequens. Apud Monspeiliensis ita coluntur vites, ut stipites vix cubitum excedant, nec pedamentis utantur. Ramos fere quotannis omnes abscindunt, stolonibus modo parvis relictis.

^p *Narbonensis*] Plinius II. 46. 'Item in Narbonensi provincia clarissimum ventorum est Circius, nec ullo violentia inferior,' &c.

^q *Ultra suos pollices*] Sic XVII. 35. 'Ut semper pollices tantum relinquuntur.' Ne ventorum scilicet vehementiæ injuriæque pateant. Quid sint in vite pollices, nescisse Dalecampius videtur, qui *ultra senos pollices*, infelici conjectura legi hoc loco jubet. Nos XVII. 35. de iis dicturi sumus: ubi et de justa altitudine vitis agitur, quæ sine pedamento ordinatur, qualis ea est de qua nunc instituta oratio est.

^r *Pastinatis*] Quoniam dum pastinatur vitis, sarmenta vitatores humi jacere patiuntur, donec vite putata ea suis iterum pedamentis alligent. At hæc sparsis sponte semper per terram palmitibus jacet, ut dicetur

XVII. 35.

^s *Vagantur*] Et hæc prostratæ vites appellantur, quæ a trunco enatæ statim serpunt, ac veluti projectæ per humum porriguntur, proferuntque fructus jucundissimos: apud Andegavenses et Rupellenses crebræ. In Asia quoque, et Africa, ut Plinius monet XVII. 35. multis in locis terra cubilia præbet uvis. Gallis, *Vignes courantes.*

^t *Uva non aliubi gratior*] Ita libri omnes, etiam Mss. non *crassior*, ut Turnebo placuit, Adv. xxv. 26. p. 899. Et gratam esse uvam ad gustum ait auctor, et callo præditam: hoc est, carne seu corpore ad morsum paulo solidiore ac duriore: nunc *Maroquin* vocant: qualem in horto Regio vidimus: unde forte nomen uvæ datum, Duracinæ. In omnibus Mss. legitur, *Durus acinus*. Meminit uvæ duracinæ Suetonius in Augusto, c. 76. ipsius verba recitans ejusmodi: 'Dum lectica ex regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis uvæ duracinæ comedi.' Prope Vesuvium ab arboribus id genus uvarum pendet, teste Sanfelice in descrip. Campaniæ.

Namque genera magnitudine, colore, saporibus, acinis innumera, etiamnum multiplicantur vino. Hic purpureo lucent colore, illic fulgent roseo, nitentque viridi. Candidans enim nigerque, vulgares. Tument vero mammarum modo bumasti.^u Prælongis dactyli^v porriguntur acinis. Est illa¹⁶ naturæ lascivia, ut prægrandibus adhæreant parvi, mites, et suavitate certantes: leptoragas^w has vocant. Durant aliæ per hyemes,¹⁷ pensili^x concameratæ nodo. Aliæ in sua tantum continentur anima^y ollis fictilibus, et insuper doliis inclusæ,¹³ stipatæ vinaceis^a circumsudantibus. Aliis gratiam, qui et vinis, fumus affert^b fa-

//////////

26.—15 Chiffi. *durus acinus*.—16 *Est et illa* Gronov. Mox, cod. Tolet. *comites pro mites*.—17 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *hiemem* Gronov. et edd. ante Harduin. Mox, *pensiles, congeminatæ nodis* Dalec. *pensili conglomeratæ nodo* Vet. Dalec. *pensili concaminatæ modo* cod. Dalec.—18 Chiffi. *doliis fictilibus inclusæ*.—19 *Idem codex, quæ in ca gloria*

NOTÆ

^u *Bumasti*] *Βουμαστοί*, quasi vaccæ mammas magnitudine referant. *Βοῦ* in compositione dictiones auget, quod sæpius dicendum erit. *Bumamma* Varroni de Re Rust. II. 5. et Macrobio Saturn. II. 16. p. 379. hæc uva dicitur. Virgil. Georg. II. 102. 'Et tumidis, bumaste, racemis.' Hoc uvarum igitur genus rotundatur acino, ut id quod proxime sequitur, porrigitur prælongo.

^v *Dactyli*] A digitali gracilitate, ut ait Plinius cap. 4. Gallis, *Raisins au long grain*.

^w *Leptoragas*] A tenuitate acinorum seu granorum uvæ. Est enim *ῥάξ υἄε granum*: *λεπτόν, tenue*: unde *λεπτοράγες*.

^x *Pensili*] Suspendi eas jubet e camera, et nodo ligari. Quæ ita suspendantur, opportunissimas esse duracinas auctor est Varro de Re Rust. I. 58. ex Catone cap. 7. Hæc uva pensilis Horatio II. Sat. 2. 121. 'Tum pensilis uva secundas Et nux ornabat

mensas, cum duplici ficu.' Plauto in Pænulo I. 2. 99. 'Uva passa pensilis.' Sic hodieque Provinciales uvæ in horreis maxime suspenduntur.

^y *Aliæ in sua . . . anima*] Anima vis ea est, qua fructus quilibet et poma ipsa pollent, dum a matre pendent, aut ubi statim decerpuntur. Plinius XIII. 9. de palmulis: 'Thebaidis fructus extemplo in cados conditur, cum sui ardoris anima: ni ita fiat, celeriter exspirat,' &c. Varro, loc. cit. 'Uvam Ammineam, et Apiciam in ollis commodissime condi Cato ait.' Has aliasque arbitror, ab ollis in quibus conderentur, Ollares appellatas a Martiali VII. 19. Idem de Venucula tradit Horatius, ut dicturi sumus cap. seq.

^a *Stipatæ vinaceis*] Vinacea sive vinacei hic sunt grana seu retrimenta uvæ jam pressæ: *le marc des raisins déjà foulés*. Græci *στέμφυλα* vocant.

^b *Fumus affert*] De hoc more Horat. II. Sat. 4. 74. 'Rectius Albanam

brilis; iisque gloriam præcipuam¹⁹ in fornacibus Africæ Tiberii Cæsaris auctoritas fecit. Ante eum Ræticiis^c prior mensa erat, et uvis^d Veronensium agro.²⁰ Quin et a patientia^e nomen acinis datur passis. Conduntur et musto uvæ, ipsæque vino suo inebriantur. Aliæ decoctæ in musto dulcescunt: aliæ vero sobolem novam in matre ipsa expectant translucidæ²¹ vitro:^f additque acinis eandem, quam in doliis^g amphorisve, duratricem illam firmitatem austeritas picis infusa pediculo.^h Jam inventa per se²² i

//////////

præcipua.—20 Dalec. *agri.*—21 Dalec. *translucido.* Mox, Vet. Dalec. *tandem pro eandem.*—22 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *Jam inventa vitis per se* Gronov. et al. vett. Mox, *resipiens Viennensi agro.*

NOTÆ

fumo duraveris uvam.’ CæL. Aurel. Chron. iv. 3. ‘Item uva,’ inquit, ‘et magis fumi vapore siccata, quam fabrillem appellant.’ Iterum ‘avas fabriles’ idem dixit, III. 2.

^c *Ræticiis*] Qua de vite Maro Georg. II. 96. ‘Et quo te carmine dicam, Rætica?’ In Valle Telina, ut vocant, ad flumen Adduam, crescunt eæ vites.

^d *Et uvis*] Mss. omnes, et *ullis.* Latere hic proprium agri nomen suspicamus. An *et Tullis?* An *et visulis,* de quibus cap. seq.

^e *Quin et a patientia*] Quia Solem passi, cujus calore siccantur: vel ignem, ut docet Colum. XII. 16. de uvis passis faciendis, pag. 423. Nonius paulo aliter cap. I. n. 38. ‘Passum,’ inquit, ‘est proprie rugosum, et siccom: unde et uva passa dicta est, quod sit rugis implicata. Lucilius Sat. lib. IX. ‘Rugosi passique senes eadem omnia quæruunt.’ Gallis, *Raisins secs, Raisins sechez au Soleil, Raisins de passe,* quales sunt Corinthiaci acini, quasi rugis impliciti. Sic passa frons et caperata dicitur, quæ rugis exasperata.

^f *Translucidæ vitro*] Adeo tenni

Delph. et Var. Clas.

membrana seu cute, ut per eam, ceu per vitrum, succus inclusus vinaceique transeant.

^g *Quam in doliis*] Laudat Plutarchus in Sympos. Probl. v. 3. picata et resinata vasa, quod et gratum odorem vinis impertirent, et omnem aquositatem tollerent.

^h *Pediculo*] Pediculus appellatur id quo mala, pira, cerasa, uvæ, et hujusmodi alia, sustentur. *Les queues.*

ⁱ *Jam inventa per se*] Hoc est, sine ulla admixtione picis uva picem resipiens. Quod ex ea fit vinum, Delphinates hodie appellant *Vin de Viollette,* teste Nic. Chorier lib. I. pag. 55. Vitis ipsa Allobrogica, et eadem picata vocatur cap. seq. Ex ea laudatur XXIII. 24. ‘vinum quod sponte naturæ suæ picem resipit, picatumque appellatur.’ De eo vini genere Martial. XIII. 107. ‘Hæc de vitifera venisse picata Vienna Ne dubites: misit Romulus ipse mihi.’ Plutarchus quoque, loc. cit. ἐκ δὲ τῆς περὶ Βιένναν Γαλατίας ὁ πισσίτης οἶνος κατακομίζεται, διαφερόντως τιμώμενος ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων. Uvam incolæ vocant, *Raisins de livre, ou de Dauphiné.* Vidimus in Horto Regio.

Plinius.

in vino picem resipiens, Viennensem agrum nobilitans, Arverno, Sequanoque, et Helvico^j generibus non pridem illustrata. Atque hæc Virgilii vatis ætate incognita, a cujus obitu xc. aguntur anni.^k Quid quod insertæ²³ castris summam rerum imperiumque continent? Centurionum²⁴¹ in manu vitis, et opimo^m præmio, tardos ordines ad lentas²⁵ perducit aquilas, atque etiam in delictis pœnam ipsam honorat.ⁿ Necnon vineæ^o oppugnationum



Nobilitas Arverno Vet. Dalec.—23 Chiffi. et Turneb. *inserta*; cod. Dalec. *inserta*, &c. *continent.*—24 Chiffi. et Turneb. *continent centurionum.*—25 Vet. Dalec. *ad levatas*; margo edd. Dalec. et Gronov. *ad elatas*; Lips. *latas*. Mox,

NOTÆ

^j *Helvico*] Quod et Helvenacum appellat xxiii. 24. ab Alba Helvorum, de qua diximus iii. 5.

^k *Xc. aguntur anni*] *XCV.* dicere oportuit, si loqui exacte et accurate voluit: aut errasse Donatum necesse est, qui Virgilium obiisse asseverat anno U. C. dcccxxxv. decimo Kalend. Octob. C. Sentio Saturnino, Q. Lucretio Vespillone Coss. Scripsit hæc enim Plinius anno dcccxxx. Tito Vespasiano sextum jam Consule, uti ex præfatione ad eundem liquet, et ipso rursus apertius ita prodente c. 5. libri hujus, et xxviii. 3. Est porro Plinius alias, ut sæpe vidimus, in signandis annorum ac temporum epochis supra fidem diligens et accuratus.

¹ *Centurionum*] Vitis Centurionum insigne fuit: hac plectebant eos qui plagas merebantur, quod pigre et lente nimis Aquilas sequerentur. Spartianus in Hadriano, pag. 5. vitem simpliciter accipit pro Centurionatu: 'Nulli vitem,' inquit, 'nisi robusto et bonæ famæ daret.' Et Juvenal. Sat. xiv. 193. 'Aut vitem posce libello:' hoc est, Centurionatum posce libello supplici, quem porrigas Imperatori. Livius in Epist.

lib. lvii. de Scipione Africano: 'Quem militem extra ordinem deprehendit, si Romanus esset, vitibus, si extraneus, virgis cecidit.' Cassiodorus Variar. in Formula Principis Dalmat. lib. vii. Epist. 22. 'Tu vitem tenes improbis minantem.' Et in actis Martyrum, B. Marcellus Centurio Martyr: 'Ecce projicio vitem.' Centurio quidam apud Tacitum, Annalium primo, militaribus facetiis 'Cedo alteram' dictus, quod, fracta vite in tergo militis, clara voce alteram, ac rursus aliam poposcerat.

^m *Et opimo*] Præmium fuit fortitudinis opimum vitis, quæ tradebatur iis qui Centurionatus munere et honore donabantur. Cujus honoris ac muneris sane opimi spes tardos alioqui mortis metu milites ad sua signa cogebat. Lipsius de Milit. Rom. lib. ii. legit, *lætas aquilas*. At Mss. omnes, *lentas*. Forte, *elatas*.

ⁿ *Pœnam . . . honorat*] Quoniam cives tantum Romani vite cæderentur, uti ex Livio proxime antea diximus.

^o *Necnon vineæ*] Vineæ in re militari machina fuit, tabulatis cratibusve constrata, quæ subjectis rotulis im-

dedere rationem. Nam in medicaminibus adeo magnum obtinent locum, ut per sese vino ipso^{26 p} remedia sint.

IV. (II.) Genera vitium numero comprehendi posse¹ unus existimavit Democritus, cuncta sibi Græciæ^a cognita professus. Ceteri innumera^b atque infinita esse prodiderunt, quod verius apparebit ex vinis. Nec omnia dicentur, sed maxime insignia: quippe quæ totidem pæne sunt, quot agri.^c Quamobrem celeberrimas vitium, aut quibus est aliqua proprietate miraculum, ostendisse satis erit.

Principatus datur Amineis^{2 d} propter firmitatem, senioque^e proficientem vini ejus utique vitam.³ Quinque earum genera: ex iis germana minor acino,^f melius⁴ deflorescit, imbres tempestatesque tolerat: non item major,^g

Turneb. aquilas atque, &c.—26 Cod. Dalec. *vina ipsa*.

CAP. IV. 1 Vox *posse* deest in Vet. Dalec.—2 'Ita bene Regg. Brot. 1. 2. et Editio princeps. Sic et Colum. III. 2. Amineæ vites Falerno vino nobilitatæ.' Brotier. *Ammineis* edd. ante Brotier.—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *senique prof. vini e. utique* Chiff. *senioque p. v. ejus ubique vitam* Gronov. et al. ante Harduin.—4 Cod. Dalec. *ac in melius*; unde

NOTÆ

pellabatur, cujus tecto muniti obsidentes murorum fundamenta subruabant. Dicitur autem vinea a similitudine illius vineæ, quæ jugata dicitur, et in tectum attollitur.

^p *Vino ipso*] Ita libri editi, et Reg. 2. Vel vino quoque ipso, inquit, vites, prosunt: cum sit alias tardum dictu, pluribusne id prosit an noceat, ut dicitur XXIII. 19.

^a *Cuncta sibi Græciæ*] Non tamen gentium simul exterarum, quas Plinius nihilominus hic quoque complectitur. Cave eos audias, qui contra librorum omnium fidem, *cuncta sibi egregie*, hoc loco reponunt.

^b *Ceteri innumera*] Signat inprimis Maronem, cujus hi noti versus, Georg. II. 103. de vitium generibus: 'Sed neque quam multæ species, nec nomina quæ sint, Est numerus, neque

enim numero comprehendere refert: Quem qui scire velit, Libyci velit æquoris idem Discere quam multæ Zephyro turbentur arenæ,' &c.

^c *Quot agri*] Acepit hoc a Theophr. Hist. II. 7. et a Colum. III. 2. p. 88.

^d *Amineis*] Virgilius Georg. II. 97. 'Sunt etiam Amineæ vites, firmissima vina.' A regione nomen habent, in qua natæ primum, ut dicemus in Notis et Emend. num. 5. De his multa Columella III. 2. p. 84.

^e *Senioque*] Vetustate vim meliorem acquirunt.

^f *Minor acino*] Vide Notas et Emend. num. 6.

^g *Non item major*] Columella loc. cit. de Amineis: 'Duas germanas cognovimus: quarum minor... longe præcedit majorem, quia imbres et

sed in arbore,^h quam in jugo, minus obnoxia.ⁱ Gemellarum,^j quibus hoc nomen uvæ semper geminæ dedere, asperimus sapor, sed vires præcipuæ. Ex iis minor austro læditur, ceteris ventis alitur, ut in Vesuvio monte, Surrentinisque collibus. In reliquis Italiæ partibus non nisi arbori accommodata.^a Quintum^k genus lanatæ, ne Seras⁵ miremur,^l aut Indos, adeo lanugo eam vestit: prima ex Amineis maturescit, ocysstimeque putrescit.

Proxima^m dignitas Nomentanis rubente materia: ⁶ qua-

^a *Nonnisi ut scandat arborem vitis ea idonea est.*

^b *Ligno vel sarmento rubente.*



Dalecampius legit, *acino, melius deflorescit.*—5 'Ita bene codd. Regg.' Brotier.

NOTÆ

ventos fortius patitur: nam major celeriter in flore corrumpitur, et magis in jugis, quam in arboribus.'

^h *Sed in arbore]* Cum arbores scandit. Quam in jugo positam Latini, Galli vocant, *en treille*. Jugata vinea dicta est a similitudine militaris jugi, quod ita fiebat, ut, duabus defixis in terram hastis, tertia superligaretur.

ⁱ *Minus obnoxia]* Imbribus, tempestatibusque.

^j *Gemellarum]* Et hæc quoque, ut germanæ, bifariam dividuntur: altera enim major, minor altera. Columella, p. 85. 'Verum et aliæ duæ geminæ, quæ ab eo quod duplices uvas exigunt, Gemellæ vocantur, austerioris vini, sed æque perennis. Earum minor vulgo notissima: quippe Campaniæ celeberrimos Vesuvii colles, Surrentinosque vestit. Hilaris inter æstivos Favonii flatus: Austris affligitur. Ceteris itaque partibus Italiæ non tam vineis quam arbusto est idonea,' &c. Meminit harum etiam Isidorus Orig. xvii. 5.

^k *Quintum]* Columella loc. cit. 'Lanatum quoque Amineam quidam max-

ime probant, quæ hoc vocabulum non ideo usurpat, quod sola ex omnibus Amineis, verum quod præcipue canescit lanugine. Sane boni vini, sed levioris, quam superiores. Crebram quoque materiam fundit, atque ideo propter pampini densitatem sæpe parum recte deflorescit, eademque maturo fructu celeriter putrescit.' Apud Isidor. loc. cit. *Lagana pro lanata* perperam scribitur.

^l *Ne Seras miremur]* Quorum lanigeras arbores mirati sumus vi. 20. Indorum xii. 21.

^m *Proxima]* Et hæc accepta a Columella, loc. cit. 'Nomentanæ vini nobilitate subsequuntur Amineas, fecunditate vero etiam præveniunt... Sed earum quoque feracior et minor, cujus et folium parcius scinditur, et materia non ita rubet, ut Amineis: a quo colore rubellianæ nuncupantur: eademque facinæ, quod plus quam cetera, facis afferunt.' Nomentana uva laudatur a Macrobio Saturn. ii. 16. p. 379. A Nomento Italiæ oppido nomen habet, de quo iii. 9. Nomentanæ similis Veientana teste

propter quidam rubellas⁶ appellavere vineas. Hæ minus fertiles, vinaceis et fæce nimia,^e ⁷ contra pruinasⁿ fortissimæ, siccitate magis quam imbre, æstu, quam algore vexantur. Quamobrem in frigidis^o humidisque principatum obtinent. Fertior quæ minor acino, et folio scissa minus.

Apianis^p apes dedere cognomen, præcipue earum avidæ. Ex eis duo genera,^q lanugine et ipsa pubescunt.⁸ Distant, quod altera celerius maturescit, quanquam et altera proferante. Situs frigidus^r non respuunt: et tamen nulla^s celerius imbre⁹ putrescunt. Vina primo dulcia austeritatem annis accipiunt. Etruria nulla magis^t vite gaudet.¹⁰ Et hactenus potissima nobilitas peculiaribus¹¹ atque vernaculis Italiæ.

Ceteræ advenere Chio, Thasove. Græcula^u non inferior Amineis bonitate,¹² prætenera acino: et uva tam parva, ut

^e Propter vinacea, et fæcem nimiam.

//////////

ne Seres edd. ante Brotier.—6 Columella, *rubellinas*.—7 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Eæ minus fertiles rino, acinis et fæce nimia* Gronov. et al. ante Harduin.—8 Cod. Dalec. *ipsæ pubescunt*.—9 Cod. Dalec. *nulla celerius maturescit imbre*.—10 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *accipiunt: et ex his rubra fuit* Dalec. *accipiunt. Hetruria nulla magis vite gaudet* Chiffi. et Merc. *accipiunt, et rubra fiunt. Nulla magis vite gaudet* Gronov. et edd. ante Harduin.—11 Gronov. *nobilitas datur peculiaribus*.—12 Chiffi. *bonitatem*. Mox, cod. Dalec. *coalere non possit*; Vet.

NOTÆ

Martiali i. 194. 'Et Veientani bibitur fæx crassa rubelli.' Nisi *Nomentani* ibi pro *Veientani* legi oportet.

ⁿ *Contra pruinas*] Columella loc. cit.

^o *In frigidis*] In solo frigido humidoque.

^p *Apianis*] Colum. III. 2. p. 86. de vitibus Apianis: 'Pluviis, ventisque, et apibus afferunt prædam, quarum vocabulo propter hanc expopulationem cognominantur.' Et hæc habet etiam Isidor. XVII. 5. Apiana uva in Gallia, *Raisin Muscat*: Italis, *Muscattella*, a muscarum telis quibus impe-

titur: non a moscho, ut quibusdam visum.

^q *Ex eis duo genera*] Columella loc. cit. 'Duæ,' inquit, 'lanatæ qualitate dispariles, cum tardius altera recipiat cariem vetustatis.'

^r *Situs frigidus*] Colum. loc. cit.

^s *Et tamen nulla*] Isidorus loc. cit.

^t *Etruria nulla magis*] Vide Notas et Emend. num. 7.

^u *Græcula*] Non unius generis id nomen, aut loci, est: nam Columella loc. cit. p. 87. Græcularum vitium generis ait esse Mareoticas, Thasias, Psychias, &c.

nisi pinguissimo solo colere non prosit. Eugeniam^v Tauro-rominitani colles cum generositatis cognomine misere Albano tantum agro: quoniam translata statim mutatur. Namque est aliquibus tantus locorum amor, ut omnem in his¹³ gloriam suam relinquunt, nec usquam transeant totæ. Quod et in Rætica Allobrogicaque, quam supra picatam^w appellavimus, evenit, domi nobilibus, nec agnoscendis alibi. Fœcundæ tamen bonitatis vice copiam præstant: eugenia ferventibus locis, Rætica temperatis, Allobrogica frigidis, gelu maturescens, et colore nigra. Ex his, quas adhuc diximus, sed etiam e nigris vina vetustate in album colorem transeunt. Reliquæ¹⁴ ignobiles. Aliquando tamen cœli aut soli¹⁵ opera non fallunt vetustatem, sicuti Fecenia,^x et cum ea florens Biturica,¹⁶ y acino rarior,^z nunquam floris obnoxii,^a quoniam antecedunt, ventisque et



Dalec. *coalescere non possit.*—13 Chiff. *in iis.*—14 Chiff. *colore transeunt.* *Reliqua.*—15 Cod. Dalec. *solis.*—16 *Bituriaca* Chiff. Mox, Dalec. *tempestatibus ob-*

NOTÆ

^v *Eugeniam*] Græcis εὐγένεια et εὐγενία nobilitatem ac generositatem sonat. Colum. loc. cit. p. 86. ‘Frigidum ac roscidum solum et cælum commodissime sustinent eugeniæ, dum sunt in Albano colle: nam mutato loco vix nomini suo respondent.’

^w *Quam supra picatam*] Cap. sup. In Allobrogicis quoque vini jucunditatem cum regione mutari, prodidit Columella loc. cit.

^x *Sicuti Fecenia*] Ita libri omnes, etiam Mss. De fæcinia seu rubelliana, egimus paulo superius hoc ipso cap. Num ea nunc quoque intelligatur, considerandum.

^y *Biturica*] Colum. III. 21. ‘Uvæ Bituricæ fructibus opimæ.’ Et ejusdem libri c. 2. p. 86. ‘Possunt tamen etiam secundæ notæ vites proventu et ubertate commendari, qualis est Biturica, . . . Nam et vetustatem vinum earum patitur, et ad bonitatem

aliquam per annos venit. Jam vero ipsæ fœcunditate præstant. . . . tum etiam patientia: quippe turbines, imbresque fortissime sustinent, et commode fluunt, nec deficiunt macro solo. Frigora melius quam humores sustinent, humores commodius quam siccitates, nec caloribus tamen contristantur.’ Isidorus quoque XVII. 5. ‘Biturica a regione nomen sortita,’ &c. In Mss. Reg. 1. Th. Colbert. et Chiff. *Bituriaca*. In Reg. 2. *Biturigiaca*. Biturigum porro Viviscorum agrum, qui nunc Burdegalensis et Vasconicus appellatur, signari hoc loco credimus: etsi sua quoque laus est Bituricensium vino, qui Cubi dicti sunt. De utrisque egimus IV. 33.

^z *Acino rarior*] Acini sunt uvæ grana, non nuclei seu vinacei, quæ granis singulis includuntur.

^a *Floris obnoxii*] Nempe tempestatibus, ut ex Columella diximus. Ob-

imbribus resistunt: meliores tamen algentibus locis, quam calidis; humidis, quam sitientibus. *Visula*^b magis quam denso¹⁷ uvarum partu, impatiens variantis cœli, sed contra tenorem unum alboris æstusve constans. Quæ minor^c est ex eo genere, melior. In eligendo solo morosa, pingui putrescit, gracili omnino non provenit. Mediam temperiem delicate quærit, ob hoc Sabinis collibus familiaris. Uva ejus indecora visu, sapore jucunda: nisi matura protinus rapitur,¹⁸ etiam non putrescens cadit. Contra grandines^d eam tuetur foliorum amplitudo atque duritia.

Insignes jam colore inter purpureas nigrasque medio *helvolæ*,^e sæpius varianti,¹⁹ et ob id varianæ a quibusdam appellatæ. Præfertur in his nigrior: utraque alternis an-



nox. quoniam folia antecedunt.—17 Ita Harduin. et recentt. *Vix ulla magis tam denso* Gronov. et al. ante Harduin. ‘Hic aliquid a librariis omissum; et sup- plendum mihi videtur: *Visula multo, magis quam denso, uvarum partu impatiens variantis cœli.* Burgundicum vinum maxime constat ex hac vite, *le Pinot.* Brotier. ‘Ms. *quam denso.* Aut, *tam de eo* lego; aut, *condenso.*’ Dalec.—18 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. recentt. *rapitur* Gronov. et al. ante Harduin.—19 Dalec. *variant.* Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. *et ob id variæ,*

NOTÆ

noxium præcise Latini dixere olim, quod nos imbecillum, tenerum, ac patens injuriæ. Seneca Natur. Quæst. III. 26. p. 874. ‘Quam longo tempore opus est, ut conceptus ad puerperium perducatur infans? quantis laboribus tener educatur? quam diligenti nutrimento obnoxium novissime corpus adolescit?’ Et Ep. 65. p. 298. ‘Quicquid in me potest injuriam pati, hoc est: in hoc obnoxio domicilio animus liber habitat.’ Florus IV. 4. p. 175. ubi de Octavio Cæsare, quem ‘intra decem et octo annos tenerum, et obnoxium, et opportunum injuriæ juvenem’ fuisse ait.

^b *Visula*] Vide Notas et Emend. num. 8.

^c *Quæ minor*] Hæc vero Argitis proprio nomine a Columella appella-

tur, III. 2. p. 87. ‘*Visulæ* deinde,’ inquit, ‘et minor argitis terræ mediocritate lætatur,’ &c. Meminit ejus Maro Georg. II. 99. ‘Argitisque minor, cui non certaverit ulla Aut tantum fluere, aut totidem durare per annos.’

^d *Contra grandines*] Columella loc. cit.

^e *Helvolæ*] Colum. loc. cit. ‘Sunt et *helvolæ*, quas nonnulli varias appellant, neque purpureæ, neque nigrae, ab *helvo*, nisi fallor, colore vocitatæ. Melior est nigrior abundantia vini, sed hæc sapore pretiosior,’ &c. Ex iis uvis vinum conficitur dubii coloris, quod Gallis dicitur, *Vin paillet*. Græci *καρβόν* vocant. *Helvus* color Varroni de Re Rust. II. 5. inter rubeum et album.

nis fertilis, sed melior vino, cum parcior. Et pretiæ^{20 f} duo genera magnitudine acini discernuntur, quibus materies plurima, uvaque ollis utilissima,^g folium apio^h simile. Basilicam^{21 i} Dyrrachini celebrant, Hispaniæ cocolobin²² vocant. Rarior uva, æstus austrosque tolerat: capiti inimica, copia larga. Hispaniæ duo genera ejus faciunt: unum oblongo acino, alterum rotundo: novissimas vendimiant. Quo dulciior cocolobis,²³ hoc melior. Sed et austerata transit in dulcem vetustate:²⁴ et quæ dulcis fuit, in austeritatem: tunc Albanum vinum²⁵ æmulantur. Tradunt vesicæ vitiis utilissimum ex his potum. Albuellis^j summis arboribus fertilior est, visula imis. Quamobrem circa easdem satæ diversitate naturæ locupletant. Inerticulum^k e nigris appellavere, justius sobriam dicturi, inveterato præcipue commendabilem vino, sed viribus innoxiam: siquidem temulentiam sola non facit.



e Colum.—20 *Et pretiæ* Dalec. *Et precia* al.—21 *Balischam* Chiffi.—22 ‘Colum. cocoluben; vulgo, *Subi.*’ Dalec.—23 Chiffi. *est cocobolis.*—24 Dalec. *vetustatem.*—25 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. recentt. *tunc Albano*

NOTÆ

^f *Et pretiæ*] Vel *Preciæ*, nam utroque nimirum modo diversis in codicibus legitur. Columella loc. cit. ‘Sicut Pretiæ (nempe vites) major et minor, quæ generositate vini commendantur, et frequentibus materiis frondent,’ &c. Meminit vitis hujusce Maro Georg. II. 95. ‘Purpureæ, pretiæque.’ Has a maturitate quasi præcoquas appellari Servius, ut solet, divinat.

^g *Ollis utilissima*] Apta maxime in ollis servari, ut Venucula, de qua mox dicemus. Celso II. 24. ‘Uvæ ex olla.’

^h *Folium apio*] Dissectis nempe alte foliis, quales Vesontione vidit Bauhinus T. II. Herb. Univers. lib. XV. p. 33. cujus uvæ similes iis quas Burundi vocant *Raisins fendans*.

ⁱ *Basilicam*] Colum. p. 86. ‘Basilicam . . . Cocolubem vocant Hispani,’ &c. Hodie in Granatensi regno copiosissima, teste Christ. a Vega de Arte Med.

^j *Albuellis*] Colum. p. 87. ‘Albuellis utilior, ut ait Celus, in colle, quam in campo: in arbore, quam in jugo: in summa arbore, quam in ima,’ &c. De visula proxime dictum est.

^k *Inerticulum*] Columella loc. cit. ‘Inerticula tamen nigra, quam quidam Græci ἀμέθυστον appellant, potest in secunda quasi tribu esse, quod et boni vini est, et innoxia: unde etiam nomen traxit, quod iners habetur in tentandis nervis, quamvis in gustu non sit hebes.’ Et hæc habet etiam Isidor. XVII. 5.

Fertilitas commendat ceteras, principemque helvenaicam.²⁶¹ Duo ejus genera: major, quam quidam longam: minor, quam emarcum²⁷^m appellant, non tam fecundam, sed gratiorem haustu. Discernitur folio circinato:²⁸ verum utraque gracilis. Furcas subdere his necessarium: alioqui ubertatem suam non tolerant: maritimo afflatu gaudent, roscida odere.²⁹ⁿ Nulla vitium minus Italiam amat, rara,³⁰ parva, putrescens in ea: vino quoque, quod genuit, æstatem non exsuperans: nec alia macro solo familiarior. Græcinus,^o qui alioqui Cornelium Celsum transcripsit,³¹ arbitratur non naturam ejus repugnare Italiæ, sed culturam, avide palmites^p evocantium. Ob id fertilitatem suam³² absumi, si non præpinguis soli ubertas lassescentem³³ sustineat. Carbunculari^q negatur: magna dote, si verum est, aliqua in vite cœlo non esse jus.

Æstum fert spionia,^r quam quidam spineam vocant,

//////////

vino Chiffi. tuncque Albano vino Gronov. et vett. edd.—26 Ita Reg. Brot. 1. et Editio princeps. Al. ante Brotier. *principemque helvenaicam*; Dalec. *præcipueque helvenaicam*.—27 Sic et Columella; *arcum* cod. Dalec. *arcum* Gronov. et al. ante Harduin.—28 'Forte legendum, *folii circinatu*. In codd. Regg. 1. 2. *folio circinatu*.' Brotier.—29 'Male Ms. Reg. 1. editio princeps, aliæque, *roscido odore*. In Ms. Reg. 2. *roscida odore*. Emendandum, *roscida odere*, recte vidit Dalecampius. Nam juxta Columellam III. 2. 'laudabilis est, quod siccitates maxime perfert, quod frigora sustinet, dum tamen sine inbibus sit.' Brotier. *roscido odore* Harduin. et recentt.—30 Dalec. *amat: uva rara*. Mox, cod. Dalec. *æstatem non exit errans*.—31 Ita ex codd. Harduin. et Brotier. In aliis edd. *transcripsit*.—32 Dalec. *fertilitate sua*.—

NOTÆ

¹ *Helvenaicam*] Quæ et Helvica dicta est sup. cap. Nunc in Picenis, præsertim prope Maceratam, colitur.

^m *Quam emarcum*] 'Quam Galliarum incolæ,' inquit Columella p. 88. 'Emarcum vocant, mediocris vini,' &c. In cod. Th. *marcum*.

ⁿ *Roscida odere* [*roscido odore*] Quid si *roscida odere* legas, ut ante nos visum Delecampio est?

^o *Græcinus*] Agemus de eo in Auctorum Indice.

^p *Avide palmites*] Carpit vinitorum

præproperam festinationem, qui vitæ, ut palmites uvasque quam celerime ferant, urgent avidius, spe lucri propioris. Plinius supra c. 3. statim initio, de vitibus: 'Vis earum omnis evocatur in palmites, aut deprimitur in propagines,' &c.

^q *Carbunculari*] De carbunculatione dicemus XVII. 37.

^r *Spionia*] Spioniam Columella laudat, p. 88. dapsilem musto, et amplitudine magis uvarum, quam numero, fertilem.

autumnisque et imbris pinguescit.³⁴ Quinimmo nebulis una alitur, ob id Ravennati agro⁵ peculiaris. Veniculam³⁵ inter optime deflorescentes, et ollis aptissimam, Campani malunt scirculam³⁶ vocare, alii staculam: Tarracina numisianam,^u nullas vires proprias habentem, sed totam perinde ac solum valeat.^d Surrentinis^v tamen³⁷ efficacissima testis, Vesuvio tenus. Ibi enim Murgentina^w e Sicilia potissima, quam Pompeianam aliqui vocant, Latio demum feracem: sicut horconia in Campania, tantum vilitatis cibariæ,^x sed ubertate^y præcipua. Tolerat et annos merica,³⁸ contra omne sidus firmissima, nigro acino, vinis in vetustate rubescentibus.

^d *Ingenium ac vires mutat, pro varia soli, in quo seritur, indole.*

//////////

33 Gronov. *laccescentem*.—34 Margo edd. Dalec. et Gronov. *autumnique imbris pinguescit*.—35 'Sic scripti et editi libri. Horatio II. Sat. 4. et Columellæ III. 2. *venuculam*.' Brotier.—36 Ita cod. Reg. Brot. 1. *scirpulum* Colum. *scirculam* cod. Dalec. *scicculam* Chiff. *sirculam* edd. ante Brotier. 'Mox, alii *sticulam* Colum. qui aliam ab hac Numesianam statuit.' Dalec.—37 *Surrentinis tantum* margo edd. Dalec. et Gronov.—38 Ita cod. Chiff. et Colum. 'In

NOTÆ

⁵ *Ravennati agro*] Palustri videlicet, et uliginoso. Hinc est quod Martialis III. 56. Ravennatia vina detrectans, simulque penuriam aquæ salubris objiciens, facete ludit: 'Sit cisterna mihi, quam vinea, malo Ravennæ, Cum possim multo vendere pluris aquam.' Hodie tamen exsiccatis paludibus, vineisque studio excultis, vina condunt haud prænitenda, teste Andr. Baccio, lib. v. p. 264.

¹ *Veniculam*] Ceteri venuculam vocant: Horat. II. Sat. 4. 'Venucula convenit ollis.' Macrobius Saturn. II. 16. p. 397. Colum. p. 84. 'Ut venucula, eademque scirpula, atque sticula,' &c. Ea in ollis condebatur: unde ollaris dicta Martiali VII. 19. 'Illic et uvæ collocantur ollares.' Hodie Venetis *Marzemina*. Sic far venuculum, apud Colum. II. 6.

^u *Tarracina numisianam*] Hanc a

Venucula diversam Columella facit, p. 84. et 88. Numesia dicitur Isidoro XVII. 5.

^v *Surrentinis*] E testis Surrentinis, in quibus conditur, accipere vim aliquam id vini genus videtur. De calicibus Surrentinis dicemus xxxv. 46.

^w *Murgentina*] Translata e Sicilia oppido Murgento, prope Symæthum, de quo III. 14. Columella p. 88. 'Ut Murgentina, eademque Pompeiana.'

^x *Cibariæ*] Alii escariam vocant, quæ mensis tantum et cibo, non item vino sit utilis.

^y *Sed ubertate*] Igitur Plinii horconia fuerit fortassis ea, quæ Columellæ arelaca major vocatur, 'quam omnium quæ cognitæ sint copiosissimam' ait esse.

^z *Merica* [*marica*] Columell. loc. cit. *Merica*. In Reg. Colb. et Th. *Metica*.

(III.) Et hactenus publica sunt genera: cetera regionum locorumque, aut ex his inter se insitu mixta.^a Siquidem Tuscis^b peculiaris est Tudernis,^c atque etiam ejus³⁹ nominis^d Florentia. Est opima Aretio talpana, et etesiaca, et conseminia.⁴⁰ Talpana^e nigra⁴¹ candidum facit mustum. Etesiaca fallax, quæ, quo plus tulit, eo laudabilius fundit: mirumque,^f fœcunditate cessat.⁴² Conseminia nigra, vino minime durante, uva maxime: post xv. dies, quam ulla alia, metitur: fertilis, sed cibaria. Hujus folia, sicut labruscæ, prius quam decidant, sanguineo colore mutantur. Evenit hoc et⁴³ quibusdam aliis, pessimi generis argumento.^e Irtiola⁴⁴ ^g Umbriæ, Mevanatique et Piceno

^e Quod indicium est e pessimo genere ac semine eas vites esse.

//////////

cod. Reg. 1. *metica*. Male emendatum in recentioribus editionibus, *mærica*. Brotier. *mærica* Gronov. Harduin. Bipont. Miller. et Franz. Mox, cod. Dalec. *contra omnes situs*. Paulo post, Chiff. *in vetustate et rubescentibus*.—39 '*Ejus abest a codd. Regg. et Editione principe; et posset abesse.*' Brotier. Cod. Dalec. exhibet, *æque etiam, nec minus Florentia*.—40 Cod. Dalec. *Est optima A. t. et e. et consenta*; Chiff. *Est opima A. t. et tesiaca, &c.*—41 *Talpona nigra* Chiff.—42 Dalec. *miraque fœcunditate non cessat*; codex ejusdem, *miraque f. cessat*.—43 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *Evenit hoc etiam* Gronov. et al.—44 *Irciola* Chiff.—

NOTÆ

^a *Insitu mixta*] Insitio, cum ramum, ut ait Ovidius, ramus adoptat: surculo ex vite una resecto, et in alteram implantato.

^b *Siquidem Tuscis*] Tuscæ vites, si Martiali credimus, non admodum vino insignes, l. 27. 'Uva nec in Tuscis nascitur ista jugis.'

^c *Tudernis*] A Tuderte, ut reor, oppido, quod olim Tuscorum fuit, ut dictum est III. 19.

^d *Atque etiam ejus nominis*] Ac pariter Tusci soli ac nominis uva Florentia. In Mss. *atque etiam nominis Florentia*. Forte, *atque etiam nominis sui Florentia*, ut sententia sit, uvam hanc suo nomini respondere, quod nunquam sit floris obnoxii.

^e *Talpana*] Mss. omnes, *Talpona*,

a talpæ forte colore nomen sortita: ut etesiaca ab etesiis ventis, quibus flantibus variare ea uva creditur. Conseminia vinea Columellæ III. 21. ea est, quæ ex variis vitium seminibus generibusque constat.

^f *Mirumque*] Cum plurimum vitis ea tulit, tum lassescit ac deficit, atque ubertatem sterilitate mutat.

^g *Irtiola*] Vel *Irciola*, ut in Mss. Irtiolæ vitis meminit Columella de Re Rust. III. 2. p. 88. Andr. Baccius l. v. p. 258. legit *Irtiola*, quoniam *ιρπιον* apud Athenæum ex Aristoph. dulciarii genus est. Nunc utrumque nomen Italicis auribus ignotum. Pro Italiæ passulis accipi eam vocem posse idem putat, p. 269. Mevanicæque agrum his uvis hodie abundare.

agro peculiaris est, Amiternino pumula.⁴⁵ ^b Iisdem bannanica⁴⁶ fallax est:ⁱ amant tamen eam. Municipii⁴⁷ ^j uvam Pompeii nomine appellant, quamvis Clusinis copiosiore. Municipii⁴⁸ et Tiburtes appellavere, quamvis oleagineam⁴⁹ nuper invenerint a similitudine olivæ. Novissima hæc uvarum ad hoc tempus reperta est. Vinaciolam^k soli noverunt Sabini,⁵⁰ et Laurenti.^l Nam Gauranas^m scio a Falerno agro translatas vocari Falernas, celerime ubique degenerantes. Necnon Tarentinumⁿ genus aliqui fecere, prædulci uva. Capnias,^o et bucconiatis, et tarrupia, in Thurinis collibus non ante demetuntur, quam gelaverit.^p Pharia⁵¹ ^q gaudent Pisæ: Mutina^r Prusinia, nigro acino, intra quadriennium albescente vino. Mirum, ubique^s cum Sole⁵² circumagi uvam, quæ ob id streptos^t



45 Cod. Dalec. *popula*.—46 Idem codex, *brannanica*.—47 *Munitis* Chiff. —48 *Matianam* Vet. Dalec.—49 Ita cod. Chiff. et Colum. cum edd. Harduin. et recentt. *oleaginam* edd. vett. et Gronov.—50 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *novere Sabini* Gronov. et al.—51 *Paria* codd. Dalec. et Chiff.—52 Ita Editio princeps aliæque ante Harduin. qui ex suis et Dalecampii codd. edidit, *ubi cum sole*. Dalecampius vero legit, *ibi cum*

NOTÆ

^b *Pumula*] Sic cod. Th. At Colb. 2. *Pomula*.

ⁱ *Fallax est*] Haud certi constantisque proventus. Bannanica unde nomen acceperit, incompertum.

^j *Municipii*] Pompeianam et Tiburtinam uvam, de municipiorum nomine, traxisse appellationem ait. De his municipiis egimus III. 9.

^k *Vinaciolam*] ‘Vinaciola vitis,’ inquit Baccius I. VI. p. 281. ‘in altis arboribus sublevata tenue et aqueæ ferme substantiæ vinum edebat.’

^l *Laurenti*] De Laurento oppido, in Ostiensi agro, III. 9.

^m *Gauranas*] A Gauro monte, de quo III. 9. quo translata Falernæ vitæ, sed ibi degeneres.

ⁿ *Tarentinum*] De eo genere dicitur c. 8.

^o *Capnias*] A quodam quasi colore *fumi*, qui *καπνός* est Græcis, sortita hæc uva nomen videtur. Hinc *οἶνος καπνίας* Beneventi in Italia præcellens, teste Athenæo I. I. p. 31. non a fumo, quo vinum suffitum fuerit, ut Barbaro visum, sed ab uvæ colore.

^p *Quam gelaverit*] Martiali teste, I. 44. in mensarum deliciis fuere, ‘Quæ de tardis servantur vitibus uvæ.’

^q *Pharia*] Mss. Reg. Colb. Th. Chiff. *Paria*.

^r *Mutina*] Ut Pharia Pisani agri, ita Mutinensis Prusinia peculiaris fuit.

^s *Mirum ubique [ubi]* Ita Mss. proxime laudati. Forte, *ibi*; vel *ubi* pro *alicubi*. Libri vulgati, *ubique*.

^t *Streptos*] *στρεπτός*, *versatilis*, seu *versabilis*, quæ circumagatur.

vocatur. Et in Italia Gallicam placere, trans Alpes vero Picenam. Dixit Virgilius^u Thasias, et Mareotidas, et lageas; compluresque externas, quæ non reperiuntur in Italia.

Sed sunt etiamnum insignes uva,⁵³ non vino, ambrosiaca, duracina,^v sine ullis vasis^w in vite servabilis: tanta est contra frigora, æstus, tempestatesque firmitas. Nec orthampelos^x indiget arbore aut palis, ipsa se sustinens: non item dactylites digitali gracilitate. Columbinæ e racemosissimis:^{54 y} et magis purpureæ cognomine bimammix,^z quando non racemos, sed uvas alias gerunt.⁵⁵ Item tripedanea,^a cui nomen a mensura est. Item scirpula^{56 b} passo acino.^c Et Rætica in maritimis^d Alpibus appellata, dissimilis laudatæ illi.^e Namque hæc brevis, con-

//////////

sole.—53 Cod. Dalec. in Italia, sed sunt etiamnum. Insignis uva, &c.—54 Columbinæ acinosissimæ Gronov. et al. ante Harduin. qui ex codd. suis lectionem nostram restituit.—55 Turneb. gignunt.—56 In codd. Regg. Brot. Regg. Hard. Colb. Thuan. et Editione principe scripula. In Chiff. scribula.—

NOTE

^u Dixit Virgilius] Georg. II. 91. 'Sunt Thasiæ vites, sunt et Mareotides albæ; Pinguibus hæc terris habiles, levioribus illæ; Et passo Psythia utilior, tenuisque Lageos, Tentatura pedes olim, vincturaque linguam.' 'Thasiæ' vites ab insula Thaso nomen habent, de qua IV. 23. 'Mareotides,' ab Ægyptia palude cognomine, ut recte Strabo I. XVII. p. 796. et Scholiastes vetus Horatii, ad illud vatis ejus carmen, I. 37. 'Mentemque lymphatam Mareotico,' &c. 'Lageas' denique Macrobius quoque commendat Saturn. II. 16. p. 379. 'Quod ad maturitatem currant velociter, ut lepus,' dictas putat Isidorus Orig. XVII. 5. A colore leporeno alii appellationem repetunt.

^v Duracina] De ea diximus sup. cap.

^w Sine ullis vasis] Quibus condens non est vasis opus, cum in ipsa

vite commode asserventur. Quibus in vasis doliisve servari uvas mos olim fuerit, dicitur libro seq. cap. 18.

^x Nec orthampelos] Hoc est, vitis erecta, sive surrecta, de qua sup. cap. ubi et de dactylite, quæ Græcis δακτυλίτης. Dactylos vocat Columella III. 2. p. 83.

^y E racemosissimis] Ita Mss. omnes, Reg. Colb. Th. &c.

^z Bimammix] Quoniam geminas semper uvas ferunt, quæ crassitudine mammas æmulentur. Eadem bumasti superius appellatæ. Notæ Maroni purpureæ, Georg. II. 65.

^a Tripedanea] Columell. p. 84.

^b Item scirpula] Reg. Colb. Th. Chiff. scripula.

^c Passo acino] Rugoso, sicco.

^d In maritimis] A Genua ad Vesulum montem, qui Padum fundit.

^e Laudatæ illi] Superiore cap.

ferta acino, degener vino, sed cute omnium tenuissima, nucleo quem Chium^f vocant,⁵⁷ uno ac minimo, acinum prægrandem^g unum alterumve habens. Est et nigra Aminea, cui Syriacæ nomen imponunt. Item Hispana ignobilium probatissima.

In pergulis^h vero scruntur escariæⁱ appellatæ, e duracinis,^{58j} albæ nigræque: et bumasti totidem coloribus: ac nondum⁵⁹ dictæ Ægia,^k et Rhodia,^l et uncialis,^m velut a pondere acini. Item picina⁶⁰ⁿ omnium nigerrima: et coronario naturæ lusu stephanitis,^o acinos foliis intercurstantibus: et quæ forenses^p vocantur, celeres proventu, vendibiles aspectu, portatu faciles. Contra damnantur etiam

57 Turneb. quod gigartum vocant; Chiff. quod Chii vocant.—58 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *ederæ acinis* Gronov. et al. vett.—59 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. recentt. *at nondum* Gronov. et al. ante Harduin.—60 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *picina* Gronov. et al. ‘*picina*, a picis colore.’

NOTÆ

^f *Quem Chium*] Mss. proxime laudati, quod Chii vocant.

^g *Acinum prægrandem*] Mss. iidem, acinum prægrande. Acinus nostris, un grain de raisin: nucleus un pepin.

^h *In pergulis*] De pergulis diximus c. 3.

ⁱ *Escaræ*] Esui accommodæ, secundisque mensis.

^j *E duracinis*] Ex jam appellatis vitibus duracinas ait et bumastos in pergulis seri: ex nondum dictis Ægiam, Rhodiam, &c. Vide Notas et Emend. num. 9.

^k *Ægia*] Ab Ægio Achaïæ oppido, haud procul Corintho, de quo iv. 6.

^l *Rhodia*] Virgil. Georg. II. 101. ‘Non ego te mensis et Diis accepta secundis Transierim, Rhodia.’ Meminit et Macrobius Saturn. II. 16. p. 279. Eadem Hipponia appellata apud Athen. lib. XIV. p. 654.

^m *Uncialis*] Unciaria Columellæ III. 2. p. 84. et Isidoro XVII. 5.

ⁿ *Item picina*] Ita Mss. Reg. Colb. Th. Chiff. &c. a colore picis. Prius *picina* legebatur. At aliud *Pucinum* vinum est, de quo c. 8.

^o *Stephanitis*] Hoc est, coronaria. Et in coronam quoque vites ponuntur, ut in Gallia Narbonensi. Quinetiam, inquit Carol. Steph. in Vineto, p. 298. non longe ab Aurelianensi agro, vites jugatæ, sive simplici jugo canteriatæ, ita collocantur, ut unumquodque jugum aut canterium vites in coronam ducat, nec tam ornamenti, quam ubertatis gratia. Verum hæc omnia artis sunt, et culturæ: quod Plinius genus uvæ laudat, sic plane a natura est: nec alio ritu coronam imitatur, quam quod uvæ intercurstantibus foliis distinguantur: ut in coronis folia floribus admiscuntur. Stephanitæ vites et Columella laudantur loc. cit.

^p *Forenses*] Etiam vetusto nomine retento rusticis nostris, *des foirars*.

visu cinerea, et rabuscula,^{61 q} et asinusca :^{62 r} minus tamen, caudas vulpium imitata, alopecis.^s Alexandrina^{63 t} appellatur vitis circa Phalacram brevis, ramis cubitalibus, acino nigro fabæ magnitudine, nucleo molli et minimo, obliquis racemis prædulcibus,^u folio parvo et rotundo, sine divisuris. Septimo hinc anno,^{64 v} in Narbonensis provinciæ Alba Helyiã, inventa est vitis uno die deflorescens : ob id tutissima.^w Narbonicam vocant, quam nunc tota provincia conserit.

v. (IV.) Catonum ille^a primus, triumpho e censura super cetera insignis, magis tamen etiamnum claritate literarum, præceptisque omnium rerum expetendarum datis generi Romano,^t inter prima vero agrum colendi, illius ævi^b



Dalec.—61 Chiff. *rabuscula*. 'Cum literas *b* et *v* sæpe mutaverint librarii, scriptum videtur pro *ravuscula*.' Brotier.—62 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. recentt. *asinuscula* Gronov. et al. ante Harduin.—63 *Idæa* Theophr. Hist. Plant. III. 17.—64 Ita Harduin. et recentt. *Septimo hinc (ab hinc) anno* cod. Dalec. *Septem his annis* edd. vet. et Gronov. Mox, cod. Dalec. in *N. p. arvo olivæ*; Chiff. in *N. p. albo olivæ*; Gronov. et al. ante Harduin. in *N. p. Alba Elvia*.

CAP. V. 1 Dalec. *generi humano*. Paulo post, *ille ævi* Chiff.—2 Vet. Da-

NOTÆ

^q *Et rabuscula*] In Mss. *rabuscula*. Forte *ravuscula*, ob colorem qui ad ravum, hoc est, ut Nonius interpretatur, fulvum, inclinat.

^r *Asinusca*] Ita Mss. et Macrobius, loc. cit.

^s *Alopecis*] Ἄλωπεκίς. *Raisins barbus*.

^t *Alexandrina*] Ab Alexandria Troadis, non Ægypti, juxta montem Idam : unde Idæa vitis a Theophrasto dicitur, Hist. III. 17. ἄμπελος παρὰ Ἰδῆς : cujus montis pars Phalacra est. Scholiastes Nicandri, p. 53. Φαλάκρα, ἀκρωτήριον Ἰδῆς; Hesychius : Φαλάκραι, τόπος τῆς Ἰδῆς Φάλακρον, ἀκρωτήριον Ἰδῆς. Quæ in Arpennino vocatur *Vigna del Orso*, hanc Idæam vitem esse aiunt Aloys. Anguillara, et Rob. Constantinus : eandemque ἀρκτοστα-

φυλὴν Galeno dictam, VII. 1. κατὰ τόπους. Verum hujus Galenicæ vitis fructus austerus, dulcis Idææ est.

^u *Racemis prædulcibus*] Racemus Græcis βότρυς, Gallis *une grappe* : ea scilicet uvarum testa, quæ plurima grana continet.

^v *Septimo hinc anno*] Sic Reg. 1: cod. et Colb. 1. alique, non, ut vulgati libri, *septem his annis*.

^w *Ob id tutissima*] Nam cum uno die deflorescat, vix est in eam imbribus tempestatibusque jus.

^a *Cantonum ille*] Major idem, et Censorius appellatus : de cujus triumpho e citeriore Hispania Plutarchus in ejus Vita, p. 342. de Censura, p. 345.

^b *Illius ævi*] Reg. 1. et Colbert. 3. *Illa vero ævi*, Reg. et Chifflet, *Ille ævi*.

confessione optimus ac sine æmulo agricola, pauca attigit vitium genera, quarundam ex iis jam etiam nominibus abolitis. Separatim toto tractatu sententia ejus indicanda est,² ut in omni genere noscamus quæ fuerint celeberrima, anno sexcentesimo Urbis, circa captas Carthaginem^c ac Corinthum, cum supremum is diem obiit, et quantum postea CCXXX. annis^d vita profecerit.

Ergo de vitibus^e uvisque ita prodidit: 'Qui locus vino optimus dicitur esse, et ostentus Solibus, Amineum minusculum, et geminum eugenium, helvinum^{3 f} minusculum conserito. Qui locus crassior aut nebulosior, Amineum majus, aut Murgentinum, Apicium,^g Lucanum⁴ serito. Ceteræ vites miscellæ maxime in quemvis agrum conveniunt. In lora^h recte conduntur. Quas suspendasⁱ duracinas, Amineas majores: vel ad fabrum^j ferrarium pro passis hæ recte servantur.' Nec sunt vetustiora de illa re Latinæ linguæ præcepta: tam prope ab origine rerum sumus. Amineam proxime dictam Varro scantianam^k vocat.



loc. testatus sententiam, cujus excellentia; cod. Dalec. excellentia indicanda.—
3 'Cato de R. R. cap. 6. helveolum, quod melius puto.' Brotier. helvium Chiffi.—4 Ita Gronov. et al. ante Harduin. Apicium Lucanum, conjunctim,

NOTÆ

^c Carthaginem] Eodem utraque urbs excisa anno, Urbis nempe DCVIII. quod de Corintho quidem disertis verbis Plinius asseverat XXXIV. 3. De Carthagine Velleius lib. 1.

^d CCXXX. annis] Scripsisse se hoc opus significat anno Urbis conditæ DCCCXXX.

^e Ergo de vitibus] Hæc e Catonis libro de Re Rustica desumta sunt c. VI. p. 12. et 13.

^f Helvinum] Reg. 1. et Chifflet. helvium. Reg. 2. Colb. et Th. helvinum. Cato helveolum vocat: et qui Catonem transcripsit Varro de Re Rust. I. 25. De his uvarum generibus nominibusque diximus sup. cap.

^g Apicium] Cato loc. cit. 'Qui locus crassus erit, aut nebulosior, ibi Amineum majus, aut Murgentinum, aut Apicium Lucanum serito.' Sic Varro quoque, loc. cit.

^h In lora] Cato cap. 7. p. 13. Quid lora sit dicemus c. 12.

ⁱ Quas suspendas] Subintellige 'idoneas esse.' Cato loc. cit. 'Quas suspendas, duracinas, Amineas majores, et scantianas opportunissimas esse. Vel ad fabrum ferrarium pro passis eæ recte servantur.'

^j Vel ad fabrum] Si fumo fabrilis exponatur, ut dictum est c. 3.

^k Scantianam] A Scantio haud dubie, a quo multo postea duxit originem paterno genere, quæ in nummo

In nostra ætate pauca exempla consummatæ hujus artis fuere : verum eo minus omittenda, ut noscantur etiam præmia, quæ in omni re maxime spectantur. Summam ergo adeptus est gloriam Acilius Sthenelus, e plebe libertina, LX. jugerum non amplius vineis excultis in Nomentano agro,¹ atque cccc. M. nummum⁵ m venundatis. Magna fama et Vetuleno Ægialo perinde libertino fuit, in Campaniæ rure Liternino,⁶ n majorque etiam favore hominum, quoniam ipsum Africani^o colebat exilium. Sed maxima,^p

Harduin. et recentt.—5 ‘Perperam eruditus Harduinus edidit CCCC. nummum; quod efficit quadringentis centena millia nummum, seu Gallicæ monetæ libras 7,782,010. In Ms. Reg. 2. CCCC. nummum; nempe omisso millesimo numero, qui plerumque in Mss. omittitur.’ Brotier. CCCC. nummum Gronov. et edd. vet. ‘Vet. atque æque (lego, æquo) numero sestertium.’ Dalec.—6 Linternino Gronov. et al. ante Harduin.—7 ‘Perperam aduc erudi-

NOTÆ

aureo, ex Gaza Regia, appellatur MANLIA SCANTILLA AVG. A Scantio enim fit Scantilla, ut a Lucio fit Lucilla, Plautilla a Plautio.’ Ed. sec.

¹ In Nomentano agro] Martialis l. 106. de vino Nomentano : ‘In Nomentanis, Ovidi, quod nascitur agris, Accepit quoties tempora longa merum, Exiit annosa mores nomenque senecta, Et quicquid voluit testa vocatur anus.’

^m CCCC. M. [CCCC.] nummum] Ita Reg. 2. aliique : hoc est, quadringentis nummum, sive sestertium millibus : nam lineola superposita, ut sæpe monuimus, centena millia subintelligi indicat. Sunt ea monetæ Gallicæ, Turonicæ, ut aiunt, libræ, 4000000. seu quatuor milliones : qua ex æstimatione, libris circiter 67100: jugerum unumquodque venit : quod pretium sua se magnitudine, nimioque excessu commendat. Quod si CCCC. millibus nummum, cum Hermolao, legi malis, cui haud sane assentimur, esset modo pretium LX. jugerum libris taxatum 40000. singulorum vero juge-

Delph. et Var. Clas.

rum libris fere 671. quod si verum foret, imminuisse tunc communem vinearum taxationem Acilius, non anxius deprehenderetur.

ⁿ Liternino] De quo III. 9.

^o Africani] August. de Civit. Dei III. 21. ‘Scipio ille Romæ Italiæque liberator, ejusdemque belli Punici confector, victor Hannibalis, domitorque Carthaginis . . . inimicorum accusationibus cessit, carensque patria, quam sua virtute salvam et liberam reddidit, in oppido Liternensi egit reliquam complevitque vitam,’ &c. Idem tradunt Valer. Max. v. 3. p. 258. et Livius lib. xxxviii. p. 485. Hanc Literninam Scipionis Africani villam describit egregie Seneca Ep. 86. p. 373. Et p. 374. ‘In ea villa,’ inquit, ‘didici ab Ægialo, diligentissimo patre familiæ, is enim nunc hujus agri possessor est, quamvis vetus arbustum posse transferri.’ Unde Ægiali quæ fuerit ætas intelligimus.

^p Sed maxima] Palæmoni, inquit, Grammatica quoque arte claro, ante

Plinius.

K

ejusdem Stheneli opera, Rhemmio Palæmoni, alias grammatica arte celebri, in hisce XX. annis mercato rus^q DC. M. nummum⁷ in eodem Nomentano decimi lapidis ab Urbe diverticulo. Est autem usquequaque nota vilitas mercis⁸ per omnia⁸ suburbana; ibi tamen maxima, quoniam et neglecta per indigentiam prædia paraverat, ac ne in pessimis quidem elegantioris soli. Hæc aggressus excolere,⁹ non virtute animi, sed vanitate primo, quæ nota mire in illo fuit,^t pastinatis de integro vineis cura Stheneli,^u dum agricolam imitatur, ad vix credibile miraculum perduxit, intra octavum annum CCCC. M. nummum¹⁰ v^{emtori} addicta pendente vindemia. Cucurritque nemo non¹¹ w^{ad spec-}



tus Harduinus, *DC. nummum.* Brotier. *DC. nummum* Gronov. et al. vett.—8 Vet. Dalec. *nobilitas vineis per omnia.*—9 *Legendum, maxima. Quæ igitur jam neglecta, &c. soli, hæc aggressus, excolere, &c.* Dalec. *neglecta indigentia* Chiffi. Mox, *quæ nota mira in i. f. pastinatus enim de integro vineas, cura Sthenelum agricolam imitatus, ad via, &c.* Parm.—10 *Male eruditus* Harduinus, ut supra, *CCCC. nummum.* Brotier. *CCCC. nummum* Gronov. et al. vett.—11 *Cucurrit non nemo* Gronov. et al. ante Harduin. Paulo post,

NOTE

XX. annos mercato rus sexcenties millibus nummum, maxima contigit fama, ejusdem Stheneli opera, hoc est, dum in colendis suis vineis culturam Stheneli imitatur. Sic paulo post, 'cura Stheneli, dum agricolam imitatur.' De Rhemmio Palæmone multa Suetonius de Illustr. Gramm. c. 23. Tiberii et Claudii temporibus vixit.

^q *Mercato rus*] Ruris nomine certum aliquem jugerum modum a Plinio nunc signari non dubitandum. Centuriam Budæus intelligit, quam in agris jugera ducenta significare, auctor est Colum. de Re Rust. v. 1. post Varronem de Ling. Lat. lib. iv.

^r *DC. M. [DC.] nummum*] Centena millia, ut prius lineola superposita signari remur: sunt autem sexcenties sestertium centena millia, libræ Gallicæ 600000. sive sex

milliones.

⁸ *Vilitas mercis*] Maxima fuit, inquit, vilitas pretii, rure illo prioris domini negligenti cultura male habito: et alioqui constituto in Nomentani agri haud feracissimo tractu.

^t *Quæ nota mire in illo fuit*] Non sunt hæc verba spuria, ut Pintianus censuit, sed genuinus auctoris fœtus, carpentis obiter Grammatici mores, ut paulo post et Senecæ, 'principis tum eruditionis ac potentæ, quæ postremo nimia fuit super ipsum.'

^u *Cura Stheneli*] Adhibens culturæ genus illud quo Stheneli agricola; ex præscripto ejus, uteretur.

^v *CCCC. M. [CCCC.] nummum*] Quadringenties sestertium, seu iv. millionibus.

^w *Cucurritque nemo non*] Prius legebatur, mendose utique, *non nemo.*

tandas uvarum in iis vineis strues, literis ejus^x altioribus contra id pigra vicinitate sibi patrocinate: novissime Annæo¹² Seneca, principe tum eruditionis, ac potentiæ,^y quæ postremo nimia fuit^z super ipsum, minime utique miratore inanium, tanto prædii ejus amore capto, ut non puderet^a invisio alias et ostentaturo¹³ tradere palmam eam, emtis quadruplicato^b vineis illis intra decimum fere curæ annum: digna opera, quæ in Cæcubis Setinisque agris proficeret: quando et postea sæpenumero septenos^c culeos singula



Dalec. *altioribus contra eum.*—12 *Anneo Gronov. et mox in eadem, ac potentia.*
—13 ‘*Alias sic, invisuro alias regiones, et ostentaturo; quam lectionem agnos-*

NOTE

^x *Literis ejus*] Vicini, inquit, non eandem adhibentes in colendis vineis suis diligentiam, cum fructus multo tenuiores deinde perciperent, pigritiam suam altioribus ejus literis excusabant: quasi is, reconditiore quadam doctrina præditus, veneficiis, magicisque incantationibus, non operoso culturæ genere, tam insignem uvarum profectum assequeretur. Habet aliud prorsus affine, nec minus lepidum, Plinius noster, XVIII. 8. de C. Furio.

^y *Ac potentia*] De potentia Senecæ et auctoritate locuples testis est Tacitus *Annal.* XIV. p. 236. scribens accusatum apud Neronem fuisse Senecam, ‘tanquam ingentes, et privatum supra modum evectas opes adhuc augeret, quodque studia civium in se verteret: hortorum quoque amœnitate et villarum magnificentia quasi principem supergrederetur: (eiusdem verba hæc sunt:) verum Mors Burrhi infregit Senecæ potentiam,’ &c. Intra quadriennium regni amicitia ter millies sestertium paravisse auctor est idem *Annal.* XIII. p. 204. et Dio, lib. LXI. p. 694. hoc est, monetæ Gallicæ libras, ut vocant, 30000000. sive triginta milliones.

^z *Nimia fuit*] Neronem in Senecæ perniciem excitavit. Forte rectius, *Nimia ruit super ipsum.*

^a *Ut non puderet*] Non puduit Senecam, inanium rerum alioqui minime miratorem, tam insignis culturæ palmam tradere Palæmoni, invisio alias homini, qui ob peculiarem vanitatem, ingenitamque jactantiam, in suæ industriæ ostentationem, cum magna Senecæ emtoris invidia, ambitiose de ea foret gloriaturus. Non puduit, inquam, Senecam confiteri, eximium in colendo agro ac singularem virum fuisse Palæmonem: neque id verbis modo confiteri, sed facto: emtis nempe vineis illius quadruplicato pretio, quo Palæmon ipse cõmerat.

^b *Quadruplicato*] Emerat Palæmon sexcenties sestertium, ut diximus: quæ summa quadruplicata efficit Gallicæ monetæ libras 24000000. seu 24. milliones. Laudat Juvenal. *Sat.* x. 16. ‘Magnos Senecæ prædivitis hortos.’

^c *Septenos*] Octonos *Colum.* III. 3. p. 90. Culeus mensura vicens amphoras continens, vel quod idem est, urnas quadragenas: hac nulla major liquoris mensura. Culeus modios nos-

jugera, hoc est, amphoras centenas quadragenas, musti dedere. Ac ne quis victam in hoc antiquitatem arbitraretur, idem Cato^d denos culcos redire ex jugeribus scripsit, efficacibus exemplis non maria plus temerata^{14 e} conferre mercatori, non in Rubrum littus Indicumve merces petitas, quam sedulum ruris larem.

VI. Vino antiquissima claritas Maroneo,^f in Thraciæ maritima parte genito, ut auctor est Homerus.^g Neque enim fabulosa, aut de origine varie prodita consecramur, præterquam Aristæum^h primum omnium in eadem gente mel miscuisse vino, suavitate præcipua utriusque naturæ sponte provenientis. Maroneum vicies tanto addito aquæ miscendum Homerus prodidit.ⁱ Durat etiam vis eadem in terra generi,^a rigorque^j indomitus.¹ Quippe cum Mucia- nus, ter consul, ex his qui nuperrime prodidere, sextarios^k

^a *Huic vini generi in eadem illa terra durat ea generositas.*

//////////

cit et Budæus de Asse lib. v.' Dalec.—14 Alii ap. Dalec. *tentata*. Paulo post, Dalec. *ruris laborem*.

CAP. VI. 1 'Ita bene codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps. Frustra emendatum in recentioribus editionibus *vigorque indomitus*.' Brotier. *vigorque indomitus* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vigorque*

NOTÆ

tros duos et semis capiebat, inquit Budæus de Asse l. v. Amphora pars est octava modii nostri: *la huitième partie d'un muid*.

^d *Idem Cato*] In libro Originum, quem Varro in hanc ipsam rem laudat, de Re Rust. 1. 2. 'Annon M. Cato scribit in libro Originum sic? Ager Gallicus Romanus vocatur, qui viritim cis Ariminum datus est ultra agrum Picentium. In eo agro aliquotfarium in singula jugera dena cullea vini fiunt.'

^e *Temerata*] Mercatorum audacia et lucri cupiditate, ac naufragiis.

^f *Maroneo*] Athenæo l. 1. p. 26. ὁ τοῦ Μάρωνος οἴνος. A Marone Evangelii filio, Bacchi nepote, Thraciæ

rege, nomen habet, a quo et Maronea ejusdem oræ civitas, de qua IV. 18. Hodie *Marogna*. Vini tam nobilibus vix hodie restare nomen ait Andr. Baccius l. VII. p. 335.

^g *Homerus*] *Odyss.* I. 197.

^h *Aristæum*] De eo diximus VII. 57. Hunc τὰ μελισσοουργικὰ invenisse primum scribit Apollonii Schol. ad Argon. II. 500.

ⁱ *Homerus prodidit*] Ejus hæc carmina loc. cit. vs. 208. Τὸν δ' ὅτε πίνοιεν μελιηδέα οἶνον ἐρυθρὸν, Ἐν δέπας ἐμπλήσας, ὕδατος ἀνὰ εἴκοσι μέτρα Χεῦ· ὀδμή δ' ἠδέϊα, κ. τ. λ.

^j *Rigorque* [*vigorque*] Mss. omnes, *rigorque*.

^k *Sextarios*] Sextarius congii sexta

singulos octogenis ² ¹ aquæ misceri comperit præsens in eo tractu. Esse autem colore nigrum, odoratum, vetustate pinguescere. Et Pramnio, ^m quod idem Homerus ⁿ celebravit, etiam nunc honos durat. Nascitur Smyrnæ ^o regione, juxta delubrum Matris Deum. In reliquis claritas generi non fuit.

Alicui anno ^p fuit omnium generum bonitas, L. Opimio ^q consule, cum C. Gracchus ^r tribunus plebem seditionibus agitans interemtus: ea cœli ³ temperies fulsit, quam cocturam ^s vocant, Solis opere, natali Urbis DCXXXIII. ⁴ ^t Durantque adhuc vina ducentis fere ^u annis, jam in speciem



indomitus Chiffi.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. octonis Gronov. et al.—3 ‘Quidam, alicui. Fuit quidem omnium, &c. interemptus est: quo anno ea cœli. Alii vero, alicui. Anno uno fuit, &c. interemptus est, et ea cœli.’ Dalec. In reliquis claritas generi non fuit alicui. Anno fuit, &c. Gronov. et al. ante Harduin. Mox, solis vapore Dalec.—4 Gronov. et al. ante Harduin. DCXXXIV.—5 Ita ex codd. Harduin. et

NOTÆ

pars fuit: inde nomen: eam mensuram capiebat, teste Budæo, quam lingua nostra ternos septariolos vocat, hoc est, ternos semisextarios, trois demi-sétiers: hic dodrans est pintæ Parisiensis, quæ quaternos capit.

¹ Octogenis] Sic Mss. omnes, non octonis, quod interpolatorum obtrusit audacia.

^m Et Pramnio] Schol. Nicandri, in Alexiph. p. 58. Πράμνιος δὲ οἶνος, ἀπὸ ἀμπέλου Πραμνίας, ἦν καὶ ψιθίαν τινὲς καλοῦσιν.

ⁿ Idem Homerus] Iliad. A. 638. Οἶνον Πραμνεῖον, κ. τ. λ.

^o Smyrnæ] Et in Icaro insula, ubi scopulus Pramnii, unde vino nomen, teste Eparchide apud Athen. I. I. p. 30. Et in Lesbo, teste Ephippo apud eundem, p. 28. Et in Ephesino agro, qui Smyrnensi finitimus, teste Alciphronē ibidem, p. 31.

^p Alicui anno] Inde novæ sententiæ petunt initium codices omnes

Mss. Reg. Colb. Th. &c. Recte. Prius legebatur in vetustis editionibus, Romana anni 1470. Parm. 1476. aliisque, claritas generi non fuit alicui. Anno fuit, &c.—‘quod nunc videtur rectius: nisi cui magis etiam arriserit: Annus fuit omnium generum bonitatis; quoniam hæc vox postrema in plerisque codd. sic legitur.’ Ed. sec.

^q L. Opimio] Q. Fabio Max. Allobrogico collega.

^r C. Gracchus] Vide quæ dicenda sunt xxxiii. 14.

^s Cocturam] Cum fructus est bene Solibus coctus, ut Plinius alibi dicit: quod in omni genere vini hoc Opimii consulatu contigit. Martialis II. 40. ‘Cæcuba saecentur, quæque annus coxit Opimî.’ Et III. 26. ‘Massica solus habes, et Opimî Cæcuba solus.’ Et Petronius: ‘Falernum Opimianum.’

^t DCXXXIII.] Ut diximus II. 29. dicemusque iterum c. 16. libri hujus.

^u Ducentis fere] Minus annis tri-

redacta mellis asperi: etenim hæc natura vinis in vetustate est: nec potari per se queunt, si non pervincat aqua, usque in amaritudinem ^v carie indomita. Sed ceteris ^w vinis commendandis minima aliqua mixtura medicamenta sunt: quod, ut ^s ejus temporis æstimatione in singulas amphoras centeni nummi statuuntur, ex his tamen, usura multiplicata semissibus, quæ civilis ac modica ^x est, in Caii Cæsaris ^y



recentt. quo fit, ut Gronov. et al. quod, ut ejus, &c. centenis nummis acuantur

NOTÆ

bis: nam scripsisse hæc ipse se prodit anno DCCCXXX. ut vidimus sup. sect. Vide Notas et Emend. num. 10.

^v *In amaritudinem*] Quam caries vetustatis induxit: quæ nec domari, nisi plurimum aquæ misceatur, queat. Catullus Epigr. XXVII. 'Minister vetuli puer Falerni, Inger mi calices amariores.' Hoc est, meraciores, ob vetustatem amariores. Cur autem vetustate vinum amarescat, discite ex Theophr. de Causis VI. 10. p. 362. Plinius XXIII. 22. 'Quo generosius vinum est, hoc magis vetustate crassescit, et in amaritudinem corpori minime utilem coit.'

^w *Sed ceteris*] Vina, inquit, quæ ab Opimio Consule usque in præsens durant, minima portione addi solent in alia vina, commendationis et suavitatis gratia: et ob id medicamentorum pretio veneunt: nam ut eo tempore, hoc est, Opimii Consulatu, licitatum vinum putemus in singulas amphoras, nummis sestertiisve centenis; (Gallicæ monetæ sunt libræ omnino decem;) tamen ex his amphoris singulas uncias Caio principe constitisse vidimus tot nummis sive sestertiis, quot usura centenum nummum illorum continet, per annos CLX. multiplicata semissibus; quæ usura

civilis et modica est. Usura semissis est, cum de centenis nummis semis in mense redit, in anno nummi seni: Galli dicunt, *six pour cent*: sive, quod eodem recidit, cum e centenis assibus semis as in mense, sive semissis lucri fit, (unde usuræ semissi primo nomen,) in anno asses seni penduntur: uti ex Columella constat, III. 3. p. 92. Vide quæ de usura centesima appellata Gothofredus habet, in Cod. Theod. lib. II. tit. 33. de Usuris, l. I. p. 234. et quæ Justellus in Cod. Ecclesiæ Univ. p. 74. Itaque si amphora, sive quadrant, (id est, ut Festo placet, verbo 'Publica pondera,' LXXX. vini libræ,) Opimio Consule centum nummis venit; faciunt autem LXXX. libræ uncias DCCCCLX. efficitur ut semisses usuræ, hoc est, nummi seni annorum CLX. nummos DCCCCLX. inferant: atque ita singulæ vini uncia DCCCCLX. nummis sive sestertiis constiterit: quæ monetæ nostræ libræ sunt XCVI.

^x *Quæ civilis ac modica*] Sic Persius Sat. V. 149. quincunnes usuras 'modestas' vocat: 'Quid petis, ut nummi, quos hic quincunne modesto Nutrieras, pergant avidos sudare deunces?'

^y *Caii Cæsaris*] Quem Caligulam nuncuparunt alii, Plinius nunquam.

Germanici filii principatu, anno CLX.^{6z} singulas uncias vini constitisse nobili exemplo docuimus, referentes vitam Pomponii^a Secundi vatis, cœnamque quam principi illi dedit. Tantum pecuniarum detinent vini apothecæ. Nec alia res majus incrementum sentit ad vicesimum annum, majusve ab eo^b dispendium, non proficiente pretio. Raro quippe adhuc fuere, nec nisi in nepotatu, singulis testis millia nummum.^c Viennenses soli picata sua,^d quorum genera diximus, pluris permutasse,⁷ sed inter sese amore patrio creduntur. Idque vinum frigidius reliquis existimatur in frigido potu.⁸

VII. (V.) Vino natura est, hausto accendendi calore viscera intus, foris infuso refrigerandi. Nec alienum fuerit commemorare hoc in loco, quod Androcydes sapientia clarus ad Alexandrum Magnum scripsit, intemperantiam ejus cohibens: 'Vinum poturus rex, memento te bibere sanguinem terræ: e cicutâ hominum venenum est, cicutæ vinum.'^f Quibus præceptis si ille obtemperavisset, pro-

cod. Dalec.—6 Ita Harduin. et recentt. anno centesimo Budæus; annis CLX. Gronov. et al. ante Harduin. Mox, Chiff. vineæ constituisse; Vet. Dalec. binis ac vicenis constitisse.—7 Chiff. permutare. Mox, Dalec. more pro amore.—8 Vet. Dalec. existimatur in potu.

CAP. VII. 1 Ita ex codd. Harduin. et recentt. Vinum potaturus . . . terræ: sicut cicutâ homini venenum est, sic cicutæ vinum edd. vett. et Gronov. Alii ap. Dalec. Vinum potaturus . . . sicut venenum cicutæ vinum est, sic et vinum cicutâ

NOTÆ

^z Anno CLX.] Post annos CLX. ab Opimio Consule: nempe anno Urbis DCCCXCIII. ipso Caligula tertium, L. Gellio Poplicola Coss.—'Caii Principis quarto.' Ed. sec.

^a Pomponii] De eo diximus VII. 18.

^b Majusve ab eo] Post eum annum, nempe vicesimum.

^c Millia nummum] Sive sestertium. Monetæ sunt libræ omnino centum.

^d Picata sua] De quibus egimus cap. 3.

^e Sanguinem terræ] Haud absimili fere translatione 'sanguinem uvæ' vinum appellant Codices Sacri, Genes. XLIX. 11. Deuter. XXXII. 14. &c.

^f Cicutæ vinum] Quæ vis vini sit adversus cicutam dicitur XXIII. 23. et XXV. 95. Dat operam Androcydes, ut Alexandro persuadeat, tanquam re potentissima, parcius ut utatur vino, quod veneni venenum id sit: unde non dispari sensu terræ esse sanguinem dixit.

fecto amicos^g in temulentia non interemisset. Prorsus ut jure dici possit, neque viribus corporis utilius aliud, neque² aliud voluptatibus^h perniciosius, si modus absit.

VIII. (VI.) Genera autem vini alia aliis gratiora esse, quis dubitet? aut non ex eodem lacuⁱ aliud præstantius altero¹ germanitatem præcedere,^j sive testa,^k sive fortuito eventu? Quamobrem de principatu se quisque judicem statuatur.² Julia Augusta³ LXXXII. annos¹ vitæ Pucino^m vino retulit acceptos, non alio usa. Gignitur in sinu Adriatici maris, non procul a Timavo fonte, saxeo colle, maritimo afflatu paucas coquente amphoras: nec aliud aptius medicamentis judicatur. Hoc esse crediderim, quod Græci celebrantes miris laudibus Præcianumⁿ appellaverunt⁴ ex

//////////

homini.—2 Dalec. aliud si modus adest, neque.

CAP. VIII. 1 Dalec. potu altero. Mox, pro sive testa, quidam ap. Dalec. sive astu; al. ibid. sive natura; al. sive arte.—2 Chiff. si quisque jud. statuet.—3 'Ita codd. Regg. 1. 2. Julia autem Augusta est ipsa Livia, Augusti uxor, quæ in familiam nomenque Juliorum transiit.' Brotier. Ita quoque Gronov. et al. ante Harduinum, qui ex codd. suis et Chiff. edidit Livia Augusta. Harduinum secuti Miller. Bipont. et Franz. Mox, Gronov. et al. ante Harduin. Pucino retulit acceptos, &c. Cod. Dalec. P. r. a. non aquoso.—4 Ita Harduin.

NOTE

^g Amicos] Clytum et Callisthenem. Vide Senec. de Ira, c. 17. et Natur. Quæst. vi. 23.

^h Neque aliud voluptatibus] Quas præmatura scilicet morte abrumpit, si modus potandi absit. Vide Notas et Emend. 11.

ⁱ Ex eodem lacu] Lacus dicitur id vas quod mustum continet, cum prelo exprimitur, transmittitque cum in dolia conditur: une cuve: vinum ex eodem lacu, vin d'une même cuvee.

^j Germanitatem præcedere] Hoc est, præstantius esse altero, quod ex eodem lacu haustum, atque adeo germanitatis, sive fraternitatis, si fas est ita dicere, vinculo quodam conjunctum sit. Simili tralatione palmas cujusdam generis caryotarum sorores vocat, XIII. 9.

^k Sive testa] Nam a testa seu dolio

saporem quandam vinum accipit: et ex picatis quidem doliis olim expetitur.

¹ LXXXII. annos] Igitur ab anno vitæ quarto id vini genus in potu adhibuit: nam LXXXVI. omnino vixit, teste Dione l. LVIII. p. 621. ἐξ καὶ ὀγδοήκοντα. Hæc Julia, quæ et Livia, Augusti conjux.—'Vetustæ omnes edd. Rom. an. 1470. Parm. Tarvis. aliæque, cum libris Mss. vetustioribus, habent Livia, non Julia.' Ed. sec.

^m Pucino] Vino ei nomen a castello est, de quo egimus III. 22. Hodieque vinum ibi dotis eximiae haberi scribit Joan. Candidus de Rebus Aquileiæ, quem Baccius laudat, l. vi. p. 328. In Notis quæ falso Tirroni ascribuntur, apud Gruterum, pag. 144. Pæcinum.

ⁿ Præcianum] Ita Mss. omnes,

Adriatico sinu. Divus Augustus ° Setinum^p prætulit cunctis, et fere secuti principes, confessa propter experimenta, non temere cruditatibus noxiis ab ea saliva.^{5 9} Nascitur supra Forum Appii.^r Antea Cæcubo^s erat generositas celeberrima in palustribus populetis, sinu Amyclano : quod jam intercidit, et incuria coloni, locique angustia : magis tamen fossa Neronis, quam a Baiano lacu^t Ostiam usque navigabilem inchoaverat.

Secunda nobilitas Falerno agro erat, et ex eo maxime Faustiano.^{6 u} Cura culturaque id collegerat. Exolescit hoc quoque, copiæ potius, quam bonitati,⁷ studentium. Falernus ager a ponte Campano^v læva petentibus Urbanam

//////////

et recentt. *praicianum appellaverint* Chiffli. *pyctanon appellaverunt* Gronov. et al. vett.—5 Dalec. *in ea salebra*.—6 *Faustino* Chiffli. *Faustini* cod. Dalec.—7 *Codex Dalecampii, collegerat. Exol. hoc quoque nimietate copie potius.*

NOTE

Reg. Colb. Th. non *pyctanon*, ut Her-molaus scripsit.

° *Divus Augustus*] Et Rhætico etiam vino delectatum scribit Sueton. in ejus Vita, c. 77.

^p *Setinum*] Ab oppido Setia, *Sezza*, haud procul Tarracina. Martial. XIII. 112. 'Pendula Pomptinos qua spectat Setia campos, Exigua vetulos misit ab urbe cados.' Athen. I. I. p. 26. *οἶνος Σετῖνος*, quod vinum simile Falerno dicit. Silio I. VIII. 'Ipsius mensis sepostâ Lyæi Setia.'

^q *Ab ea saliva*] Ita libri omnes. Hoc est, ab eo vini liquore, cum, uti par est, omnino deferbuit. Plinius XXIII. 22. 'Sua cuique vino saliva innocentissima est :' hoc est, naturalis sapor. Alia sententia XI. 12. mel idem appellat quandam siderum salivam. Setinis porro vinis cibos concoqui Plinius tradit XXIII. 21.

^r *Forum Appii*] De quo III. 9. Ibi nunc *Casarillo di S. Maria*, IV. mill. pass. infra Setiam, juxta paludēs Pomptinas.

^s *Antea Cæcubo*] Martial. XIII. 115. 'Cæcuba Fundanis generosa coquuntur Amyclis, Vitis et in media nata palude viret.' Sinus Fundanus, qui et Amyclanus, et Formianns, et Caietanus dictus est, non minus quam Pomptinæ paludes, aquis restagnantibus et palustribus oppletur. Cave enim credas de palude Pomptina ipsa aut Plinio nunc, aut Martiali, esse sermonem : quem tamen errorem Plinio affingit Cluverius in Ital. Antiq. Ager Cæcubus, de quo III. 9. nomen vino dedit.


^t *A Baiano lacu*] Qui et Avernus proprie appellatus, a Baiarum vicinitate Baiani cognomen invenit. Hoc Neronis inceptum describit uberius Tacitus Annal. xv. p. 254. et Tranquillus in Nerone, c. 31.

^u *Faustiano*] Nunc *Falciano* dicitur, ubi nobilissimum hodieque Falernum nascitur, incolis *Vino Razzese* appellatum.

^v *Ponte Campano*] Fuit ille Savoni amne impositus, (quo de amne dixi-

coloniam^w Syllanam, nuper Capuæ contributam, incipit. Faustianus autem circiter quatuor milliaria vico prope Cedias,^x qui vicus a Sinuessa vi. millibus abest. Nec ulli in vino major auctoritas: solo^s vinorum flamma accenditur. Tria ejus genera, austerum, dulce, tenue. Quidam ita distinguunt: summis collibus^y Gauranum gigni, mediis Faustianum, imis Falernum. Non omittendum autem nulli eorum quæ celebrentur jucundum saporem uvæ esse.

Ad tertiam palmam varie venere^z Albana Urbi vicina, prædulcia, ac rara in austero.⁹^a Item Surrentina^b in vineis^c tantum nascentia, convalescentibus maxime probata,



Dalecampius legit, *contigerat*. *Exol. hoc quoque culpa copiae potius; vel, nimia cupiditate copiae potius; vel, Exol. hoc quoque copiae potius, quam bonitati, &c.*—8 Tolet. *auctoritas*. *Solum.*—9 Dalec. *vicinia, nec rara, prædulcia in austero.*

NOTÆ

mus III. 9.) in via Consulari, quæ ab urbe Capua ducit Sinuessam: ut recte vidit Gothofredus in cod. Theod. lib. IX. tit. 40. de Pœnis, pag. 304. Vide etiam Camilli. Peregr. in Campan. p. 448. Hujus etiam nomen restat in vicino pago, *S. Giovanni a Ponte Campano*. Quæ villa fortassis ea est, cujus Horatius meminit I. Sat. 5. 'Proxima Campano ponti quæ villula, tectum Præbuit,' &c.

^w *Urbanam coloniam*] Quæ Ptolemæo III. 1. Forum Popilii: a Carinola seu Calenensi civitate, et Savone amne haud procul: diæceseos Capuanæ, cujus jurisdictioni olim quoque contributa. Tab. Peuting. segmento 4. 'Sinuessa, VII. Ad Ponte Campano, III. Urbanis, III.' Appellatione ea, 'Urbanis,' indicatur colonia Urbana Syllana.

^x *Cedias*] Hic campus Ceditius, cujus meminit Plinius XI. 97. et Ceditiæ Tabernæ in via Appia, a domini nomine vocatæ apud Festum. Gru-

ter. p. 448. COLONIS. SINVESSANIS ET. CEDIANIS.

^y *Summis collibus*] Montium scilicet eo tractu assurgentium.

^z *Varie venere*] Variam fuisse eorum vini generum auctoritatem indicat, aliudque alio tempore præcelluisse: aut varia vini Albani genera extitisse, quod et Athenæus prodidit lib. I. p. 26. *alterum subdulce, acerbum alterum: ὁ μὲν γλυκάζων ὁ δ' ὀμφακίας.*

^a *In austero*] Ita Mss. omnes. Rara esse ait Albana vina, quibus sit austera suavitas, ut ait Tullius de Orat. III. 101. Falernum quoque geminum Athenæus agnoscit loc. cit. *austum, et subdulce, ἀσθηρὸς καὶ γλυκάζων.*

^b *Surrentina*] Laudat hæc vina Martial. XIII. 110. et Ovid. Met. XV. 710. 'Surrentino generosos palmite colles.'

^c *In vineis*] Palatis vitibus, *vignes échalassées.*

propter tenuitatem salubritatemque. Tiberius Cæsar dicebat ‘ consensisse medicos, ut nobilitatem Surrentino darent, alioqui esse generosum acetum :’ Caius Cæsar, qui successit illi, ‘ nobilem vappam.’^d Certant^e Massica æque, ex monte Gauro^{10f} Puteolos Baiasque prospectantia. Nam Falerno contermina Statana ad principatus^{11g} venere non dubie : palamque fecere sua quibusque terris tempora esse, sicut rerum proventus occasusque.¹² Juncta his præponi solebant Calena :^h et quæ in vineis arbustisque nascuntur, Fundana.ⁱ Alia ex vicinia¹³ Urbis Veliternina, Privernatiaque. Nam quod Signiæ^j nascitur, austeritate nimia continendæ utile alvo, inter medicamina numeratur.

Quartum^k curriculum publicis epulis obtinere a Divo Julio (is enim primus auctoritatem his tribuit, ut in episto-



Alii, vic. præd. ac grata in austero.—10 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *Gaulo* Chiff. et pro var. lect. *Gawro*; Gronov. et al. ante Harduin. *Gaurano*.—11 Dalec. *principatum*.—12 Dalec. *censusque*.—13 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Et alia vicinia* Chiff. *Ex alia vicinia* Gronov. et vett. Mox, cod.

NOTE

^d *Vappam*] Vinum corruptum, sublestumque vox ea sonat: *vin poussé*, *vin tourné*. Horatius I. Sat. 5. 16. ‘ Absentem cantat amicam Multa prolutus vappa nauta.’

^e *Certant*] De tertia palma, sive de tertio nobilitatis gradu certant cum Albanis Massica. Laudat Horatius I. Od. 1. ‘ veteris pocula Massici.’

^f *Ex monte Gauro*] Hoc est, e monte Massico in Gauranum translatis vitibus vina expressa.

^g *Ad principatus*] Ad primam palmam: ut ceteris omnibus generibus anteponerentur.

^h *Calena*] Ab oppido cognomine, de quo diximus III: 9.

ⁱ *Fundana*] A suis quæque oppidis cognominata: de quibus lib. III. egi-

mus. *Φουνδανὸς οἶνος* Athenæo lib. I. p. 27. Et Privernas ager, et Veliterninus, hodieque vini ferax, teste Bacciò lib. VI. p. 287. et 289. Privernatia commendat Galenus apud Athen. lib. I. p. 26.

^j *Quod Signiæ*] Martialis quoque, XIII. 116. ‘ Potabis liquidum Signina morantia ventrem: Ne nimium sistant, sit tibi parca sitis.’ Celsus item IV. 5. ad resolutionem stomachi medendam, vinum Signinum ob insignem austeritatem commendat. Hodieque ea vis ei vino est, teste Bacciò lib. VI. p. 289. Vide et Cælium Aurel. IV. 3.

^k *Quartum*] Quartum auctoritatis ac nobilitatis locum: ab aurigis ducta metaphora, qui curru in Circœ certabant.

lis¹ ejus apparet) Mamertina,^m circa Messanam in Sicilia genita. Ex iis Potulana,ⁿ ab auctore dicta, in loco proximo Italiæ laudantur præcipue. Est in eadem Sicilia et Taurominitanis honos, lagenis pro Mamertino plerumque subditis.

Ex reliquis autem a supero mari^{14°} Prætutia^p atque Ancone nascentia, et quæ a palma una forte enata Palmensia^q appellavere.¹⁵ In mediterraneo vero Cæsennatia^r ac



Dalec. ut in epulis ejus apparet.—14 Vox mari deest in cod. Chiffi.—15 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *palmesia* appellantur

NOTÆ

¹ *Ut in epistolis*] Meminit harum Tranquillus in ejus Vita, c. 56. 'Epistolæ quoque ejus ad Senatum extant, quas primum videtur ad paginas et formam memorialis libelli convertisse, cum antea Consules et Duces nonnisi transversa charta scriptas mitterent. Extant et ad Ciceronem, item ad familiares domesticis de rebus: in quibus, si qua occultius perferenda erant, per notas scripsit, sic structo literarum ordine, ut nullum verbum effici posset: quæ si quis investigare et persequi vellet, quartam elementorum literam, id est, *d* pro *a*, et perinde reliquas commutet.'

^m *Mamertina*] Laudat hæc Athenæus lib. i. p. 27. Martialis quoque, XIII. 117. 'Amphora Nestorea tibi Mamertina senecta Si detur, quodvis nomen habere potest.' Hoc est, vel Opimiana dici, vel Falerna potest, aut Cæcuba: et cum præstantissimo quoque vino de bonitate contendere.

ⁿ *Potulana*] Athenæo lib. i. p. 27. Ἰωταλίῳ οἴνῳ pro Πωταλίῳ scribitur, et præcipuæ commendationis esse dicitur.

^o *Ex reliquis autem a supero mari*] Vina hæc Supernatia appellata, ut Persica, de quibus xv. 11. Vetus inscriptio apud Reines. p. 337. NE-

GOTIANTES. VINI. SUPERNAT. ET ARIMIN.


^p *Prætutia*] De Prætutiano agro, III. 18. Juxta Anconam Sirolum oppidum est novo nomine, ubi Prætutianus olim ager, suo adhuc vino celebre, inquit Andr. Baccius lib. v. p. 259. Anconitanum laudat Athen. lib. i. p. 26.

^q *Palmensia*] In Palmensi agro genita, de quo III. 18. ubi nunc castellum, *Torre de Palma*. Palmenses uvas incolæ hodie Maranas vocant a vicino pago. In vinis non habet usum: sed in mensis tantum. Baccius lib. v. p. 256. Mss. *Palmesia* præferunt, et libri hactenus editi, veteri more, pro *Palmensia*: quemadmodum in Vespasiani nummis, ROMA RESURGES. pro 'Roma Resurgens.' Sic apud Reinesium, vetus inscriptio, MESIBVS. DVO. . . . pro 'mensibus duobus,' p. 947. iterumque p. 1003. MESES. VI. Sic passim in lapidibus et Mss. Cos. et PROCOS. pro 'Consul,' et 'Proconsul.'

^r *Cæsennatia*] A Cæsena, de qua III. 20. Nostri temporibus, inquit idem Baccius p. 261. tam copia quam gratia facile laudem eam exsuperant vina Cæsennatia, quam a vetustis scriptoribus habuere. Laudant ea

Mæcenatiana.^{16 s} In Veronensi item Rætica, Falernis tantum posthabita a Virgilio.^t Mox ab intimo sinu maris, Adriana.^{17 u} Ab infero autem Latiniensia,^v Gravicana, Statoniensia.¹⁸ Etruriæ palmam Luna habet,^w Liguriæ Genua.^x Inter Pyrenæum Alpesque Massilia gemino sapore, quando et condiendis aliis pinguius^y gignit, quod vocant succosum. Bæterrarum^{19 z} intra Gallias consistit auctoritas. De reliquis in Narbonensi genitis asseverare non est: quoniam officinam ejus rei fecere tingentes fumo,^a utinamque non et herbis, ac medicaminibus noxiis. Quippe etiam aloën^{20 b} mercantur, qua saporem coloremque adulterant.

Verum et longinquiore Italiae ab Ausonio mari non ca-



Gronov. et al. vett.—16 *Mæcenatiana* Gronov.—17 *Adriatica* cod. Dalec.—18 *Gravicana*, *Stoniensia* Chiff.—19 *Bliterarum* Dalec. *Bæterrarum* Gronov. Mox, *inter Gallias* cod. Dalec.—20 Ita ex codd. Harduinus et recentt.

NOTÆ

Cato, Varroque de Re Rust. lib. i.

^s *Mæcenatiana*] Forte a Mæcenate Augusti familiari nomen adepta.

^t *A Virgilio*] Georg. II. 95. 'Et quo te carmine dicam, Rætica? nec cellis ideo contende Falernis.' Rhætorum oppidum Verona dicitur III. 23.

^u *Adriana*] Ἀδριανὸς οἶνος Athenæo lib. I. p. 33. ab Atria oppido in intimo sinu Adriatici maris posito, ut vidimus III. 20. et vino et mari nomen.

^v *Latiniensia*] Et his generibus a suo quibusque agro nomen. Nos de iis dudum in Geographicis egimus lib. III.

^w *Luna habet*] Hodieque vina Lunensia Romæ gratissima. Baccius lib. VI. p. 307. Ex ora Genuensi vinum e Quinque terris nominatum, eximie nobilitatis est: idem pag. 308.

^x *Liguriæ Genua*] Vinum Ligusti-

cum vilioris notæ fuisse Martialis innuit III. 82. 'Ligurumque nobis saxa cum ministrentur,' &c.

^y *Pinguius*] Nigrius, crassiusque. Sed et delicatius vinum habet Massilia hodie, cui a S. Laurentio nomen fecere.

^z *Bæterrarum*] Haud procul Bæterris vinum generosum ab agro in quo provenit, nomen habet, *vin muscat de Frontignan*. Sed et reliqua Gallia vina sunt regalibus cœnis expetita: e Campania Remense, et quod *vin d'Hay* vocant, aliaque propemodum infinita.

^a *Tingentes fumo*] Fumo adulterantes, ut saporem mutarent, ac vetustatem referrent. Martialis X. 36. 'Improba Massiliæ quicquid fumarum cogunt, Accipit ætatem quisquis ab igne cadus.' Et III. 82. 'Vel cocta fumis musta Massilianis.'

^b *Etiam aloën*] Sic Mss. Reg. &c. non, ut editi omnes vulgo, *aloën*.

rent gloria, Tarentina,^c et Servitiana, et Consentia^d genita, et Tempsæ, ac Babia^e, Lucanaque^f antecedentibus Thurinis. Omnium vero eorum maxime illustrata Messalæ potu et salute, Lagarina,^g non procul Grumento^h nascentia. Campania nuper excitavit novis nominibus auctoritatem, sive cura, sive casu, ad quartum a Neapoli lapidem Trebellicis:ⁱ juxta Capuam Caulinis,^j et in suo agro Trebulanis:^k alioqui semper inter plebeia et Trifolinis^l gloriata. Nam Pompeianis^m summum decem annorum incrementumⁿ est, nihil senecta conferente. Dolore etiam caput^o in sextam horam^o diei sequentis infesta depre-



Quippe etiam obvèn Gronov. et al. vett.—21 Cod. Dalec. capitis.—22 ‘ Vet.

NOTE

^c *Tarentina*] Laudat hæc vina Martialis. XIII. 125. et Athen. lib. I. p. 27. Pro *Servitiana*, etsi ita Mss. omnes habent, Andr. Baccius lib. v. p. 241. legit *Seberiniana*, ab urbe nobili, quam vulgus appellat, *San-Severina*, Archiepiscopali sede ornata, quæ Stephano Σιβερηνῆ, cujus ager hodieque optimi vini ferax.

^d *Consentia*] De Consentia et Tempsa III. 10.

^e *Babia*] Apud Athen. lib. I. p. 27. inter vina Itala Βαββίος οἶνος laudatur: quem Plinius nunc forte signat.

^f *Lucanaque*] E Lucaniæ vinis, inquit, Thurina ceteris antecedunt. Θουρίνον οἶνον laudat ex Strabone Stephanus, p. 311.

^g *Lagarina*] Quibus salutem suam Messala retulit acceptam: ut Pucino Livia. De Messala sene agemus in Auctorum Indice. A Lagaria quondam urbe Lagaritana vina nomen habent, teste Strabone lib. VI. p. 263. Prope Thurios fuit: nec oppidi hodie ullum, nec vinearum superest vestigium.

^h *Grumento*] De eo III. 15.

ⁱ *Trebellicis*] ‘Ο ἐν Νέα πόλει Τρεβελλικὸς οἶνος, inquit Galenus apud Athen. lib. I. p. 27. εὔκρατος τῇ δυνάμει, εἰστόμαχος, εἴστομος.

^j *Caulinis*] Quæ Falernis similia fuisse ait Galenus loc. cit. De vinis Caulinis vide Camill. Peregr. in Campan. Fel. p. 515.

^k *Trebulanis*] Trebulani cognomine Balinienses, de quibus in Campania dictum est III. 9. dedere huic generi nomen: non Trevium Calabriae oppidum, ut Baccius existimat lib. v. pag. 267.

^l *Trifolinis*] Campania, inquit, et Trifolinis vinis gloriatur, sed quæ inter plebeia et vulgaria numerari oportet. Ab agro cognomine traxere nomen. Vide Notas et Emend. num. 12.


^m *Pompeianis*] A municipio ejus nominis, prope Vesuvium, de quo III. 9.

ⁿ *Incrementum*] Bonitatis ac durationis.

^o *In sextam horam*] In meridiem.

henduntur. Quibus exemplis, nisi fallor, manifestum est, patriam terramque referre, non uvam: et supervacuum generum consecrationem in numerum, cum eadem vitis aliud aliis in locis polleat.²² Hispaniarum Laletana²³ copia nobilitantur: elegantia vero Tarraconensia,^q atque Lauronensia:^r et Balearica ex insulis, conferuntur Italiæ primis. Nec ignoro, multa prætermissa plerosque existimatos, quando suum cuique placet, et quocumque catur, fabula eadem reperitur: ²⁴ ‘Divi Augusti iudiciorum ac palati peritissimum e libertis, censuram vini in epulas ejus facientem, dixisse hospiti de indigena vino,^s novum quidem sibi gustum esse eum, atque non ex nobilibus, sed Cæsarem non aliud poturum.’²⁵ Nec negaverim et alia digna esse fama: sed de quibus consensus ævi judicaverint,²⁶ hæc sunt.

IX. (VII.) Nunc simili modo transmarina dicemus. In summa gloria post Homericæ illa, de quibus supra diximus,^a fuere Thasium^b Chiumque: ex Chio quod Arvisium vocat.¹ His addidit Lesbium^c Erasistrati maximi medici



pullulet; quod si placeat, legendum fuerit, *vitis alia aliis in locis pullulet.*² Dalec.—23 Cod. Dalec. *Lusitana*; Chiff. *Lusetana*.—24 Vet. Dalec. *reperiatur*.—25 Cod. Dalec. *potaturum*.—26 Idem codex, *judicaverunt*.

NOTÆ

^p *Laletana*] De quibus jam dixi III. 4. Martial. VII. 52. ‘Et Laletanæ nigra lagena sapæ.’ Et I. 27. ‘Fæx Laletana.’ Copia magis, quam bonitate, commendari ea Plinius significat.

^q *Tarraconensia*] Idem Martialis XIII. 118. ‘Tarraco, Campano tantum cessura Lyæo, Hæc genuit Tuscis æmula vina cadis.’ Silius quoque lib. III. ‘Latio tantum cessura Lyæo Tarraco.’

^r *Lauronensia*] *Λαύρων* Tarraconensis Hispaniæ oppidum fuit, a Sertorio igni vastatum, ut auctor est Plutarchus in ejus Vita, pag. 577.

^s *Indigena vino*] Ibi genito, nec alinnde advecto: *du vin du pays*.

^a *Supra diximus*] Cap. 6.

^b *Thasium*] Utrumque laudat et Athen. lib. I. pag. 28. Idem pag. 32. ex Chio genere illud anteponit, quod Arvisium vocant: *Χαριέστερος δ' ἐστὶν ὁ Χίος, καὶ τοῦ Χίου ὁ καλούμενος Ἀριούσιος*. Sic et Galenus scribit *κατὰ τόπους* II. 1. p. 364. et IV. 6. p. 431. De eo Virgil. Ecl. v. 71. ‘Vina novum fundam calathis Arvisia nectar.’ Et Silius lib. VII. ‘Tmolus, et ambrosiis Arvisia pocula succis.’ Ab Arvisio ejus insulæ monte, si Vibio Sequestro fides, pag. 342. id vino ei nomen. Chium hodieque vinum summo in pretio est.

^c *Lesbium*] Quo nullum suavius aiunt Alexis apud Athen. lib. I.

auctoritas, circiter CCCCL.^d annum urbis² Romæ. Nunc gratia ante omnia est Clazomenio,^e postquam parcius mari condiunt. Lesbium sponte suæ naturæ mare sapit. Nec Tmoliti^f per se gratia, ut vino: sed cujus dulci^g admixto,^a reliquorum duritia suavitatem accipiat, simul et ætatem, quoniam vetustiora protinus videntur. Ab his dignatio est Sicyonio,³ h Cyprio, Telmesico, Tripolitico, Berytio, Tyrio, Sebennytico. In Ægypto hoc nascitur tribus generibus uvarum ibi nobile,⁴ Thasia,ⁱ æthalo, peuce.^j Post hæc auctoritas hippodamantio,^k Mystico,^l cantharitæ,^m protropoⁿ Gnidio, Catacecaumenitæ,^o Petritæ,^p Myconio.^q Nam

^a Cujus vini mustum si reliquis admisceatur.



CAP. IX. 1 Gronov. et al. ante Harduin. vocant.—2 Ita Harduin. et recentt. CCCCL. anno urbis cod. Dalec. et Vet. ejusdem; CCCCI. anno urbis Chiff. DC. annum urbis Gronov. et al. vett.—3 Gronov. et al. ante Harduin. Sycionio.—4 Pintian. nobilissimis.—5 Chiff. generum dulcia utique inter se non

NOTÆ

pag. 28. et Arcestratus pag. 29.

^d Circiter CCCCL.] Ita Mss. omnes, Reg. Colb. Chiff. &c.

^e Clazomenio] Ab urbe cognomine, de qua v. 31.

^f Nec Tmoliti] A Tmolo monte, de quo v. 30. Vinum Tmolites commendat Vitruvius VIII. 3. pag. 161. 'Item Lydiam Tmoliten:' Sic enim legendum, non 'Meliton,' ut in editis.

^g Cujus dulci] Græcorum ritu loquitur, quibus γλυκὸς οἶνος, mustum est, et vinum dulce.

^h Sicyonio] Et hæc a suis cognominata oppidis, de quibus in Geographis egimus. Sicyonium laudat Athenæus lib. I. pag. 33. Berytio porro, Tyrioque, Gazetum adjungi, sive Gazeticum, quod ex eodem fere tractu, potuit, a Gaza scilicet urbe Palæstinæ. Commendant enim id vini genus Sidonius Apollin. Carm. XVII. ad Ommatium, Corippus III. 3. Casiodorus XII. 12. Fortunatus lib. IV.

de Vita S. Martini, Gregor. Turon. de Gloria Conf. cap. 65. et alii.

ⁱ Thasia] Et Thasiam in Ægypto vitem appellatam esse rursus idem tradit cap. 22.

^j Æthalo, peuce] Græca hæc sunt nomina, quibus fuliginosam, piceamque uvam designat, ceu hanc appellationem a colore traxerint. Forte etiam *euthalo* rectius, quod probe floreat, ab εὖ θάλλω.

^k Hippodamantio] Vino huic factam appellationem a generositate crediderim: δαμάξειν enim *domare* est: vox altera ἵππος nihil aliud fere in compositione quam significata vocabulorum intendit.

^l Mystico] An ab insula Mysto, de qua IV. 19.

^m Cantharitæ] A vite ejus nominis vino huic appellatio est. Meminit Theophrast. de Causis Plant. II. 20. ἄμπελος ἢ λεγομένη καθαρέος.

ⁿ Protropo] Πρότροπος οἶνος. Pro-

Mesogiten^r capitis dolores facere compertum est: nec Ephesium salubre esse: quoniam mari et defruto condia-
tur. Apamenum^s mulso præcipue convenire dicitur, sicut Prætutium in Italia. Est enim hæc proprietas generum, ut dulcia utique inter se non congruant.⁵ ^t Exolevit et protagion,^u quod Italicis proximum fecerant Asclepiadis scholæ. Apollodorus medicus, in volumine, quo suasit Ptolemæo regi quæ vina biberet, Italicis etiam tum ignotis, laudavit in Ponto Nasperceniten, mox Oreticum,^v Ceneaten,^w Leucadium, Ambracioten, et quod cunctis prætulit Peparethium:⁶ ^x sed minoris famæ esse dixit, quoniam ante sex^y annos⁷ non placeret.

//////////

congruunt.—6 Præparentium Gronov. et al. ante Harduin.—7 Ita codd. Harduini, Dalec. et Cliffli. post sex annos Gronov. et al. ante Harduin.

NOTÆ

tropum dicitur vinum, quod suoapte impulsu atque uvarum pondere defluit, antequam uvæ calcentur. In-
stitores appellant *Mere-goute*: *le vin qui vient sans avoir été pressuré*. Mustum lixivum appellat Columella XII. 27. ‘Ante quam prelo pressum sit, quod in lacum musti fluxerit.’

^o *Catacecaumenitæ*] In Mæonia Κατακεκαυμένην οἶνον gigni scribit Vitruvius VIII. 3. p. 161. Est enim Mæonia sive Mysia pars Catacecaumene, Κατακεκαυμένη, teste Strabone I. XII. p. 579. Phrygiæ Hesychio, in *Εἰναρίμοις*. De hoc vino Maro locutus, Georg. IV. 380. ‘Cape Mæonii carchesia Bacchi.’

^p *Petritæ*] A Petra Arabiæ, ut quidem remur.

^q *Myconio*] Ab insula Mycono, de qua IV. 22.

^r *Mesogiten*] E Tmolio monte: Diosc. V. 10. ‘Ὁ δὲ ἐκ τῆς Ἀσίας Μεσογέτης ἐκ τοῦ Τμώλου, κεφαλαγγῆς, καὶ νεύρων βλαπτικὸς.’

^s *Apamenum*] Ab Apamea, de qua V. 20.

Delph. et Var. Clas.

^t *Non congruant*] Non sint apta, ut inter se misceantur. Plinius XVII. 25. ‘Mixture generum etiam in vino, non modo in musto discors.’

^u *Protagion*] Quasi primæ ac præcipuæ auctoritatis vinum: πρωτάγιον, διὰ τὰ πρῶτα ἄγειν, ut quidem auguramur.

^v *Oreticum*] Vel *Oreoticum*, ab Oreo Eubææ oppido, de quo IV. 21. Incolæ Ὀρειῖται, vel Ὀρειῶται dicti apud Strabon. I. X. p. 445.


^w *Ceneaten*] Cum Ceneaten, Leucadium, Ambraciotenque copulet Plinius noster, Leucadis autem et Ambraciæ situs sint probe cogniti e III. 2. nullus etiam dubito quin Ceneates vinum appellatum sit a Calydonia his terris vicina, cui Ceneus Dejaniræ pater imperitavit. Quod si ab Cenoë insula, vel Icari oppido nomen id deductum foret, non Ceneaten, sed Cenoaten dici oportuerat. Leucadium vero commendat Athenæus lib. I. p. 29.

^x *Peparethium*] In Mss. Reg. Colb. *Præparentium*. Ubi *Perperenium* legi

Plinius.

7 L

X. (VIII.) Haecenas bonitas vini nationibus debetur. Apud Græcos jure^{1 a} clarissimum nomen accepit, quod appellaverunt bion,^b ad plurimos valetudinum usus excoctatum, ut docebimus^c in parte medicinæ. Fit autem^d hoc modo: Uvæ paulum ante maturitatem decerptæ siccantur acri Sole, ter die versatæ per triduum: quarto exprimuntur, dein in cadis Sole inveterantur. Coi marinam^{2 e} aquam largiorem miscent, (a servi furto origine^f orta, sic mensuram explentis,) idque translatum³ in album mustum, leucocoum^g appellatur. In aliis autem gentibus simili modo factum tethalassomenon^h vocant. Thalassiten autem vasis musti dejectis in mare, quo genere præcox fit vetustas. Necnon apud nos quoque Coum vinum ex Ita-



CAP. X. 1 Chiff. *cura*. Mox, Vet. Dalec. *quod a. bion*.—2 Dalec. *exprimuntur*. *Vinum in cad. sole inveteratur, cui marinam*. Gronov. et al. *vett. Cui marinam*. Mox, Dalec. *origine tracta*.—3 Chiff. *quæ translata*. Mox, pro *leucocoum*, quod servant codd. Harduini et Chiff. cum edd. recentt. *leuco-*

NOTÆ

oportere conjecit aliquando Sirmondus noster. Pintianum sequimur, quem Turnebus quoque amplexus, Advers. xxv. 26. p. 900. De Peparetho insula, a vini fertilitate Evæno appellata, diximus iv. 23. Meminere Peparethii vini Aristophanes apud Athen. l. i. p. 29. Heraclides in Politis, aliique.

^y *Ante sex*] Ita Mss. omnes. Frobenius interpolavit, *post sex annos*. In Reg. 2. *ante sextum annum*.

^a *Apud Græcos jure*] Mss. omnes, *curæ*: forte *cura*.

^b *Bion*] A vita, ut credere est, cuius incolunitati tuendæ id utile foret. Dioscoridi vinum Omphacites. Vide Notas et Emend. num. 13.

^c *Doccebimus*] Lib. xxiii. c. 26.

^d *Fit autem*] Hæc de vino, quod omphaciten vocat, totidem verbis Diosc. v. 12.

^e *Coi marinam*] Ita Reg. 2. non, ut

editi, *cui marinam*. Diversum a superiore id vini genus: de quo Palladius lib. xi. in Octob. tit. 14. p. 154. 'Alii Græci,' inquit, Coi nimirum, insulæ Co cives, 'ita jubent aquam marinam,' &c. Mox addit ea arte 'non ætatem solum vino, sed splendorem quoque coloris afferri.'


^f *Origine*] Ejus mixturæ ex arte et modo parandæ origine orta a servo mensuram dolii, ex quo hauserat, ita replente.

^g *Leucocoum*] Hoc est, album e Co vinum. Vide Notas et Emend. num. 14.

^h *Tethalassomenon*] *Τεθαλασσωμένον* maxime commendat Athenæus lib. i. p. 32. Vina Græca fere sic omnia condiebantur. Unde festivus est hominis naufragi apud Plautum in Rudente, ii. 7. 30. jocus: 'Quasi vinis Græcis Neptunus nobis suffudit mare.'

lico faciendi rationem Cato demonstravit, super cetera in Sole quadriennio^{4 i} maturandum præcipiens Rhodium.^j Coo simile est. Phorineum^{5 k} salsius Coo. Omnia transmarina septem vel in sex annis⁶ ad vetustatem mediam pervenire existimantur.

XI. (IX.) Vinum omne dulce minus odoratum: quo tenuius, eo odoratius. Colores vinis quatuor: albus, fulvus, sanguineus, niger. Psythium¹ et melampsythium passi genera^m sunt, suum saporem, non vini, referentia: Scybilites^{1 n} vero musti, in Galatia nascens, et Aluntium^{2 o} in Sicilia. Nam siræum,^p quod alii hepsema, nostri sapam



chron habent Gronov. et vett.—4 Dalec. *quadriduo*. ‘Videtur in exemplaribus Catonis, quæ habuit Plinius, scriptum fuisse *quadriennium*, ut et quædam adhuc habent. At in accuratioribus exemplaribus editionibusque legitur, *quadriduum*. Hic certe in Plinio aut emendandum, aut intelligendum, *quadriduo*.’ Brotier.—5 ‘*Phormeum* Chiffi. forte, *Phormium*; vel, *Formium*.’ Dalec.—6 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *aut sex annis* Gronov. et edd. vett. *aut in sex annis* Chiffi.

CAP. XI. 1 ‘Fortasse *Scybelites*, laudatum sæpe a Galeno inter dulcia.’ Dalec. *Cisibilites* Gronov. et al. vett.—2 *Halyntium* Gronov. et edd. vett.

NOTÆ

ⁱ *Quadriennio*] Ita Mss. omnes. At Cato tantum *quadriduum* postulat de Re Rust. c. 112. p. 63. ‘Amphoras,’ inquit, ‘in Sole ponito, ubi herba non siet, et amphoras operito, ne aqua accedat: et ne plus *quadriduum* in Sole siveris. Post *quadriduum* in culleum componito, et instipato.’ Initium hoc capituli ejusce fecerat: ‘Vinum Coum si facere voles, aquam ex alto marinam sumito, mari tranquillo, cum ventus non erit,’ &c.

^j *Rhodium*] *Rhodium* tamen minus, quam Coum, aquam marinam pati, scribit Athenæus l. i. p. 32.

^k *Phorineum*] Mss. Reg. alique, *Phormeum*. Ignota vox. An *Corynæum*, a Coryna oppido, prope Clazomenas, de quo v. 31.

¹ *Psythium*] *Ψυθιον οἶνον* meminit Eubulus apud Athen. l. i. p. 28. *Μελαμψύθιον nigrum Psythium* est. He-

sychio *Ψιθία, εἶδος ἀμπέλου*.

^m *Passi genera*] *Passum*, est mustum quod Solem vel ignem *passum* est. *Passum* tamen alii Sole, defrutum igne et coctione fieri intelligunt. Nonius cap. 17. num. 16. ‘Varro de vita pop. Rom. lib. i. *Passum* nominabant, si in vindemia uvam diutius coctam legerent, eamque *passi* essent in Sole aduri.’ Vinum *passum* imitantur ea potione Turcæ, quam *Sorbet* vocant. Fit ex nva passa quæ mola subacta sit, cui deinde calda superfunditur: vase deinde tecto ea defervescit per aliquot dies: peractaque fermentatione fit jucundi saporis. Vide Busbeq. Epist. i.

ⁿ *Scybilites*] Græcis *Σκυβελίτης οἶνος*. Vide Notas et Emend. num. 15.

^o *Aluntium*] Ab oppido cognominæ, de quo III. 14.

^p *Nam siræum*] Galenus tomo II.

appellant, ingenii, non naturæ opus est, musto usque ad tertiam partem mensuræ decocto: quod ubi factum ad dimidiam est, defrutum^q vocamus: omnia in adulterium mellis excogitata. Sed priora^r uva terraque constant. Passum a Cretico^s Cilicium probatur, et Africum, et in Italia, finitimisque provinciis.³ Fieri certum est ex uva, quam Græci sticham vocant, nos apianam;^t item scirpula,^u diutius in vite Sole adustis,⁴ aut ferventi oleo.^v Quidam e quacumque dulci, dum præcocta alba, faciunt: siccantes Sole, donec paulo amplius dimidium pondus supersit, tusasque leniter exprimunt. Deinde quantum expressere, adjiciunt^w vinaceis aquæ puteanæ, ut et secundarium passum faciant. Diligentiores eodem modo siccatis^x acinos



Mox, Marc. Empir. *carenum* pro *hepsena*.—3 Ita codd. Harduini et Cliffl. cum edd. Harduin. et recentt. *provinciisque finitimis* Edd. vett.—4 Vet. Dalec. *uvis adustis*; et sic Colum. Mox, *fervente oleo* Gronov. et al. ante Harduin. *oleo* deest in cod. Dalec. *ferventi oleo* codd. Harduini, et edd. recentt. Deinde, Vet. Dalec. *tusasque leniter uvas exprimunt*; al. ap. Dalec. *tusamque l. exprimunt*.

NOTÆ

in Explic. vocum Hippocr. pag. 91. Ἐψημα, ὅπερ καὶ Σίραιον. Hippocr. ipse, lib. i. de Morb. Mul. text. 91. p. 479. οἶνον σιραίων. Diosc. v. 9. Καὶ ὁ καθεψομένου τοῦ γλεύκου Σείριος ἢ ἔψημα καλούμενος. *Sapam quæ fit musto igni decocto, Græci Sirion seu hepsena vocant.* In officinis pharmacopolarum, ‘Rob,’ sive ‘Sapa simplex.’

^q *Defrutum*] A defervendo dictum, auctore Palladio. Gallis, *Vin cuit*. Charasius in Pharmac. p. 143. modum utriusque parandi edocet. Columella XII. 21. ‘Mustum quam dulcissimi saporis decoquatur ad tertias, et decoctum, sicut supra dixi, defrutum vocatur.’

^r *Sed priora*] Non ab ingenio et arte, sed a natura, hoc est, ab uvæ terræque bonitate, priora illa suam auctoritatem obtinet.

^s *A Cretico*] Post Creticum, cui princeps locus debetur. *Malvoisie*.

Baccius lib. i. pag. 23.

^t *Nos apianam*] Græci στήχαν, a στήξ, hoc est, ab acinorum ordine. *Raisin muscat*, ut diximus cap. 4. Passi ex uva apiana conficiendi modum docet Columella XII. 39. pag. 442.

^u *Item scirpula*] Cujus jam ante facta mentio cap. 4. his verbis: ‘Item scirpula passo acino.’

^v *Aut ferventi oleo*] Ita Columella XII. 16. pag. 423.

^w *Adjiciunt*] Quantum boni succi ad primarium passum expressere, tantum vinaceis aquæ adjiciunt ad secundarium faciendum. *Vinacea, le marc*, ut diximus cap. 3.

^x *Siccatis*] Uvis nimirum acinos, hoc est, grana eximunt, rejectis sarmentis, hoc est, pediculis et ligno cui ea adhærescunt. Habet hæc eadem fere Mago apud Colum. XII. 39.

eximunt, ac sine sarmentis madefactos vino excellenti, donec intumescant, premunt: et hoc genus ante cetera laudant: ac simili modo aqua addita, secundarium faciunt.

Medium inter dulcia vinumque est,⁵ quod Græci aigleucos^y vocant, hoc est, semper mustum. Id evenit cura, quoniam fervere prohibetur: sic appellant musti in vina transitum. Ergo mergunt e lacu^z protinus in aqua cados, donec bruma transeat, et consuetudo fiat algendi. Est etiamnum aliud genus ejus per se,^a quod vocat dulce Narbonensis provincia, et in ea maxime Vocontii.⁶ Asservatur ejus gratia uva diutius in vite, pediculo intorto.^b Ab aliis ipse palmes inciditur in medullam, ab aliis uva torretur in tegulis: omnia ex Helvenaca^c vite. His adjiciunt^d aliqui, quod vocant diachyton,^e uvis in Sole siccatis, loco clauso per dies septem, in cratibus, totidem pedes a terra alte, noctibus a rore defensis, octavo die calcatis: ita fieri optimi odoris saporisque. Dulci e genere est et melitites. Distat a mulso, quod fit e musto,^f cum quin-



—5 Cod. Dalec. et Vet. ejusdem, *vinum est*. Mox, *aigleuces vocant Gronov. et al. ante Harduin.*—6 *Vocontia* cod. Dalec.—7 Margo edd. Dalec. et Gronov.

NOTE

^y *Aigleucos*] Græcis ἀειγλεῦκος, vinum quod est *semper dulce*, sive mustum, quia fervere prohibetur: nam fervere musta dicuntur, cum in vina transeunt.

^z *E lacu*] Quid lacus sit diximus cap. 7. Habet his aliquid simile Cato cap. 120. pag. 65.

^a *Genus ejus per se*] Genus vini quod natura sua ac sponte, sine ulla propemodum arte, ejusmodi est, quale Græcorum ἀειγλεῦκος. Nunc appellant *le vin doux de Limous*, sive *Blanquette de Limous*: item *le vin muscat d'Azile*. Vide G. du Catel Hist. Langued. lib. 1. pag. 43.

^b *Pediculo intorto*] Hunc morem

a Cretensibus in sua Malvasia hodieque servari tradit Andr. Baccius 1. 8. pag. 12.

^c *Helvenaca*] Sen Helvica, ut dictum est cap. 3.

^d *His adjiciunt*] His vinorum dulcium generibus.

^e *Diachyton*] Διαχυτόν, *diffusum*. Rhodii vini genus, passo quam maxime simile, *ὑποχυτόν* appellatum scribit Timachidas Rhodius apud Athen. lib. 1. pag. 31.

^f *Quod fit e musto*] Hoc est, quoniam fit e musto, vinum scilicet melitites. Diosc. v. 15. Οἶνος μελιτίτης . . . διαφέρει τοῦ οἴνομέλιτος, ὅτι ἐκείνο μὲν ἐξ ἀστρηοῦ οἴνου . . . δ δὲ μελιτίτης

que congiis austeri musti, congio mellis et salis cyatho suffervectis, austerum. Sed inter⁷ hæc genera potuum ponere debeo et protropum: ^g ita appellatur a quibusdam mustum sponte defluens, antequam calcentur uvæ. Hoc protinus diffusum lagenis suis defervere passi, postea in Sole quadraginta diebus torrent æstatis secutæ, ipso Canis ortu.

XII. (X.) Non possunt jure dici vina, quæ Græci deuteria^{1h} appellant, Catoⁱ et nos loram, maceratis aqua vinaceis: ^j sed tamen inter vina operaria numerantur. Tria eorum genera. Decima^k parte aquæ addita, quæ musti expressa sit, et ita nocte² ac die madefactis vinaceis, rursusque prelo subjectis. Alterum, quomodo Græci factitavere, tertia parte ejus quod expressum sit, addita aquæ, expressoque decocto ad tertias partes. Tertium est, sæci-



quod fit ex vetere vino austero, et exiguo melle: melitites vero e quinque, &c. suffervectis. Sed inter, e Diosc.

CAP. XII. 1. Vet. Dalec. deuterias, forma adjectiva.—2 ‘Legendum, Decimæ parti musti quod expressum sit, pari aqua addita, et ita nocte, e Colum. et Diosc.’ Dalec.

NOTÆ

πρὸς ἐχθράς αὐστηροῦ γλεῦκος, μέλιτος χοῖν ἕνα, καὶ ἄλδος καθαῖν ἕνα. *Distat a mulso: Mulsum enim ex austero vino fit. . . . Melitites autem ex musto, cum quinque congiis austeri musti congio mellis et salis cyatho suffervectis: nam verbo ὑπερξείν paulo postea utitur.*

^g Protropum] De quo jam diximus cap. 9.

^h Deuteria] Subintellige vina: δευτερίας οἶνος, vina secundaria. Dioscor. v. 13. Hesychius: Δευτερίας, ὁ μετὰ τὸ ὕδωρ ἐπιχέθῃναι εἰς τὰ στέμφυλα οἶνος.

ⁱ Cato] De Re Rust. cap. 57. pag. 43. ‘Vinum familiæ, ubi vindemia facta erit, loram bibant menses tres.’ Varro quoque de Re Rust. 1. 54. ‘Vocatur lora, quod lota aci-

na, ac pro vino operariis datur hyme.’ Gallis, *Brewage que l’on fait en jettant de l’eau sur le marc de la vendange, après qu’elle a été foulée et pressée.* Sunt qui vocent, *Vin de dépense.* Quod Galli vocant du *Rapé*, etsi id secundarium dici vinum quoque, et lora possit, re tamen ipsa et apparatu, atque etiam facultate a veterum lora discrepat.

^j Vinaceis] Vinacea, le marc, ut diximus cap. 3.

^k Decima] Hic modus a Columella traditur XII. 40. pag. 443. ‘Lora optima quomodo fiat. Quantum vini uno die feceris, ejus partem decimam quot metretas efficiat considerato, et totidem metretas aquæ dulcis in vinacea addito.’ Sic etiam Diosc. v. 13.

bus vini expressum, quod fœcatum Cato appellat.¹ Nulli ex his^m plus, quam anno, usus.

XIII. (XI.) Verum inter hæc subit mentem, cum sint genera nobilia, quæ proprie vini¹ intelligi possint, LXXX. fere in toto orbe, duas partesⁿ ex hoc numero Italiæ esse, longe propterea ante cunctas terras.² Et hinc deinde altius cura serpit, non a primordio hanc gratiam fuisse: auctoritatem post sexcentimum Urbis annum cœpisse.

XIV. (XII.) Romulum lacte,^a non vino, libasse, indicio sunt sacra ab eo instituta, quæ hodie custodiunt morem. Numæ regis Postumia¹ lex^b est: ‘Vino rogum^c ne respergito.’ Quod sanxisse illum propter inopiam rei nemo



CAP. XIII. 1 Cod. Dalec. *vina*.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *longe præterea ante*, &c. Gronov. et al. *præstantiora, quam cunctis terris alii ap. Dalec. longe prætereuntis cunctas terras al. ibid.*

CAP. XIV. 1 Posthumi Chiff. et Parm. Mox, in codd. Regg. Brot. 1. 2.

NOTÆ

¹ *Cato appellat]* De Re Rust. cap. 153. p. 82. ‘Vinum fœcatum sic facito. Fiscinas olearias Campanicas illæ rei habeto: eas fœcis impleto, sub prelumque subdito, exprimitoque.’

^m *Nulli ex his]* Post annum, inquit, vina hæc exolescunt. Diosc. loc. cit. *Χρῶ δὲ αὐτῶ ἐντὸς ἐνιαυτοῦ ταχέως γὰρ ἐξίτηλος γίνεται.*

ⁿ *Duas partes]* Hoc est, bessem, *les deux tiers.*

^a *Romulum lacte]* Paulus ex Festo: ‘Sobrium vicum Romæ dictum putant, vel quod in eo taberna nulla fuerit, vel quod in eo Mercurio lacte, non vino, supplicabatur.’ Ante Romulum tamen Latinos vino libasse docet ejusdem Festi fragmentum: ‘Rustica vinalia appellantur, mense Augusto quartodecimo Kal. Septemb. Jovis dies festus, quia Latini bellum gerentes adversus Mezentium, omnis vini libationem ei Deo dedicaverunt,’ &c.

^b *Postumia lex]* A Postumio judice lata, Numa præeunte. Delicias facit Scaliger, qui hoc Catulli versu, ‘Inger mi calices amariore, Ut lex Postumia jubet magistræ,’ legis hujus a Numa Pompilio latæ fieri mentionem putet: cum ibi Postumia mulier bibacissima fuerit, cujus hortatu et Catullus ipse potare se largiter velle significat.

^c *Vino rogum]* Fuit ea tamen consuetudo veterum, ut rogum reliquiasque vino respergerent. Vide Homerum Iliad. Ψ. in funere Patrocli: quem secutus Maro Æneid. vi. 226. ‘Postquam collapsi cineres, et flamma quievit, Reliquias vino ac bibulam lavere favillam.’ Decemviri anno U. C. trecentesimo tertio, lege XII. Tabularum, non omnem vini, sed murati tantum, respersionem vetuere: ‘Murata potio mortuo ne inditor.’ Quam Cicero lib. II. Legg. explanans uberius, pro murata potione, ‘sumtuosam respersionem’ dixit.

dubitet. Eadem lege, ex imputata^d vite libari vina Diis, nefas statuit, ratione excogitata, ut putare cogerentur, alias aratores, et pigri circa pericula arborum.^e M. Varro auctor est, Mezentium Etruriæ regem auxilium Rutulis contra Latinos tulisse vini mercede, quod tum in Latino agro fuisset.

(XIII.) Non licebat^f id fœminis Romæ bibere. Invenimus inter exempla, Egnatii Meceni² uxorem, quod vinum bibisset, e dolio, interfectam fusti³ a marito, eumque cædis a Romulo absolutum. Fabius Pictor^h in Annalibus suis scripsit, ‘matronam, quod loculos, in quibus erant claves vinariæ cellæ, resignavisset, a suis inedia mori coactam.’ Cato, ‘ideo propinquosⁱ fœminis osculum dare, ut scirent an temetum olerent.’ Hoc tum nomen vino erat: unde et temulentia^j appellata. Cn. Domitius iudex pronuntiavit, mulierem videri plus bibisse,⁴ quam valetudinis causa, viro insciente, et dote mulctavit. Diuque ejus rei magna parsi-

^a Cum alioqui de aranda solum tellure cogitarent, et circa pericula vitis arborum pigri forent.



et Editione principe, *ne respargito*, quod antiquius putat Brotier.—2 *Metelli* Val. Max. vi. 3. 9. Gell. vi. 23. Sigonius de Jure Ant. Rom. i. 9. *Metenni* Chiff. *Metenni* Perizon. ad Ælian. V. Hist. ii. 38.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *fuste* Gronov. et al. vett.—4 Gro-

NOTÆ

^d *Imputata*] Nondum putata.

^e *Arborum*] Vitium arboribus applicitarum.

^f *Non licebat*] Gellius x. 23. p. 556. ‘Mulieres Romæ,’ inquit, ‘atque in Latio, bibere solitas ferunt loram, passum, murrhinam, et quæ id genus sapiant, potu dulcia.’ Vide et Valer. Max. ii. 1. p. 81. Polyb. apud Athen. lib. x. p. 429. et Dionys. Halic. lib. ii. p. 96. Addit Ælianus Var. Hist. ii. 38. nec licuisse cuiquam nobilium a pube ad annum xxxv. vinum bibere.

^g *Egnatii Meceni*] Vide Notas et Emend. num. 16.

^h *Fabius Pictor*] De eo in Auctorum Indice. Habet hæc quoque Tertull. in Apolog. cap. 6.

ⁱ *Ideo propinquos*] Gellius, loc. cit. ‘Institutum est, ut cognatis osculum ferrent, deprehendendi causa, ut odor indicium faceret, si bibissent.’

^j *Temulentia*] Nonius cap. 1. n. 14. p. 486. ‘Temulenta dicta est ebriosa, dicta a temeto, quod est vinum, quod attentet mentem. M. Tull. de Repub. lib. iv. Ita magnam habet vim disciplina verecundiæ: carent temeto omnes mulieres.’

monia fuit. L. Papius^{s k} imperator adversus Samnites dimicaturus votum fecit, si vicisset, Jovi pocillum vini. Denique inter dona sextarios lactis datos invenimus, nusquam vini. Idem Cato, cum in Hispaniam navigaret, unde cum triumpho^l rediit, ‘Non aliud,’^m inquit, ‘vinum bibi,^o quam remiges:’ in tantum dissimilis istis, qui etiam convivis alia,ⁿ quam sibimetipsis, ministrant, aut procedente^o mensa subjiunt.



nov. plus vini bibisse.—5 L. Papyrius Gronov.—6 Nec alium vinum bibit cod. Dalec.

CAP. XV. 1 Cod. Dalec. *murino odore*; codd. vett. ap. Salmas. *miro odore*; Hermolaus, *myri odore*.—2 Ita Chiff. edd. Harduin. et recentt. et sic conj. Dalec. *aromaticis* Vet. Dalec. *aromatice* Gronov. et edd. vett.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *Dorsenus* Gronov. et edd.

NOTE

^k L. Papius] Furcarum Caudinarum infamiam, quando deditionem Samnitibus fecit Romanus exercitus, et sub jugum missus est cum utroque Consule, anno U. C. ccccxxxiii. sequente anno majori Samnitium clade, ac pari ignominia, rependit Papius Imperator, quem Livius lib. ix. Alexandro Magno, si in Italiam, ut erat fama, venisset, parem ait esse potuisse.

^l Unde cum triumpho] Quem Livius describit lib. xxxiv. pag. 417. Florus II. 17. pag. 90. ‘Cato ille Censorius, Celtiberos, id est, robur Hispaniæ, aliquot præliis fregit.’

^m Non aliud] Frontinus Strateg. IV. 3. ‘M. Catonem vino eodem quo remiges contentum esse traditur.’ Festus in Fragm. p. 18. ‘Cato in ea quam scripsit, cum in Hispaniam proficisceretur, ait: Navitiæ quod secum portaverant vinum atque oleum, usus tantum eo sum.’

ⁿ Qui etiam convivis alia] Nihil festivius in eam rem dici, aut elegantius, potest, quam quod de hominis sordidi simul et sumtuosi, quod deinde de suo more Plinius alter prodidit II. 2. ‘A-

liud sibi’ vinum ‘et nobis,’ inquit, ‘aliud minoribus amicis, (nam gradatim amicos habet,) aliud suis nostrisque libertis. Animadvertit qui mihi proximus recumbebat, et an probarem interrogavit: negavi. Tu ergo, inquit, quam consuetudinem sequeris? Eadem omnibus pono: ad cœnam enim, non ad notam invito: cunctisque rebus exæquo, quos mensa et toro æquavi. Etiamne libertos? etiam: convictos enim tunc, non libertos puto. Et ille, Magno tibi constat: Minime. Qui fieri potest? Quia scilicet liberti mei non idem quod ego bibunt, sed idem ego quod liberti. Et hercule, si gulæ temperes, non est onerosum, quo utaris ipse, communicare cum pluribus. Illa ergo reprimenda, illa quasi in ordinem redigenda est, si sumtibus parcas, quibus aliquanto rectius tua continentia, quam aliena contumelia consulas.’ Spectat huc et elegans Martialis epigramma 60. libri tertii: ‘Cum vocer ad cœnam, non jam venalis, ut ante, Cur mihi non eadem, quæ tibi, cœna datur?’ &c.

^o Aut procedente] Aut si semel con-


XV. Lautissima apud priscos vina erant myrrhæ odore^r condita, ut apparet in Plauti fabula,^q quæ Persa inscribitur, quanquam, in ea, et calamum^r addi jubet. Ideo quidam aromatite^{2 s} delectatos maxime credunt. Sed Fabius Dossennus^{3 t} his versibus decernit:

Mittebam vinum pulchrum, murrhinam.

Et in Acharistione:^u

Panem et polentam, vinum murrhinam.

Scævola^v quoque, et Ælium, et Ateium⁴ Capitonem in eadem sententia fuisse video, quoniam in Pseudolo^w sit:



rett.—⁴ Ita bene Cl. Rezzonicus; et sic in Indice. Est Q. Ælius Tubero,

NOTE

vivis eadem ac sibimetipsis ministrare vina, procedente mensa alia iisdem, ac deteriora, subjiciunt.

^p *Myrrhæ odore*] Vide Notas et Emend. num. 17.

^q *Plauti fabula*] Aut diversam esse necesse est ab ea quæ hodieque extat eo nomine, aut versus eos excidisse quos Plinius noster allegat. Nam qui in ea fabula extant, quæ Persa inscribitur, r. 3. 5. quos Salmasius affert pag. 709. in Solin. 'Commisce mulsum, struthæa, coluthæaque appara, Bene ut in scutris concaleant, et calamum injice:' in iis nec vini genus describitur, sed mulsi: nec myrrhæ ibi ulla mentio.

^r *Et calamum*] Aromaticum scilicet, de quo XII. 49.

^s *Aromatite*] Vino nimirum, quod e myrrhæ calamoque factitatum dicitur cap. 19. Sic Mss. Reg. &c. Prius *aromatice* perperam legebatur.

^t *Dossennus*] De eo in Auctorum Indice.

^u *Acharistione*] Hanc fabulam Plauto Nonius adjudicat cap. 2. verbo 'Panperavit.'

^v *Scævola*] De his in Auctorum

Indice.—'Ex Cornelia gente fuit Lælia, quæ nomen dedit Læliano Augusto: cujus nomine nummus inscriptus est in Thesouro Regio: IMP. C. VLP. COR. LÆLIANVS. Alii, IMP. C. LÆLIANVS. P. F. AVG. Quem vero Plinius Lælium vocat, is est fortassis, cujus est nummus argenteus in Gaza Regia, et apud Patin. in Fam. p. 288. n. 7. Caput Romæ victricis galeatum et laureatum exhibet: supra, ROMA: retro, P. LÆ. CA. Imperator paludatus stans dextram imponit capiti Senatoris togati, astante ad sinistram Imperatoris lictore, cum virga: infra, PROVOCO. Hic Læcam nescio quem pingi multi imprudenter scripsere, et de provocatione agi populo Rom. data. Atqui sententia hæc ibi sub istis literis latet: P. LÆlius CATO PRÆTOR omnium votis ordinum constitutus: id quod ipsa nummi pictura docet. In alio apud Gorklæum, et in Museo nostro, et apud Patinum, n. 3. est tantum LÆCA, sine prænomine P. sed divisa litera A ab E, magis recepto more, sensu eodem: LÆlius CATO. In aversa parte, M. Porcius curru quadrijugo vehitur, supervolitante Victoria, et coronam porri-

Quod si opus siet,⁵ ut dulce promat indidem, ecquid habet?

CHAR. Rogas?

Murrhinam,^x passum, defrutum, mella⁶ . . .

Quibus apparet non inter vina modo murrhinam, sed inter dulcia quoque nominatum.

XVI. (XIV.) Apothecas^a fuisse, et diffundi^b solita vina anno DCXXXIII.^c Urbis, apparet indubitato^{1d} Opimiani vini argumento, jam intelligente suum bonum Italia. Non-dum tamen ista genera in claritate erant. Itaque omnia tunc genita unum habent consulis nomen. Sic quoque postea diu transmarina in auctoritate fuerunt, et ad avos usque nostros: quin et Falerno jam reperto, sicut apparet ex illo Comici versu,²

//////////

qui multa de jure publico et privato scripsit.' Brotier.—5 Gronov. et al. ante Harduin. *opus est.*—6 Margo ed. Dalec. *mellinam.* Hadr. Jun. ix. 5. *Defrutum, mellinam, mel quojusmodi, Sambucus, mellinam τὸ ὑδρόμελι, Ms.*

CAP. XVI. 1 Cod. Dalec. *in consulatu.*—2 Ita ex codd. Harduin. et

NOTÆ

gente. Sub quadrigis M. PORC. In-fra, ROMA. Docet hic nummus P. Lælium Catonem fuisse paterno genere Lælium, materno Catonem, ex gente Porcia. Unde M. Porcii victoriam in altera nummi parte jussit inscribi.' *Ed. sec.*

^w *In Pseudolo*] Quæ Plauti fabula est. Extat hic locus II. 4. 51.

^x *Murrhinam*] Veterum itaque murrhinam vini genus aut passi, myrrhæ odore conditi, atque adeo aromati-ten, Plinius noster putat, certos auc-tores secutus, quos Varro laudat apud Nonium cap. 17. n. 11. 'Loram dice-bant in vindemia, cum expressissent acinis mustum, et folliculos in dolium conjecissent. Varro, de Vita Pop. Rom. lib. 1. Antiquæ mulieres majo-res natu bibebant loram, aut sapam, aut defrutum, aut passum, quam mur-rhinam Plautum quidam appellare putant.' Sane Gloss. Gr. Lat. *Muri-*

nam ἀρωματεῖον interpretatur. E myr-rha vinum fieri indicasse se hoc loco Plinius inferius admonet cap. 19.

^a *Apothecas*] Ἀποθήκη Græcis, Co-lumellæ I. 8. cella vinaria. 'Plenam antiquis apothecam cadis' apud Phæ-drum legimus, lib. IV.

^b *Et diffundi*] Hoc est, recondi in doliis. Vinum diffunditur, quod e lacu in amphoras et cados apotheca-rum ad asservandum funditur. Ho-rat. I. Ep. 5. 4. 'Vina bibes iterum Tauro diffusa.' Et Juvenal. Sat. V. 'Ipse Capillato diffusum Consule po-tat.' Et Sat. XI. 'Hic tibi vina da-bit diffusa in montibus illis.' Adde his et Columellam XII. 28.

^c *Anno DCXXXIII.*] Ita Mss. omnes, Reg. Colb. &c. et recte, uti monuimus cap. 6. ubi de Opimii Con-sulatu.

^d *Indubitato*] Ita Reg. 2. Colb. 1. 2. Th. &c.

Quinque Thasi vini depromam, bina Falerni.^{3 c}

P. Licinius Crassus, et L. Julius Cæsar⁴ censores anno Urbis conditæ DLXV.^{5 f} edixerunt, ‘ne quis vinum Græcum Amineumque octonis æris^g singula quadrantalia^h venderet.’ Hæc enim verba sunt. Tanta vero vino Græco gratia erat, ut singulæ potiones in convictu darentur.

XVII. Quibus vinis auctoritas fuerit sua in mensa, M. Varro his verbis tradit: ‘L. Lucullus puer apud patrem nunquam lautum convivium vidit, in quo plus semel Græcum vinum daretur. Ipse, cum rediit ex Asia, millia cadumⁱ in congiarium^{1 j} divisit amplius centum. C. Sentius,² quem prætorem vidimus, Chium vinum domum³ suam illatum dicebat tum primum, cum sibi cardiaco^k medicus

//////////

recentt. *Comico versu Gronov. et vulgg. versu Anaxipolis Thasii Vet. Dalec.* —3 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. *Quinque Thasii vina inde depromam, Falerni bina Gronov. et al. ante Harduin. Quinque Thasii, &c. cod. Dalec.* —4 Cod. Dalec. et L. Cæsar. —5 ‘P. Licinius Crassus et L. Julium Cæsarem anno U. C. DLXV. fuisse censores vidimus jam supra XIII. 5. Perperam ergo in hoc loco Mss. et Editio princeps aliæque habent, DCLXV. Ipsa vini vilitas argumentum est erroris.’ Brotier. DCLXV. codd. Harduini, Dalec. et Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. DCLXXV. edd. vett. et Gronov. Mox, *vini Græci Amineique plus octonis, vel, pluris quam octonis, Dalec.*

CAP. XVII. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. *millia cadum congiariorum Gronov. et al. ‘Lego, congiario.’ Dalec.* —2 ‘Crediderim prænomen C. redundare. In codd. et Editione princepe, *amplius C. Sentius.*’ Brotier. —3 Ita Tolet. cum edd. Harduin. et recentt.

NOTÆ

^c *Quinque Thasi*] Hoc est, Thasii, vini e Thaso insula advecti. Vide Notas et Emend. num. 18.

^{DLXV. [DCLXV.]} Ita Mss. Reg. Colb. Th. Chiffli. Quo anno Fasti Consulares hos ipsos Censores aiunt lustrum non fecisse: belli Marsici anno secundo. Hos censores, ipsumque Urbis annum DCLXV. jam supra notavimus XIII. 5.—‘Legendum haud dubie, DLXV.’ Ed. sec.

^g *Octonis æris*] Hoc est, octonis assibus, Romano ac veteri more: quorum deni octonis assibus monetæ Gallicæ æstimatione nostra permu-

tantur: octoni fere senis. Vide quæ dicturi sumus xv. 1. et XVIII. 4. de hac vilitate omnis annonæ.

^h *Quadrantalia*] Quid quadrantal, seu amphora sit diximus, cap. 5.

ⁱ *Millia cadum*] Cadus est vasis vinarii genus decem congios, vel, ut aliis placet, duodenas capiens: ut amphora tantum octonos.


^j *In congiarium*] Congiarium munus erat quo populus donabatur, ut milites donativo. Sueton. in Augusto, cap. 41. ‘Congiaria frequenter populo dedit,’ &c.

^k *Sibi cardiaco*] Cardiacus est, qui

dedisset. Hortensius super decem millia cadum hæredi reliquit.' Hactenus Varro.

(XV.) Quid? non et Cæsar dictator triumphi sui cœna vini Falerni amphoras, Chii cados in convivium⁴ distribuit? Idem Hispaniensi triumpho Chium et Falernum dedit. Epulo vero^m in tertio consulatu suo Falernum, Chium, Lesbium, Mamertinum: quo primum tempore quatuor genera vini apposita constat. Postea ergo alia omniaⁿ in nobilitatem venerunt, circiter septingentesimum Urbis annum.⁵

XVIII. (XVI.) Itaque non miror^r innumerabilia pæne genera fictitii reperta multis ante sæculis, quæ nunc dicemus, omnia ad medicinæ usum pertinentia. Omphacium quo modo fieret, propter unguenta, diximus priore libro.²^o Fit e labrusca,^p hoc est, vite sylvestri, quod vocatur cœnauthinum. Flores ejus libris duabus in musti cado macerati³ post XXX. dies mutantur. Præter hoc radix labruscæ



vinum in domum Gronov. et al. ante Harduin.—4 Dalec. *convivas*.—5 Cod. Dalec. et circiter septingentesimo Urbis anno.

CAP. XVIII. 1 Cod. Dalec. et Vet. ejusdem, *minora*.—2 Dalec. *superiori-*

NOTÆ

cardiaco morbo tentatur: quo de genere morbi dicemus in libris de Medicina. Horat. II. Sat. 3. 'Non est cardiacus,' &c.

¹ *In convivium*] Hoc est, in singula convivium singulos cados. Convivia Plinius hic vocat certum numerum conviviarum una discumbentium.

^m *Epulo vero*] Cum esset Epulo. Epulones dicebantur ii, quibus potestas esset Jovi Opt. Max. ceterisque Diis epulas indicendi. Hi primum terni fuere, mox et septeni. Cic. de Orat. III. 70. 'Pontifices veteres propter sacrificiorum multitudinem tres viros Epulones esse voluerunt: cum essent ipsi a Numa, ut etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti. Postea

auctus est numerus, et septem creati cœpti.' Hinc apud Plinium Junio-rem II. 11. 'Septemvir Epulonum.' Hujus sacerdotii expressa memoria in denario gentis Cæliæ, cum effigie Septemviri in Jovis epulo lectum eidem Deo pro more sternentis, cum epigraphe, L. CALDVS. VII. VIR. EPVL. 'Lucius Calvus Septem-Vir Epulonum.'

ⁿ *Postea . . . alia omnia*] Alia vinorum genera claritatem acceperunt.

^o *Priore libro*] Priore scilicet ex iis in quibus arbores tractantur, hoc est, XII. 61.

^p *Fit e labrusca*] Hæc iisdem verbis Diosc. V. 33. 'Ὁ δὲ οἰνάνθινος σκευάζεται οὕτω λαβὼν τῆς ἀγρίας ἀμπέλου, κ. τ. λ.'

et acini coria perficiunt. Ii, paulo postquam defloruere,⁴ singulare remedium habent ad refrigerandos in morbis corporum ardores, gelidissima, ut ferunt, natura. Pars eorum æstu moritur, priusquam reliqui,⁵ qui solstitiales⁹ dicuntur. Universi nunquam maturescunt: et si prius, quam tota marcescat uva,^r incocta⁶ detur cibo gallinaceo generi, fastidium gignit uvas appetendi.

XIX. Fictitiorum^{1 a} primum fit ex ipso vino, quod vocant adynamon,^b hoc modo: albi musti sextarii² xx.^c aquæ dimidium, fervet donec excoquatur aquæ mensura.^d Alii marinæ^e sextarios decem, tantundem pluvix, in Sole³ quadraginta diebus torrent. Dant ægris, quibus vini noxiam timent.

Proximum fit e milii semine^f maturo, cum ipsa stipula,



bus libris.—3 Cod. Dalec. *maceratis.*—4 Chiffi. *postquam defluere.*—5 Dalec. *perstant reliqui.* Mox, Chiffi. *dicuntur universi.* Nunquam, &c.—6 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *priusquam tota uva marcescat incocta Tolet. inarescat* margo edd. Dalec. et Gronov. *et si prius quam tota maturescat, uva incocta* Gronov. et al. vett.

CAP. XIX. 1 *Factitiorum* Gronov.—2 Dalec. *sextariis.* Mox, pro *dimidium*, margo edd. Dalec. et Gronov. *tantundem.*—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *pluvia, mellis, musti, miscent, decapulant, et in sole,* e Diosc. lib. v.—

NOTE

⁹ *Qui solstitiales*] Iidem et caniculati appellati a Marcello Empirico c. 14. quoniam ardores caniculæ durant, aut iisdem torrentur, non quia canam lanuginem habeant, ut visum est nonnemini.

^r *Marcescat uva*] Ita Reg. Colb. Chiffi.

^a *Fictitiorum*] Ita Mss. Reg. &c. tum hoc loco, tum in Indice. Sic XXIII. 26. 'Inter vini genera quæ fingi possunt,' &c. Alii *factitiorum* hic legunt, Mss. omnibus invitis.

^b *Adynamon*] Ἀδύναμος οἶνος, Diosc. v. 13. hoc est, vinum impotens, imbecille: in quo parando musti ille et aquæ pares recipit portiones: cum a Plinio dupla exigatur musti ad aquam

mensura.

^c *Sextarii XX.*] De sextario dixi cap. 5.

^d *Aquæ mensura*] Hoc est, donec excoquatur aqua, ἄχρις ἂν ἐξαναλωθῆ τὸ ὕδωρ, Diosc. loc. cit.

^e *Alii marinæ*] Diosc. loc. cit.

^f *E milii semine*] Quo plane modo confici vinum e milii semine Plinius noster præcipit, eodem plane Diosc. vinum e Vettonica, quam κέστρον Græci vocant: prorsus ut κέγχρον legisse Plinius in iisdem fontibus Græcis, in quibus κέστρον Dioscorides, existimari possit. Vidit hoc ante nos Budæus de Asse lib. v. fol. 155. et Budæum secutus P. Ciaconius de Ponderibus, p. 70.

libram et quadrantem⁴ in congios duos musti, macerato, et post septimum mensem transfuso. Ex loto arbore, frutice, herba, dictum est⁵ uti quæque fierent.

Fiunt et e pomis^h quæ dicemus, interpretationibus non nisi necessariis additis: primumque e palmis,ⁱ quo Parthi et Indi utuntur, et Oriens totus: maturarum,^{5 j} quas vocant chydæas, modio in aquæ congiis tribus macerato, expressoque.⁶ Sic fit et sycites^k e fico, quem alii palmiprimum,^l alii catorchiten vocant. Aut si dulce esse non libeat, præ aqua^m tantundem vinaceorum adjicitur. E Cypria ficoⁿ et acetum præcellens,⁷ atque Alexandrina quoque melius. Vinum fit⁸ et e siliqua^o Syriaca, et e pyris,^p malorumque

4 Quidam ap. Dalec. ad libram, &c. Alii ibid. libra et quadrante. Mox, Dalec. et vino post septimum, &c.—5 Vet. Dalec. mitiorum.—6 'Lego, expressoque: aut si ita dulce esse non libeat, congiis quinque. Fit et sycites e fico (carica Diosc.) in Cypro, ut palmeum aliqui catorchiten vocant, sed pro aqua tantundem humoris adjiciunt, in quo recenter pressa vinacea maduerint. Fit et liquor is acetum præcellens, &c. Sic locus hic e Diosc. restituendum.' Dalec. Cliff. habet, alii parnu primum alii trocin.—7 Gronov. et al. ante Harduin. et acetum fit præcellens.—8 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Bipont. melius vinum fit Har-

NOTÆ

⁵ Dictum est] Lib. XIII. c. 32.

^h Fiunt et e pomis] Pomum hic nomen est commune fructuum omnium, qui esui apti proveniunt: unde et nuces pomorum quandoque genere scriptores vetusti comprehendunt.

ⁱ E palmis] Ut dictum est XIII. 9.

^j Maturarum] Sic Diosc. v. 40. ubi de palmei vini confectione: Φοινικίτης οἴνος. Λαβὼν φοίνικας τὰς χυδαίους πεπέλους, κ. τ. λ. Quid chydææ palmulæ vox sonet diximus XIII. 9. In Mss. mitearum, forte pro mitiorum. Aliud porro longe vinum Palmatianum est, de quo Cassiod. XII. 12. 'Quod ita redolebat ore ructatum, ut merito illi a palma nomen videretur impositum.' Sed e vite succus is fuit, nomen ab odore, qui palmæ fructuum similis foret.

^k Et sycites] Hoc est, eodem modo concinnatur, quo palmeum, id vini

genus quod ficatum a fico, unde exprimitur, appellarunt. Diosc. v. 41. Καὶ ὁ κατορχίτης δὲ, ὃν ἔνιοι συκίτην καλοῦσιν, ἐν Κύπρῳ σκευάζεται ὁμοίως τῷ φοινικίτη, κ. τ. λ.

^l Palmiprimum] Quasi palmeo bonitate proximum. Tamen in Mss. parnu primum. 'Quem' Plinius noster cum dixit, Græce οἴνον subintellexit.

^m Pro aqua] Diosc. loc. cit.


ⁿ E Cypria fico] De qua dictum est XIII. 15. Ægyptiæ illa sive Alexandrinæ similis, quæ et sycomoros appellata, ut diximus eodem lib. c. 14. Diosc. his concinit v. 42. cum e sycomoros fieri vinum ait, sed quod in acetum acre degeneret. Aceti ficulnei parandi modum Columella tradit XII. 17.

^o Et e siliqua] De qua XIII. 16.

^p Et e pyris] Qui ἀπίτης οἴνος Diosc. v. 32.

omnibus generibus. Sed e Punicis, quod rhoiten^q vocant: et e cornis, mespilis, sorbis, moris siccis,^r nucleis pineis.^s Hi musto madidi exprimuntur: superiora^t per se mitia. Myrtiten Cato quemadmodum fieri docuerit, mox paulo⁹ u indicabimus. Græci vero^v et alio modo. Ramis teneris cum suis foliis in albo musto decoctis, tuis, libram in tribus musti congiis deferrefaciunt,¹⁰ donec duo supersint. Quod ita^w sylvestris myrti baccis factum est, myrtidanum vocatur:¹¹ hoc manus tingit.

Ex his quæ in hortis gignuntur fit vinum e radice, asparago,^x cunila, origano, apii semine, abrotono, mentastro, ruta, nepeta, serpyllo, marrubio. Manipulos binos condunt¹² in cadum musti, et sapæ¹³ sextarium, et aquæ



duin. 2. 3. Miller. et Franz.—9 Cod. Dalec. quemadmodum fecerit, hoc paulo.—10 Gronov. deferere faciunt.—11 Ita eodd. Harduin. et Chiff. cum edd. recentt. vocant Dalec. Gronov. et al. vett.—12 Ita eodd. Harduini et Chiff. cum edd. recentt. tundunt Gronov. et al. ante Harduinum.—13 Ita Dalec.

NOTÆ

^q Quod rhoiten] Diosc. v. 34. 'Ο ποίτης δὲ οἶνος, κ. τ. λ. Vide et Pallad. l. iv. in Mart. tit. 10. p. 94. 'Ροὰ Græcis malum Punicum est.

^r Moris siccis] Quod moratum, ut remur, sequior ætas appellavit. Capitulare de Villis cap. 34. ' Vinum, acetum, moratum, vinum coctum,' &c.

^s Nucleis pineis] Nuclei pineæ nucis, Gallis, des pignons, les noix des pommes de pin. Vini ex iis parandi modum edocet Diosc. v. 44. apud quem στροβιλίτης οἶνος, a strobilis, hoc est, a nucleis pineis appellatur.

^t Superiora] Corna, mespila, sorba, mora, per se sine musto addito exprimuntur, cum mitia seu matura sunt.

^u Mox paulo] Lib. xv. c. 37.

^v Græci vero] A quibus hæc quoque Diosc. totidem verbis, v. 37. e nigræ myrti ramulis teneris, baccisque. Μυρσινίτης σκευάζεται οὔτω, κ. τ. λ.


Vide etiam Palladium l. iii. in Febr. tit. 31.

^w Quod ita] Quod arte simili paratur ex sylvestris myrti baccis, (des baies de myrte sauvage,) myrtidanum vocatur. Alia est apud Diosc. i. 156. vocis hujusce acceptio, μυρτιδανον: alia apud scriptores alios, quos laudaturi sumus xv. 35. Plinio Palladius concinit de sylvestris myrti vino l. xi. in Octob. p. 155.

^x Asparago] Quæ sint harum herbarum nomina suis quæque locis dicemus, ubi de hortensibus agetur lib. xix. et seqq. Ex his vinorum generibus hæc a Dioscoride recensentur: Thymbrites, quod e thymbra fit, seu cunila, v. 60. Origanites, quod ex origano, c. 61. Selinites, quod ex apii semine, c. 74. Abrotonites, quod ex abrotono, c. 62. Calaminthites, quod ex calamintha, sive, ut Plinius transulit, mentastro, c. 62. Prasites denique, e marrubio, c. 58.

marinæ heminam. E napis¹⁴ fit,^z duum denariorum^a pondere in sextarios binos¹⁵ musti addito: item e scillæ^b radice. Inter flores ex rosæ foliis tuis in linteolo in mustum collatis,¹⁶ c cum pondusculo, ut sidat,^d XL. pondere^e denariorum in sextarios videnos musti, nec ante tres menses vase aperto. Item e nardo^f Gallico, et aliud e sylvestri.

Aromatiten^g quoque invenio factitatum tantum non unguentorum compositione, primo e myrrha, ut diximus,^h mox et nardoⁱ Celtico, calamo, aspalatho, offis^j in mustum aut dulce vinum dejectis.¹⁷ Alii de calamo,^k junco, costo,



Harduin. et recentt. et sæpe Gronov. et edd. vett.—14 *Et bunio* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—15 Ita codd. Regg. Brot. 1. 2. et Editio princeps; *XL. denariorum pondere in sextarios binos* Gronov. et al. vett. *duum denariorum pondere sextarios* Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—16 Gronov. et al. vett. *colatis*. Mox, ut *sidant* quædam vett. ap. Dalec.—17 Ita Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *dejectis* Chiffli. *desectis* Gronov. et al. vett. Mox, *Aliud e calamo*

NOTÆ

^y *Et sapæ*] Ita Reg. 1. cod. et Paris. Editi perperam, et sæpe *sextarium*.

^z *E napis fit*] Dioscoridi v. 56. *βουβύρης οἶνος*. Est enim bunion, uti cum Plinio dicemus xx. 11. naporum genus.

^a *Duum denariorum*] Vide Notas et Emend. num. 19.

^b *Item e scillæ*] Vinum scillites quemadmodum confici oporteat, docet Columella xii. 33. p. 438.

^c *In mustum collatis*] Sic Reg. 2. Colb. &c. vel ut vetustiore forma Reg. 1. *conlatis*. Longe enim a Pliniano stylo vox *chalatis*, quam Gronovius lib. de Sest. p. 193. hic nobis obtrudit. Id Latine Plinius noster expressit, quod Græce Diosc. v. 35. *ῥοδῖνης οἶνος. Κάθες εἰς γλεῦκος ξέστας ἦ. Vinum rhodites. Confer in mustum sextarios octo.*

^d *Ut sidat*] Intra linteolum, inquit Diosc. lapilli simul immittuntur, ut degravatus pondusculo fasciculus sidat, petatque fundum.

Delph. et Var. Clas.

^e *XL. pondere*] Ita Mss. omnes: etsi de pondere a Plinio dissidet Dioscorides loc. cit. multo vero etiam magis Palladius in Maio, tit. 13. de rosa.

^f *Item e nardo*] De utraque nardo diximus xii. 26. Hæc Diosc. pariter v. 67. et 69.

^g *Aromatiten*] *Ἄρωματῖτης οἶνος*, cuius parandi modos multiplices tradit Diosc. v. 64. et 65.

^h *Ut diximus*] Cap. 15. De vino e myrrha, Diosc. v. 65. Myrrhatum id fortean vinum fuerit, *οἶνος ἐσμουρισμένος*, quod morituro Domino propinavunt, ut Sacri Codices referunt. Hæc certe est, quæ apud Festum 'murrata potio' nuncupatur.

ⁱ *Mox et nardo*] Aliud aromatitæ vini genus, de quo Diosc. v. 64.

^j *Offis*] Ex contritis herbis proxime nominatis factas grandiores offas in mustum austerum *dejecto*, *βάλε*, inquit Diosc. loc. cit.


^k *Alii de calamo*] Alii, inquit, aliter

Plinius.

7 M

nardo Syriaco, amomo, casia, cinnamomo, croco, palma, asaro, similiter et offa.^{18 1} Apud alios nardi et malobathri selibris in musti congios duos^m additis: qualia nunc quoque fiunt pipere et melle addito, quæ alii condita, alii piperata appellant. Invenitur et nectaritesⁿ ex herba, quam alii helenion,¹⁹ alii medicam, alii symphyton, alii Idæam et Orestion, alii nectaream vocant, radice ponderis XL.^o denariorum in sextarios²⁰ sex musti addita, similiter in linteo.^p

Ex ceteris herbis,^q fit absinthites in XL. sextariis²¹ musti, absinthii Pontici libra decocta ad tertias partes, vel scopis absinthii^r in vinum additis. Similiter hyssopites^s e



Gronov. et al. ante Harduin.—18 Dalec. *similibus et offis*.—19 Chiff. *melion*.—20 Cod. Dalec. *ponderis XL. in sextarios*. Margo edd. Dalec. et Gronov. *poculo quinque drachmarum in congios sex*, e Diosc.—21 Ita codd. Regg. Brot. 1. 2. Dalec. et Chiff. *in XL. sextarios* edd. ante Brotier. *in XLVIII. sextariis musti, absynthii Pontici libra decoctis ad tertias partes* Bu-

NOTÆ

id vinum concinnant. Diosc. loc. cit. *Σκενάζεται δὲ καὶ ἄλλως. Καλάμου ὀκτὰς ἡ', κ. τ. λ.* Ita Mss. Reg. Colb. &c. Prius, aliud e calamo.

¹ *Similiter et offa*] Hoc est, dejecta, ut prius, offa in mustum.

^m *Congios duos*] Congium sex sextarios capere, auctor est Festus, verbo 'Publica pondera.' De sextario dixi c. 6. Et hunc vini parandi modum Diosc. expedit v. 67.

ⁿ *Nectarites*] Totidem verbis hæc Diosc. v. 66. 'Ὁ δὲ νεκταρίτης σκενάζεται ἐκ τοῦ ἑλενίου, δ' Ἐνιοι Μηδικὴν, οἱ δὲ σύμφυτον, οἱ δὲ Ἰδαίων φλόμον, (hoc est, *Idæum verbascum*), οἱ δὲ ὀρέστιον, οἱ δὲ νεκτάριον καλοῦσι. Hoc illud Helenium est, de quo dicturi sumus XXI. 91.

^o *Radice ponderis XL.*] Ita Mss. omnes, dissidente, ut prius, scriptore nostro a Dioscoride, in ratione ponderum mensurarumque assignanda.

Nec tamen Georg. Agricola audio, aliosque eum secutos, Salsasium, Gronoviumque, qui V. denariorum, et sextarios XXXVI. reponunt: eum præsertim Dioscoridis ipsius codices hac parte vitiatum vix duo inter se concinant.

^p *Similiter in linteo*] Tusis nimirum, et in mustum collatis.

^q *Ex ceteris herbis*] Quod ad herbas ceteras attinet, ex absinthio primum fit absinthites. Hujus concinnandi modos multiplices vide apud Diosc. v. 49.

^r *Scopis absinthii*] Scopæ manuales, herbarum fasciculi sunt colligati, seu manipuli, ita dicti, quod manum impleant, αἱ δεσμαὶ ποῶν χειροπληθεῖς, *des poignées d'herbes*.

^s *Hyssopites*] De quo Diosc. v. 50. Ὑσσώπιτης δὲ ὁ ἐκ τοῦ Κιλικίου ὑσσώπου κάλλιστός ἐστιν, κ. τ. λ.

Cilicio²² hyssopo, unciis tribus in duos congios musti con-
jectis, aut tuis in unum. Fiunt utraque^t et alio modo,
circa radices vitium sato.²³ Sic et helleboriten^u fieri ex
veratro nigro Cato docet. Sic fit et scammonites. Mira
vitium natura, saporem alienum in se trahendi, qualem et
salicum redolent Patavinorum in palustribus vindemiæ.
Sic et helleborum seritur in Thaso, aut cucumis sylvester,
aut scammonia:²⁴ quod vinum phthorium^v vocant, quo-
niam abortus facit.

Fit et ex herbis, quarum naturæ suo²⁵ loco dicentur. E
stœchade,^w et radice gentianæ, et tragorigano, et dictamno,
asaro, dauco, elelisphaco, panace, acoro, conyza, thymo,
mandragora, junco. Vocarunt et scyzinum, et itæomelin,
et lectisphagiten, quorum jam oblitterata ratio est.

Et fruticum vero e genere, cedri utriusque,^x cupressi,
laurus, juniperi,²⁶ terebinthi, in Gallia²⁷ lentisci,^y baccas
aut lignum recens musto decoquunt. Item^z chamelææ, et

//////////

dæus.—22 *Cicilio* Harduin. 2. ex operarum lapsu.—23 *Fiunt pleraque*, &c. *satu* Dalec.—24 *Gronov. aut scammonia*.—25 *Chiff. suæ*.—26 *Cod. Dalec. lauri, pini, juniperi*.—27 *Ms. callia. Lego thymelææ*, e Diosc. qui etiam his

NOTÆ

^t *Fiunt utraque*] Fit vinum, inquit, et absinthites, et hyssopites, alio modo: nam absinthio, vel hyssopo, circa vitis radices sato, ejus herbæ saporem refert id vinum, quod ex ea vite fit: trahente in se vite saporem alienum.

^u *Sic et helleboriten*] Sic nimirum ad vitium radices veratro consito, vel scammonia. Catonis locus, quem signat, est e libro de Re Rust. cap. 115. pag. 164.

^v *Phthorium*] Hæc plane iisdem verbis Diosc. v. 77. *Γίνεται δὲ καὶ φθόριος ἐμβρότων οἶνος, κ. τ. λ.*

^w *E stœchade*] Vinum stœchadites, Dioscor. v. 52. Tragoriganites cap. 55. Dictamnites cap. 57. Asarites cap. 68. Daucites cap. 70. Elelisphacites cap. 71. Panacites cap. 72.

Acorites cap. 73. Conyzites cap. 63. Thymites cap. 59. Mandragorites cap. 81.

^x *Cedri utriusque*] Minoris, opinor, quæ inter frutices: non majoris, quæ inter arbores annumerari debet. Sunt autem duo minoris cedri genera, ut dictum est XIII. 11. Lycium Phœniciumque. Quanquam et cedrites vini genus e majoris cedri fructu laudat Diosc. v. 45. ubi et cupressinum explicatur, ac laurinum. Juniperinum cap. 46. Terebinthinum cap. 39. Lentiscinum cap. 38.

^y *In Gallia lentisci*] Vide Notas et Emend. num. 20.

^z *Item*] *Χαμελαίτης οἶνος* Dioscor. v. 79. *Χαμαιπιτύϊνος* cap. 80. *Χαμαιδρύτης* cap. 51.

chamæpityos, et chamædryos lignum eodem modo, et ex flore,^a in congium²⁸ musti decem denariorum pondere addito.

XX. (XVII.) Fit vinum^b et ex aqua ac melle tantum. Quinquennio^c ad hoc servari coelestem jubent. Aliqui^d prudentiores statim¹ ad tertias partes decoquunt, et tertiam mellis veteris adjiciunt: deinde XL. diebus Canis ortu in Sole habent. Alii diffusa^e ita decimo die² obturant. Hoc vocatur hydromeli,^f et vetustate saporem vini assequitur, nusquam laudatius, quam in Phrygia.

XXI. Quia et acetum melle temperabatur: adeo nihil intentatum vitæ fuit.¹ Oxymeli^g hoc vocarunt, mellis decem libris, aceti veteris heminis quinque, salis marini libra, aquæ pluviae sextariis quinque suffervectis decies, mox elutriatis,^h atque ita inveteratis. Omnia ab Themisone



plantis addit abietem.' Dalec. *terbinthi, calami, lentisci* Gronov. et al. ante Harduin.—28 'Item chamelææ et etiam lignum, dum florent, eodem modo, in congiis, &c. e Diosc. v. 79. 80.' Dalec. *lignum. Eodem, &c.* Gronov. et edd. vett.

CAP. XX. 1 Cod. Dalec. *jubent aliqui prudentiores. Alii statim.*—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *diffusam post X. diem.*

CAP. XXI. 1 Cod. Dalec. *intemperatum in vita fuit.*—2 Cod. Dalec. *genu-*

NOTÆ

^a *Eodem modo, et ex flore*] Hoc est, lignum recens cum suis baccis, ut in prioribus fruticibus fieri diximus, musto decoquunt: et simul ex flore immittunt in musti congium, denu denarium pondus. Dioscor. v. 79.

^b *Fit vinum*] Vinum appellat, cum vini nihil admixtum ei sit: vini tamen appellationem meruit, quod, ut mox Plinius ait, vetustate vini saporem assequitur: sive, ut XXII. 52. longa vetustate transit in vinum.

^c *Quinquennio*] Veterem aquam coelestem Diosc. pariter desiderat v. 17. ὕδωρ ὀμβριον παλαιόν.

^d *Aliqui*] Dioscor. loc. cit.

^e *Alii diffusa*] Vina scilicet. Quæ vis huic voci subsit, diximus c. 16.

^f *Hydromeli*] Ὑδρομέλι, ab aqua et melle. Latini aquam mulsam vocant: Galli, *de l'hydromel.* De eo rursum XXII. 51.

^g *Oxymeli*] Ὄξυμέλιτος concinnandi modum plane eundem Diosc. affert v. 22. ex Dieuche scilicet, quem inventi hujus auctorem Plinius noster facit XXIII. 29. Nullo fere alio syrupo usa antiquitas, quam suo oxymelite, inquit Andr. Baccius I. 26. pag. 40. nempe quoniam ii saccharo caruerunt, quo syruba nostra concinnamus.

^h *Mox elutriatis*] Hoc est, de vase in vas translatis, transfusis, sive (ut elegantius Latini) diffusis. Plinius ipse ubi hunc oxymelitis conficiendi

summo auctore damnata: et hercule coactus eorum usus videri potest, nisi si quis naturæ opus esse credit aromaten, et ex unguentis vina composita, aut ut biberentur genuisse eam frutices.² Ista sunt cognitu jucunda, solertia humani animi omnia exquirente. Nihil quidem ex his anno durare, præterquam quæ vetustate ipsa fieri¹ diximus,³ et plura ne tricenis quidem diebus, non erit dubium.

XXII. (XVIII.) Sunt et in vino prodigia. Dicitur in Arcadia^j fieri, quod fœcunditatem¹ fœminis importet, viris rabiem. At in Achaia maxime circa Caryniam^{2 k} abigi partum vino, atque etiam si uvam edant gravidæ, cum differentia¹ in gustatu non sit. Trœzenium^m vinum qui bibunt,³ negantur generare. Thasos^{4 n} duo genera vini diversa facere proditur: unum quo somnus concilietur, alterum vero quo fugetur. Apud eosdem vitis theriace^o

isse ea frutices.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *vetustatem ipsam ferre, &c. est.*

CAP. XXII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *sterilitatem.* Theophr. ἀτεκνοῦσας ποιεῖ.—2 Chiff. *Charmiam.*—3 Chiff. *qui bibant.*—4 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *Thasios* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *unum quo,*

NOTE

modum totidem rursus ferme verbis tradit XXII. 29. 'Oxymeli antiqui, ut Dienchus tradit, hoc modo temperabant: mellis minas decem, aceti veteris heminas quinque, salis marini pondo libram et quadrantem, aquæ marinæ sextarios quinque pariter coquebant, decies defervescente cortina, atque ita diffundebant, inveterabantque.'

¹ *Vetustate ipsa fieri*] Hoc est, confici et absolvi: ut quod e milii semine dictum est cap. 19. post septimum tantum mensem transfundi: rosæ item, non ante tres menses, &c.

^j *In Arcadia*] Sic plane Theophr. apud Athen. lib. I. pag. 31. Ælianus quoque Var. Hist. XIII. 6.

^k *Circa Caryniam*] Περί δὲ Κερυνίαν τῆς Ἀχαΐας, Athen. loc. cit. Theophr. ipse Hist. IX. 20. unde hæc mana-

runt, πάλιν δ' ἐν Ἀχαΐα, καὶ μάλιστα περὶ Κερυνίαν, κ. τ. λ. Ælianus loc. cit. 'Ἐν δὲ Ἀχαΐα περὶ Κερυνίαν, κ. τ. λ. Atque hoc quidem nomen postremum verissimum, planeque ad eam Achaïæ urbem nummus ille Goltzii in Græcia pertinet, cui in curru bigugo, Olympici hand dubie certaminis, victor insculptus: urna ex parte adversa cum palma duplici: epigraphe, ΚΕΡΑΤΝΙΕΩΝ. Errat Nonnius qui ad Cypriorum nescio quam urbem hunc nummum refert.

¹ *Cum differentia*] Cum neque uva in gustu secus ac ceteræ, nec vinum, sapiat. Theophr.


^m *Træzenium*] Theophr. loc. cit.

ⁿ *Thasos*] Theophr. et Ælianus locis cit.

^o *Theriace*] Θηριακὴ ἔμπελος, de qua et eadem cum Plinio, et alia plura

vocatur, cujus et vinum et uva contra serpentium ictus medetur. Libanios^p thuris odore, ex qua Diis prohibent. E diverso aspendios, damnata aris. Ferunt eam nec ab alite ulla attingi. Thasiam^q uvam Ægyptus vocat apud se prædulcem, quæ solvit alvum. Est contra in Lycia, quæ solutam firmat. Ægyptus et ecbolada^r habet, abortus facientem.^s Vina in apothecis^s Canis ortu mutantur quædam, posteaque restituntur sibi. Sic et mari navigatio,⁶ cujus jactatus his, quæ duraverint,^t tantum vetustatis^u adjicere sentitur,⁷ quantum habuerint.

XXIII. (XIX.) Et quoniam religione vita constat, prohibere Diis nefastum habetur vina¹ præter imputatæ^a vitis, fulminæ tactæ,^b quamque juxta hominis mors laqueo²



§c. Gronov. et al. vett.—5 Cod. Dalec. *abortivos facientem*.—6 Idem codex, *maris navigatio*.—7 Vet. Dalec. *adjicere censetur*.

CAP. XXIII. 1 Cod. Dalec. *vino*.—2 Dalec. *hom. mortui laqueus*; vel,

NOTÆ

prodit auctor Geopon. iv. 7. p. 106. Palladius quoque lib. iii. in Febr. tit. 28. p. 80.

^p Libanios] Λιβάνιος vel λιβανῆτις a thure nomen habet: ἀσπένδιος ab α privante Græco, et σπένδειν, *libare*; quod ex vitis ejusce vino libare Diis nefas putetur.

^q Thasiam] De qua c. 9.

^r Ecbolada] Ἐκβολὰς Græcis *abortum* sonat, ab ἐκβάλλω, *ejicio*.

^s Vina in apothecis] Ita Geopon. auctor vii. 10. p. 187.

^t Quæ duraverint] Quæ jactationem maris citra noxam pertulerint.

^u Tantum vetustatis] Alterum tantum. Notat Christoph. a Vega Art. Med. lib. ii. vina quædam Hispanica in Germaniam Hispaniamque novam translata, ibi meliora esse, quam in Hispania, ubi nata.

^a Præter imputatæ] Non solum, inquit, imputatæ vitis, ut dictum est c. 14. sed et fulminæ tactæ. Cur vo-

culam præter Pintianus, et in editione Elzeviriana Latius, invitis Mss. expungant, non video: nisi quod non intellexere quæ vis ei hoc loco subesset. Festus, 'Imputatum, nondum purgatum. Putum enim est purum: unde putare vites dicimus, hoc est, detrudere quæ sunt impedimento ad fructum.' Quæ porro vina nefas libare Diis, paulo aliter Labeo Antistius apud eundem Festum: 'Spurcum,' inquit, 'vinum est, quod sacris adhiberi non licet, ut ait Labeo Antistius, libro decimo Commentarii juris Pontificii: cui aqua admixta est, defrutumve: aut igne tactum est, mustumve ante quam defervescat.'

^b Fulminæ tactæ] Cujus vinum ideo damnatum, quod, ut scribit Seneca Nat. Quæst. ii. 53. p. 858. 'fulmine gelatum, cum ad priorem habitum redit, potum, aut exanimat, aut dementes facit.'

pependerit,^a aut vulneratis pedibus conculcata,^{3c} et quod circumcisis vinaceis^d profluxerit, aut superne deciduo immundiore lapsu aliquo polluta.⁴ Item Græca, quoniam aquam habeant. Vitis ipsa quoque manditur, decoctis caulibus summis, qui et condiuntur^e in aceto ac muria.

XXIV. Verum et de apparatu vini dixisse conveniat, cum Græci privatim ea præcepta condiderint, artemque fecerint, sicut Euphronius, et Aristomachus, et Comniades,¹ et Hicesius. Africa gypso^f mitigat asperitatem, necnon aliquibus sui partibus^g calce. Græcia argilla, aut marmore,^h aut sale, aut mari,ⁱ lenitatem excitat: Italiæ pars² aliqua rabulana pice:^j ac resina^k condire musta vulgare est ei, provinciisque finitimis. Nonnusquam^l prioris vini

^a *Et juxta quam mortui hominis cadaver laqueo pependerit.*

//////////

hanc mortuus.—3 Gronov. et edd. vet. *pedibus calcata*; Dalec. *pedibus calcatae*.—4 *Ita scripti et editi libri. Nec redundat, lapsu, ut sentiebat eruditus Petavins. Nec emendandum, ut volebat, polluto: sed intelligendum, 'vina.'* Brotier. Dalec. *polluta*.

CAP. XXIV. 1 *Conniades* Chiffi.—2 *Italiæ in parte* cod. Dalec. Mox, *ra-*

NOTÆ

^c *Conculcata*] Ita Mss. Reg. Colb. Th. Paris. Subintellige, *vina*.

^d *Circumcisis vinaceis*] Mustum id tortivum vocant, quod post primam pressuram vinaceorum circumciso pede exprimitur, inquit Columella XII. 36. *Du vin épreint après la taille du marc.* Tortivum mustum circumcidaneum Cato appellat c. 23. p. 416.

^e *Qui et condiuntur*] Condiendi modum Columella expedit XII. 7. p. 416.

^f *Africa gypso*] Etiam et Italia, uti ex Columella colligimus XII. 20. p. 430. ubi gypsationis hujusce rationem aperit. Quod et Didymus facit, in Geopon. VI. 18. p. 178. Etiamnum in Hispania vina quædam calce et gypso condiuntur, teste Christ. a Vega, fol. 237.

^g *Aliquibus sui partibus*] Carthagine, ut dicitur XXXVI. 48.

^h *Aut marmore*] Marmoris flore, in-

quit Columella loc. cit. hoc est, marmore in pulverem contrito: *du marmore pulverisé.*

ⁱ *Aut mari*] Adde et muriam ex Columella XII. 25. p. 434.

^j *Rapulana pice*] Ita Reg. et Colb. At Th. *Rapulana*. Beroaldus in Columellam, *radulanam* scribit, quod tam sicca ea est, ut radi possit. Columella ipse XII. 20. p. 429. rasim vocat, nisi locus est vitiat. 'Commisceri debet rasis,' inquit, 'quod est genus crudæ picis.'

^k *Resina*] Vinum resina conditum resolutioni stomachi prodesse scribit Celsus IV. 5. Martialis III. 77. 'Resinata bibis vina, Falerna fugis.'

^l *Nonnusquam*] Hunc modum explicat uberius Columella XII. 28. et 30. p. 437. 'Sic qua vina erunt duriora, aut minus bona, quod agri vitio aut tempestate sit factum, su-

fæce,³ acetove condiunt. Necnon et ex ipso musto fiunt medicamina: decoquitur, ut dulcescat portione virium. Nec durare ultra annum spatium tale proditur. Aliquibus in locis decoquunt ad sapis^m musta, infusisque his ferociam frangunt. Et in hoc tamen genere, et in omni alio, subministrant vasa ipsa condimentis + picis: ⁿ cujus faciendæ ratio proximo dicetur ^o volumine.

XXV. (XX.) Arborum succo manantium picem resinamque, aliæ ortæ ¹ in Oriente, aliæ in Europa ferunt. Quæ interest Asia, utrimque quasdam ^a habet. In Oriente optimam tenuissimamque terebinthi ^b fundunt: deinde lentisci, quam et mastichen vocant: ^c postea cupressi, acerrimam sapore. Liquidam omnes, ^d et tantum resinam: ² crassiorem vero ^e et ad pices faciendas cedrus. Arabica ^f resina

//////////

dulana pice Vet. Dalec.—3 Cod. Dalec. est, provin. finitimis. Anni prioris vini fæce.—4 Quidam ap. Dalec. subministrant vasis ipsis condimenta; alii ap. eund. sublinunt vasa ipsa condimento; Dalec. cum condimentis.

CAP. XXV. 1 Vox *ortæ* deest in cod. Dalec.—2 *Liquidam omnes extant* (*hæ*) *resinæ* cod. Dalec. Mox, Vet. Dalec. *picem faciendam idonea cedrus*.—

NOTÆ

mito fæcem vini boni, et panes facito, et in Sole arefacito, et coquito in igne: postea terito, et pondo quadrantem singulis amphoris infricato, et oblinito: bonum fiet.³

^m *Ad sapis*] Hoc est, usque ad tertiam partem, quemadmodum de sapa dictum est cap. 11. Hæc multo uberius Columella XII. 20. p. 428.

ⁿ *Condimentis picis*] Hoc est, non vina modo, sed et vasa quoque pice condiuntur.

^o *Proximo dicetur*] Lib. XVI. cap. 21.

^a *Utrunque quasdam*] Ex utroque genere quasdam habet: earum scilicet quæ in Oriente, et quæ in Europa gignuntur. Ex arboribus quæ picem ferunt succus erumpit: qui si igne exprimitur, pix vocatur, *de la poix*: si sponte fluit, resina, *de la poix re-*

sine.

^b *Terebinthi*] Sic Dioscor. I. 91. primas tribuit terebinthinæ resinæ, *la térébentine*: secundas, e lentisco, *le lentisque*. Sic etiam Theophr. Hist. IX. 2. et Galenus *κατὰ γένη*, III. 2. p. 715.

^c *Mastichen vocant*] De Chia mastiche e lentisco dictum est XII. 37. Diosc. I. 90. Γεννᾶται δὲ καὶ ῥητίνη . . . σχυρὴν καλουμένην, ὅπ' ἐνίων δὲ μαστίχη . . . καλλίστη ἐν Χίῳ τῇ νήσῳ.

^d *Liquidam omnes*] Vide quæ dicturi sumus XXIV. 22.

^e *Crassiorem vero*] Qui e cedro manat liquor, expressus igne videlicet, non sponte erumpens, picis e genere est, ut dicetur XVI. 21.

^f *Arabica*] Hæc e terebintho arbore funditur, Diosc. I. 91.

alba est, acri odore, difficilis coquenti. Judæa³ callosior, et terebinthina quoque^ε odoratior: Syriaca Attici mellis similitudinem habet. Cypria antecedit omnes: est autem melleo colore, carnosa. Colophonia^h præter ceteras fulva: si teratur,⁴ alba fit, gravior odore: ob id non utuntur ea unguentarii. In Asia quæ fit e picea, admodum candida, spagas⁵ vocatur.ⁱ Resina omnis^j dissolvitur oleo. Quidam et creta figlinarum hoc fieri arbitrantur. Pudetque^k confiteri, maximum jam honorem ejus esse in evellendis virorum corpori pilis.⁶

Ratio autem condiendi musta, in primo fervore, qui novem diebus cum plurimum peragitur, aspersu picis, ut odor vino contingat, et saporis quædam acumina.⁷ Vehementius id fieri arbitrantur crudo flore^l resinæ, excitarique^m lenitatem. E diverso crapula compesci feritatemⁿ



3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *Judaica* Gronov. et al.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *si uratur*, e Diosc.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. *spagas*; cod. Dalec. *epargos*; quidam ap. Dalec. *psegas*; alii ibid. *quasi stalactis et stagonias*.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *oleo*. *Pudetque confiteri, &c. pilis*. *Quidam et creta, &c. arbitrantur*. *Ratio, &c.* Cod. Dalec. *a virorum corpori, &c.*—7 Cod. Dalec. *quodam acumine*;

NOTE

^ε *Terebinthina quoque*] Optimam censet Diosc. loc. cit. quæ terebinthum oleat. Plinius xxiv. 22. 'In arborum differentia placet terebinthina, odoratissima, atque levissima: nationum, Cypria et Syriaca: utraque mellis Attici colore: sed Cypria carnosior, sicciorque.'

^h *Colophonia*] Retinet hæc hodie in officinis nomen. Ἀπὸ τῆς Κολοφῶνος Κολοφώνια κληθεῖσα, Dioscor. i. 92.

ⁱ *Spagas vocatur*] Sic Mss. Reg. &c. Vox barbarica, incertæ originationis: nisi σφαγᾶς legi placet, haud magis comperti significatus hoc loco.

^j *Resina omnis*] Plinius xxiv. 22. 'Resolvitur resina ad vulnere usus et malagmata oleo.'

^k *Pudetque*] Πίττωσις vocabatur πα-

ρατιλμὸς, sive vulsura pilorum picis ministerio facta, cujus molles et cinædi curiosi: ob idque vulsi et depilati dicti sunt, καὶ πισσόμενοι. Hinc πिटτῶν Græcis παραπιττριῶν vile munus erat, quæ glabros et depiles reddebant picis illitu. Vide Philostr. et Clem. Alexand. apud Rob. Const. in Lexico, verbo Πιττῶν.

^l *Crudo flore*] Flos crudus, resina ipsa est, quæ nuper est avulsa arbori, necdum cocturam passa: eadem cocta, crapula nuncupatur: coquendi ratio dicitur xvi. 22. Errant qui crapulam fæcem resinæ putant: aut florem, id quod supernatat.

^m *Excitarique*] Addi levioribus visnis saporis quoddam acumen.

ⁿ *Feritatem*] Mitigari ea quæ fu-

nimiam, frangique virus: aut ubi pigra lenitas torpeat, virus addi.^o Liguriæ maxime Circumpadanisque mustis crapulæ utilitas⁸ discernitur hoc modo: pugnacibus^p mustis crapulæ plus inditur, lenibus parcius. Sunt qui ex utroque^{9q} condiri velint: necnon alia,^r quæ est musti, pice et natura.¹⁰ Vitiumque musto quibusdam in locis iterum sponte fervere: qua calamitate deperit sapor, vappæque^s accipit nomen,¹¹ probrosum^t etiam hominum, cum degeneravit¹² animus. Aceti enim^u nequitia inest virtus magnos ad usus, et sine quis vita mitior degi non possit.

Cetero vinorum medicaminis tanta cura est, ut cinere apud quosdam, ceu gypso^v alibi, et quibus¹³ diximus mo-



Vet. ejusdem, *quadam acrimonia*.—8 Ita codd. Harduini cum edd. Harduin. et recentt. *Circumpadanisque mustis utilitas* Gronov. et al. Mox, *discernitur* Dalec.—9 ‘*Alii nitro. Ego vero utrumque intelligo, et crapulam, et resinæ florem.*’ Dalec.—10 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *Nec non alia æque multiplici natura* Gronov. et al. vett. *Nec non alia quæ est multi pice et natura* Chiff. *Nec non alia quæ est multa pice nata* Parm. ‘*Leggo, Nec non alii etiam multi pice quoque Naritia.*’ Dalec.—11 Cod. Dalec. *cum deferbuit, sapor vappæ accipit nomen. Mox, probrosum etiam homini* Vet. Dalec.—12 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *degerarit* Chiff. *degeneraverit* Gronov. et al. Mox, *Acetis enim* cod. Dalec. *Aceti vero* Vet. Dalec.—13 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. recentt. *seu gypso alibi, quibus; Gronov. et vett. ceu gypso alibi, et lixivio quibus*

NOTÆ

mosa sint, et vehementiora.

^o *Virus addi*] Tenuiculis, languidisque vinulis vim vehementiorem, quæ inducat ebrietatem, adjici.

^p *Pugnacibus*] Vehementibus et validis.

^q *Sunt qui ex utroque*] Ex flore et crapula.

^r *Necnon alia*] Condiuntur etiam vina, inquit, si decoctum iis mustum infundatur, quod picis vices et vim repræsentet. Vide Notas et Emend. num. 21.

^s *Vappæque*] De vappa superius cap. 8.

^t *Probrosum*] Subintellige, nomen. Vappam veteres appellarunt hominem ignavum, in quo nihil esset pru-


dentia, nihil salis. Horat. 1. Sat. 2. 12. ‘*Fufidius vappæ famam timet, ac nebulonis.*’ Acron: ‘*Vappæ,*’ inquit, in 1. Sat. 1. ‘*dicuntur perditæ ac luxuriosi . . . Aliter vappa dicitur stultus et insulsus, qui nihil sapit: dicitur enim vinum vappa, quod perdidit saporem.*’

^u *Aceti enim*] Aceti enim, quamquam inesse ei quædam gustus nequitia videtur, melior tamen est, quam vappæ, conditio: virtus eximia ad magnos usus, &c.

^v *Ceu gypso*] Ut gypso, inquit, Africa, Græcia marmore, aliisque quibus diximus modis sup. cap. vina mitigat: sic alii cinere.

dis, instaurentur. Sed cinerem e vitis sarmentis, aut quercu, præferunt. Quin et marinam^w aquam ejusdem rei gratia ex alto peti jubent, servarique ab æquinoclio verno, aut certe nocte solstitio, et Aquilone flante hauriri, vel, si circa vindemiam hauriatur, decoqui.

Pix in Italia ad vasa^x vino condendo¹⁴ maxime probatur Brutia. Fit e piceæ resina, in Hispania autem e pinastris, minime laudata. Est enim resina harum amara et arida,^{15 y} et gravi odore. Differentiam rationemque faciendi proximo volumine^z demonstrabimus inter arbores feras.^{16 a} Vitia,^b præter supra dicta,^c acor aut fumidum virus: picis autem, adustio: experimentum vero, si fragmenta subluceant, ac sub dente lentescant acore^d jucundo. Asia picem Idæam^{17 e} maxime probat, Græcia Piericam, Virgilius^f Naryciam.¹⁸ Diligentiores admiscent nigram mastichen, quæ in Ponto^g bituminis similis gignitur, et iris



Dalec.—14 Cod. Dalec. *vino condiendo*. Mox, codd. Regg. Brot. 1. 2. et Editio princeps: *e picea resina*. Paulo post, Parm. *autem e piceastris*; cod. Dalec. *autem e picea*.—15 Chiff. *amara et arida*.—16 Cod. Dalec. *feraces*, sub. ‘*resinæ*.’—17 *Indicam* cod. Dalec.—18 ‘*Narytiam* Ms. *Naresiam* alii, a Naresiis

NOTÆ

^w *Quin et marinam*] Columella XII. 21. pag. 431. ‘Sumitur autem aqua quam longissime a littore: nam liquidior et purior est, quantum altiori mari hausta est.’

^x *Ad vasa*] Subintellige picanda. De hac picatione vasorum, in quibus condebatur vinum, e pice Brutia, vide Colum. XII. 18. p. 426.

^y *Est enim . . . arida*] Nec valde aridam, nec valde humentem, laudat Diosc. I. 92.

^z *Proximo volumine*] Lib. XVI. a cap. 16. ad 23.

^a *Inter arbores feras*] Ita Reg. 2. aliique. Hoc est, peregrinas. Plinius XVI. 16. ‘Peregrinæ tum videbantur, quoniam non erant suburba-

næ, pinus atque abies, omnesque quæ picem ferunt, de quibus nunc dicemus, simul ut tota condiendi vina origo cognoscatur.’ In quibusdam Mss. *feraces*: male.

^b *Vitia*] Nempe resinæ.

^c *Præter supra dicta*] Amarorem, ariditatem, gravem odorem.

^d *Acore*] Sapore acido, qualis fere est in malo Punico.

^e *Picem Idæam*] Ab Ida monte, qui in Troade est. Vide Notas et Emend. num. 22.

^f *Virgilius*] Georg. II. 438. ‘Naryciæque picis lucos.’ Ab oppido Locrorum Narycio, de quo IV. 12.

^g *Quæ in Ponto*] Ut dictum antea est XII. 36.

radicem,^h oleumque.^{19 i} Nam ceram^j accipientibus vasis compertum est vina acescere. Sed transferre in ea vasa, in quibus acetum fuerit, utilius, quam in ea, in quibus dulce aut mulsum. Cato jubet,^k vina concinnari (hoc enim utitur verbo)^l cineris lixivii^m cum defruto cocti parte quadragesima,²⁰ in culeum :ⁿ vel salis sesquilibra, interim et tuso marmore. Facit et sulfuris^o mentionem, resinæ vero in novissimis. Super omnia addi maturescente^p jam vino jubet mustum, quod ille tortivum appellat, nos intelligimus novissime expressum.^q Et adjicimus^r tinguendi gratia co-

//////////

Liburniæ populis; alii *Naritiam* Calabriae urbem esse volunt. *Dalec.*—19 *Dalec. foliumque*, id est, malabathrum.—20 In codd. Regg. Brot. 1. 2. et Editione principe, *quadragesima*. At Cato de R. R. cap. 23. habet, *quadragesima*. Mox, Regg. Brot. 1. 2. in *culleum*. Gronov. et al. autē Har-

NOTÆ

^h *Et iris radicem*] Iridis modicum pariter admisceri jubet auctor Geopon. vi. 7. pag. 171. ἴρεως τὸ μέτριον. De iri dicemus xxi. 19.

ⁱ *Oleumque*] Vide Notas et Emend. num. 23.

^j *Nam ceram*] Didymus in Geopon. loc. cit. pag. 170. vappescere vina scribit, cera in vasorum picationibus addita, στρεφνότερον τὸν οἶνον γίνεσθαι, ὡς ῥαδίως εἰς δξόνειν μεταβάλλειν, sic ut promptius ea acescant.

^k *Cato jubet*] Libro de Re Rust. cap. 23.

^l *Hoc enim utitur verbo*] Libro de Re Rust. cap. 115. pag. 64. et cap. 122. p. 66. Festus: 'Concinnare, est apte componere.'

^m *Cineris lixivii*] Apud Catonem hodie perperam 'de musto lixivo' legitur, cum 'de cinere lixivio' scribi oporteat. Cinerem lixivam femineo genere Scribonius Largus non semel protulit. Est porro hic cinis lixivus, ipsum liquidum lixivium, non cinis, qui in aquæ lixivii fundo sidit. Ad concinnanda vina tantum lixivii Cato requirit, quantum cum admixto

defruto ad quadragesimam culci partem æquandam necesse est.

ⁿ *In culeum*] Quod culens sit, diximus cap. 5. Cato loc. cit. pag. 25. 'Si opus erit, defrutum indito in mustum, de cinere lixivio coctum: partem quadragesimam addito defruti, vel salis sesquilibram in culleum. Marmor si indes in culleum, libram indito... Resinam si indes in culleum musti,' &c. Mss. Reg. Colb. in *culeum*. Editi libri perperam, *pulegii*.

^o *Facit et sulfuris*] Excidit igitur ea vox e Catonis libris quos terimus: in quibus mentio sulfuris nulla.

^p *Maturescente*] Cum deferbuit. Verba Catonis sunt ea loc. cit. pag. 26. 'Tortivum mustum circumeidaneum suo cuque dolio dividito, additoque pariter.'

^q *Novissime expressum*] E vinaceis circumeisis, ut dictum est cap. 23. Idem præcipit Columella xii. 36. p. 439.

^r *Et adjicimus*] Sic Mss. Reg. Colb. Paris.

lores,²¹ ut pigmentum aliquod vini, atque ita pinguius fieri. Tot beneficiis placere cogitur:⁵ et miramur²² noxium esse. In vitium inclinantis experimentum est, laminæ plumbeæ²³ mutatus in eo colos.

XXVI. Proprium autem inter liquores vino, murescere,^{1u} aut in acetum verti: extantque^v medicinæ volumina. Et fæx vini siccata recipit ignes, ac sine alimento per se flagrat. Cinis ejus nitri naturam habet, eademque vires, hoc amplius, quo pinguior² sentitur.

XXVII. (XXI.) Magna et collecto jam vino differentia in cella. Circa Alpes ligneis vasis condunt, circulisque cingunt, atque etiam hyeme gelida ignibus rigorem arcent. Mirum dictu,¹ sed aliquando visum: ruptis vasis steteræ glaciatae moles, prodigii modo, quoniam vini natura non gelasit,^a alias ad frigus stupens tantum. Mitiores plagæ doliis condunt, infodiuntque terræ tota, aut ad portionem situs.² ^b Item cælum præbent: alibi vero impositis tectis arcent: tradunturque et hæc præcepta: latus cellæ vinariæ, aut certe fenestras obverti in Aquilonem^c oportere, vel utique



duin. exhibent, *parte quadragesima, pulegii vel salis, &c.*—21 Ita Harduin. et recentt. ex codd. *et adjici mustis tingendi gratia coloris* edd. vett. et Gronov.—22 *Sed ut beneficiis placere cogatur, miramur* cod. Dalec.—23 Cod. Dalec. *lamina plumbea.* Mox, edd. vett. et Gronov. *in ea colos.*

CAP. XXVI. 1 'In Mss. Reg. Colb. et Editione principe, *murescere.* Quod forte non ita spernendum. Id est vappescere, aut in vappam degenerare.' Brotier.—2 Codd. Dalec. et Chiff. *quod pinguior.*

CAP. XXVII. 1 *Rarum dictu* Chiff. Mox, cod. Dalec. *glaciata prodigii*

NOTÆ

⁵ *Placere cogitur*] Subintellige, vinum.

¹ *Laminæ plumbeæ*] Sic Geopon. auctor VII. 15. pag. 195. apud quem hæc paulo explanata uberius.

^u *Murescere*] Hoc est, vappescere, in vappam degenerare. In Mss. Reg. Colb. *Murescere.*

^v *Extantque*] Et ad hanc depellendam calamitatem medicinæ quamplurimæ voluminibus integris continentur.

^a *Non gelasit*] Causas Macrobius investigat 'cur vina nunquam aut rarerent congelascent,' Saturn. VII. 12. p. 620.

^b *Ad portionem situs*] Ut quæque terra mitiore cælo aut frigidiore utitur. Nam ubi calidius cælum, tota sub dio relinquuntur: ubi frigidius, tota defodiuntur: medio, partim abundantur terra, partim cælo permittuntur.

^c *In Aquilonem*] Sic auctor Geo-

in exortum³ æquinoctialem. Sterquilinia⁴ et arborum radices procul abesse, omniaque odoris evitandi, facillimo in vina^e transitu: ficos utique et caprificos. Doliis etiam^f intervalla dari; ne inter sese vitia serpant, contagione vini semper ocysissima. Quin et figuras referre. Ventruosa⁵ ac patula minus utilia. Picari oportere^g protinus a Canis ortu, postea perfundi marina aqua aut salsa, dein cinere^h sarmenti aspergi, vel argilla, abstersa⁶ myrrha suffiri, ipsasque sæpius^j cellas. Imbecilla^k vina demissis in terram doliis servanda, valida expositis. Nunquam implenda:^l et quod supersit, passo aut defruto perungendum, admixto croco, pice veteri, cum sapa: sic opercula doliorum medicanda, addita mastiche ac pice. Bruma aperiri vetant, nisi sereno die. Vetant Austro flante, Lunave plena. Flos vini^m candidus probatur: rubens triste signum est, si non



modo.—2 Dalec. satis.—3 Cod. Dalec. vel usque in exortum.—4 Sterculonia Chiffi.—5 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. Ventrosa edd. vett. et Gronov.—6 Vet. Dalec. ac leni cinere sarmenti aspergi

NOTÆ

pon. VI. 2. p. 165. Vitruvius I. 4. p. 8. 'In cellis enim vinariis tectis, lumina nemo capit a meridie, nec ab occidente, sed a septentrione,' &c. Eadem tradit et Palladius de Re Rust. I. 18. p. 17.

^d Sterquilinia] Palladius loc. cit. In Mss. Reg. Colb. et Chiffi. Sterculonia. De ficibus et caprificis eadem præcipit auctor Geopon. VI. 2. p. 166.—'De sterquilinio, ceterisque, Columella I. 6. 'Eadem est ratio in plano sitæ vinariæ cellæ: quæ sum-mota procul esse debet a balneis, furno, sterquilinio, reliquisque immunditiis tetrum odorem spirantibus: nec minus a cisternis, aquisve salientibus: ex quibus qui extrahitur humor, vinum corrumpit.' Ed. sec.

^e Facillimo in vina] Columella XII. 26. p. 437. 'Nulla res alienum odo-

rem celerius ad se ducit, quam vinum.'

^f Doliis etiam] Intervallum pedale requirit auctor Geopon. VI. 2. p. 165.

^g Picari oportere] Sic Geopon. auctor VI. 4. p. 168. Columella quoque loc. cit. p. 426.

^h Dein cinere] Vide Notas et E-mend. num. 24.

ⁱ Abstersa] Spongiæ ope. Diophanes in Geopon. VI. 12. p. 175.

^j Ipsasque sæpius] Sic Diophanes in Geopon. VI. 12. p. 176.

^k Imbecilla] Auctor Geopon. VII. cap. 2.

^l Nunquam implenda] Quoniam mustum effervescens per se dolia impleturum est. Diophanes loc. cit. p. 175.

^m Flos vini] Tenuis spuma in summo innatans.

is vini⁷ colos sit. Item vasa incalescentia, operculave sudantia. Quod celeriter florere cœperit,⁸ odoremque trahere,ⁿ non fore diutinum. Ipsa quoque defruta^o ac sapa, cum sit cœlum sine Luna, hoc est, in sideris ejus coitu, neque alio die coqui jubent: præterea plumbeis vasis,^p non æreis, nucibusque juglandibus⁹ additis: eas enim fumum excipere.^q Campaniæ nobilissima exposita^{1o} sub dio in cadis verberari^r Sole, Luna, imbre, ventis, aptissimum videtur.

XXVIII. (XXII.) Ac si quis diligentius reputet, in nulla parte operosior vita est, ceu non saluberrimum ad potum¹ aquæ liquorem natura dederit, quo cetera omnia animantia utuntur. At nos vinum bibere et jumenta^a cogimus: tantoque opere, tanto labore et impendio constat, quod hominis^b mentem mutet,² ac furorem gignat, millibus scele-

//////////

rel argilla aspera; alii ap. Dalec. et argilla abstersa.—7 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. recentt. *si non vini* edd. vett. et Gronov.—8 Cod. Dalec. *vasis incalescentib. operculise sudantib. quod celeriter florere capit.* Mox, Vet. Dalec. *non fit diutinum.*—9 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin, et recentt. *nucibus juglandibus* Gronov. et al.—10 Vet. Dalec. *expositis.* Mox, *sub dio cadis*, ommissa præpositione, Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. XXVIII. 1 Chiff. *ad potus.*—2 Ita Regg. Brot. 1. 2. et Editio prin-

NOTÆ

ⁿ *Odoremque trahere*] Alium quam sum, et nativum. De hac loquendi forma dicemus, xxxvi. 30.

^o *Ipsa quoque defruta*] Columella XII. 19. p. 427.

^p *Plumbeis vasis*] Columella XII. 20. p. 428. ‘Ipsa autem vasa, quibus sapa aut defrutum coquitur, plumbea potius quam ænea esse debent: nam in coctura æruginem remittunt ænea, et medicaminis saporem vitiant.’

^q *Fumum excipere*] In se recipiunt illæ fumum, qui sapan alias corrumpet.


^r *Verberari*] Sic scrobem in terra fossam ‘tempestatibus verberari’ Columella dixit, de arboribus, c. 16. quod alibi, libro nempe v. c. 6, ‘pluviis et gelicidiis macerari’ interpre-

tatur.’ *Ed. sec.*

^a *Jumenta*] Equis vinum olim præbitum ex Homero discimus, Iliad. O. 189. Refert Cominæus Comm. Gall. lib. 1. equum suum vetulum, ac labore fractum, cum post prælium vini situlam casu oblatam hausisset, ea potione sic recreatum, ut alacriorem antea nunquam esset expertus. Familiare in Gallia est, vinum in os et nares equorum injicere, vel offam ex vino et pane offerre, ut valentiores fiant.—‘Et Columella II. 3. de bobus: ‘Merum faucibus, si æstuaverint, infundat. Satis autem est singulis binos sextarios præbero.’’ *Ed. sec.*

^b *Quod hominis [homines]* Sic Mss. recte. Prius editi: *Quod hominis mentem mutet.*

rum huic deditis: tanta dulcedine, ut magna pars non aliud vitæ præmium intelligat. Quin immo ut plus capiamus, sacco frangimus^c vires:³ et alia irritamenta excogitantur: ac bibendi etiam causa venena conficiuntur, aliis cicutam præsummentibus, ut bibere mors cogat,^d aliis punicis farinam,^e et quæ referendo pudet docere.⁴ Cautissimos ex his balineis coqui^f videmus, exanimisque efferri. Jam vero alios lectum expectare non posse, immo vero nec tunicam, nudos ibi protius anhelos⁵ ingentia vasa corripere, velut ad ostentationem virium, ac plene infundere, ut statim vomant,⁶ § rursusque hauriant, idque iterum tertiumque: tanquam ad perdenda vina geliti, et tanquam effundi illa non



ceps, et aliæ ante Harduin. 'Frustra emendavit eruditus Harduinus, *homines mente mutet.*' Brotier. Harduinum secuti Miller. Bipont. et Franz.—3 Vet. Dalec. *franguntur vires.* Mox, Dalec. *excogitamus.*—4 Cod. Dalec. *pudet dicere.*—5 Idem codex, et *anhelos.*—6 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *ac plane inf. ut st. evomant* Gronov. et

NOTÆ

^c *Sacco frangimus*] 'Saccus quo vinum liquatur,' inquit Columella ix. 15. 'tenui vimine rarius contextus, inversæ metæ similis.' Hinc vinum colatum, sive saccatum, altero non saccato debilius, dulciusque, Theophr. de Causis vi. 9. *οἶνος σακκίζόμενος, vin coulé par un sac, comme l'hippocras.* Martial. ii. 40. 'Cæcuba saccetur, quæque annus coxit Opimi:' hoc est, colo vel sacco transmittantur ea, ut corrigantur, ac defæcentur. Et xii. 61. 'Turbida sollicito transmittere Cæcuba sacco.'

^d *Mors cogat*] Metus mortis. Nam contra cicutam vinum remedio est, ut dicitur xxiii. 23.

^e *Punicis farinam*] Vide quæ Plinius ipse ex Theophr. refert xxxvi. 42.

^f *Balineis coqui*] Cruditatem ex pridiana temulentia ortam balneo calido coquebant: manebant enim in eo tamdiu, ut sudarent: animusque in-

terdum deficeret. Columella in Præfat. 'Mox deinde ut apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus, et exsucto sudore sitim quærimus,' &c. Laconicum locus erat in balneo orbiculari ambitu in se recurvo, ubi sudor eliciebatur calore sicco, inquit Celsus ii. 17. *Un poële.* Scribit Vitruvius Laconicum sudationesque conjungendas esse tepidario. Qui saturitate epularum immodica crudi erant, hi ad balneas confugiebant, et in sudoriis Laconicisque sudorem evocabant: ita stomachi cruditatem digerentes, quam epulæ copiosiores afferebant. Hæc poetarum Sattiricorum conquestio, Horatii primum: 'Crudi tumidique lavemur.' Juvenalis: 'Crudum pavonem in balnea portas.'

§ *Ut statim vomant*] Et pinnis quidem excitabantur ad vomitum. Vide Notas et Emend. num. 25.

possint, nisi per humanum corpus. Ad hoc pertinent⁷ peregrinæ exercitationes,^h et volutatio in cœno, ac pectorosa cervicis repandæ ostentatio. Per omnia hæc prædicatur sitis quæri. Jam vero quæ vasa adulteriisⁱ cælata? tanquam per se parum doceat libidines temulentia. Ita vina ex libidine hauriuntur, atque etiam præmio invitatur ebrietas, et, si Diis placet, emitur. Alius, ut quantum biberit tantum edat, pretium⁸ vinolentiæ lege accipit. Alius quantum alea quæsierit, tantum bibit. Tunc avidi^j matronam oculi licentur, graves^k produnt marito:⁹ tunc animi secreta proferuntur. Alii testamenta sua nuncupant: alii mortifera¹⁰ loquuntur, rediturasque^l per jugulum voces non continent, quam multis ita interentis. Vulgoque veritas^m jam attri-



al.—7 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *Hinc pertinent* Gronov. et edd. vett.—8 Ita Harduin. et recentt. *ebrietas. Et si Diis* (non, ut citatur a Franzio, *Et si aliis*) *placet, emitur alius, ut q. b. t. edat: et pretium* Gronov. et al. ante Harduinum. *alienus ut quantum, &c.* Dalec.—9 ‘*Ms. licenter gravi produntur marito; Vet. licentur. Tunc gravi produntur marito. Lego, licentur gravique se produnt marito.*’ Dalec.—10 Chiffli. *morti-*

NOTÆ

^h *Peregrinæ exercitationes*] Quales a Luciano describuntur, in Anacharsi, sive de Gymnasiis, statim initio, p. 786. *inter quas volutatio in cœno, suum more, καὶ ἐν τῷ πηλῷ συναναφύρονται καλινδούμενοι ὥσπερ σῦες.*

ⁱ *Adulteriis*] Vasa in quibus adulteriorum cælata imagines.

^j *Tunc avidi*] Fuit cum augurarer: *Tunc avidi matronarum oculi licenter graves produnt maritos.* Sed satius videtur nihil immutari. Vino captos oculos ait jam destinare secum ut matronæ pudicitiam pretio expugnet: eosdem nimio potu graves matronæ scelus prodere marito, et secreta proferre.

^k *Graves*] Vino graves.

^l *Rediturasque*] Transfosso, ut ita dicam, jugulo resorbendas: accersent
Delph. et Var. Clus.

te homini sæpenumero necem loquendi in vino intemperantia.

^m *Vulgoque veritas*] Hinc illa Horatiana, I. Epist. 4. ‘*Quid non ebrietas designat? operta recludit,*’ &c. Et III. Od. 21. ‘*Tu lene tormentum ingenio admoves Plerumque duro: tu sapientium Curas, et arcana jocoso Consilium retegis Lyæo.*’ Zenobius in Paræmiis, Cent. IV. n. 5. ‘*Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια. Παροιμία παρόσον ὁ οἶνος τοὺς ἐμπιπλαμένους αὐτῷ ὅποιοί εἰσι παραδέκνυσσι. In vino veritas. Proverbium docet vinum prodere quales sint ii qui se eo proluunt.*’ Et Diogenianus, Cent. IV. n. 81. ‘*Ἐν οἴνῳ ἀλήθεια. Παρόσον οἱ οἴνῳ χρώμενοι τὰ ἀπὸ καρδίας λαλοῦσιν. Et in Append. e Vatic. Cent. III. n. 34. Οἶνος καὶ ἀλήθεια. Τινὲς οὐχ οὕτως φασίν, ἀλλ’, οἶνος*

Plinius.

7 N

buta vino est. Interea ut optime cedat, Solemⁿ orientem non vident, ac minus diu bibunt.¹¹ ° Hinc pallor, et genæ pendulæ, oculorum ulcera, tremulæ manus, effundentes plena vasa, et (quæ sit¹² pœna præsens) furiales somni, et inquietas nocturna, præmiumque summum ebrietatis libido portentosa,¹³ p ac jucundum nefas. Postera die¹⁴ ex ore halitus cadi,^q ac fere rerum omnium oblivio, morsque memoriæ. Rapere se ita vitam prædicant, cum priorem diem quotidie perdant, illi vero¹⁵ et venientem.

Tiberio Claudio principe ante hos annos XL institutum, ut jejuni biberent, potusque vini antecederet cibos: externis et hoc^r artibus, ac medicorum placitis novitate aliqua

//////////

ferc. Mox, Dalec. *perquam multis*.—11 ‘Ita bene codd. Regg. Colb. Editio princeps, et Cl. Rezzonicus. Est adhuc Italis proverbium, *Chi più beve, meno beve*. Ergo non emendandum fuit, ut placuit erudito Harduino, *vivunt*.’ Brotier. *vivunt* exhibent Lugd. Erasmi, Dalec. Elz. Gronov. Harduin. et recentt. *bibunt* etiam cod. Dalec. ‘Solem orientem non videre dicuntur, qui stertunt in multam lucem, noctis parte potissima pergræcando consumpta: sed cum toties occurrat apud scriptores ‘in multam lucem bibere,’ quod pergræcantibus familiare, excidisse opinor voculam unam alteramque, ac dedisse Plinium: *Solem orientem, nisi udi non vident, ac m. d. vivunt*. Tò *vident* absorpserat cognatum *udi*, puto, quamvis non negem vulgatæ sensum satis constare, si conferatur cum Senecæ Epist. 122. et Catonis dicto, et loco Ciceronis a Lipsio illic adducto.’ Nic. Heinsius *Adv.* I. 10. pag. 101.—12 Cod. Dalec. *quæ fit*.—13 Idem codex, *portentosa*.—14 *Postero die* Chiffi. Mox, pro *cadi*, cod. Dalec. *fædi*; Vet. ejusdem, *fatidi*; al. ap. Dalec. *crudi*.—15 Vet. Dalec. *si priorem diem quotidie perdant, immo vero*.—16 Ita Regg.

NOTÆ

καὶ ἤθη. Κατὰ τὸ πρότερον Πέρσαι, φασίν, οὐ βασάνοις ἀνετάζουσιν, ἀλλὰ μεθυσκομένους.

° *Solem*] Qui Solem nunquam occidentem viderint, nec orientem, Cato antipodes appellabat, apud Senec. Epist. 122. Talis Smindyrides Sybarita apud Athen. lib. vi. p. 273. Hoc porro Plinius accepit a Colum. in Præfat. Egregia habet in eam sententiam Seneca, Ep. 122.

° *Minus diu bibunt* [*vivunt*] Mss. Reg. Colb. &c. *bibunt*: minus apposite. Quid sint Plinio genæ diximus xi. 56.

° *Libido portentosa*] Veneris imagine fœdatum somnium.

° *Halitus cadi*] Sive amphoræ. De cado diximus c. 17. Vide Notas et Emend. num. 26.

° *Externis et hoc*] Aliis antea gentibus inolevisse eam consuetudinem significat: quas inter fuere Bithyni, ut auctor est Phylarchus apud Athen. lib. II. Macedones quoque ipsi, ut ex eodem Athenæo colligimus lib. IV. p. 128. Vide quæ dicturi sumus xxxiii. 23. Notasque et Emend. in eum librum n. 10.

sese commendantium. Gloriam hac virtute Parthi quæ-
runt, famam apud Græcos Alcibiades^s meruit, apud nos
cognomen etiam Novellius Torquatus Mediolanensis, ad
proconsulatum usque e prætura honoribus gestis, tribus
congiis (unde et cognomen^t illi fuit) epotis uno impetu,
spectante miraculi gratia Tiberio principe,¹⁶ in senecta jam
severo, atque etiam sævo^u alias,¹⁷ sed ipsa juventa ad
merum pronior^v fuerat. Eaque commendatione credidere
L. Pisonem Urbis Romæ curæ^{18 w} ab eo delectum, quod
biduo duabusque noctibus perpotationem continuasset apud
ipsum jam principem. Nec alio magis^x Drusus Cæsar



Brot. 1. 2. Editio princeps, et Rezzon. *Tib. Claudio principe* Dalec. Gronov. Harduin. et recentt.—17 ‘Muretus illa, atque etiam sævo alias, delet. Mox, sed ipsi juventa Vet. Dalec.—18 Vet. Dalec. curatorem.—19 *Torquati Gro-*

NOTÆ

* *Alcibiades*] Hunc meri potu super-
asse Thraeces, Satyrus prodidit apud
Athen. lib. XII. p. 534. Vide et Plu-
tarch. Sympos. VII. 7. p. 710.

^t *Unde et cognomen*] Tricongii. Ita
Xenarchus quidam Rhodius ob biba-
citatem, *Μερήρης*, hoc est, *Congius*,
pariter est cognominatus, teste Eu-
phorione in Chiliad. apud Athen. lib.
X. p. 436. Meminit et mulieris tri-
congiæ Hedylus in Epigr. apud eun-
dem Athen. lib. XI. p. 488.

^u *Atque etiam sævo*] Mss. Reg. et
Colb. *æqueve etiam sævo*. Paris. *æquæ-
vo*.


^v *Ad merum pronior*] Sueton. in
Tiberio, c. 42. ‘In castris, tiro etiam
tum, propter nimiam vini avidita-
tem, pro Tiberio Biberius, pro Clau-
dio Caldus, pro Nero Mero vocabatur.’
Juventæ bibacitatem simul et
crudelitatem senectæ quidam versus
exprobrarunt, quos Suetonius recitat,
c. 59. ‘Fastidit vinum, quia jam
sinit iste cruorem: Tam bibit hunc
avide, quam bibit ante merum.’

^w *Urbis Romæ curæ*] Hoc est, Præ-

fectura Urbis donatum. Suetonius
in Tiberio, c. 42. ‘Postea, Princeps,
in ipsa publicorum morum correc-
tione, cum Pomponio Flacco et L.
Pisone noctem continuumque biduum
epulando potandoque consumsit: quo-
rum alteri Syriam provinciam, alteri
Præfecturam Urbis, confestim dedit,
codicillis quoque jucundissimos et
omnium horarum amicos professus.’
Seneca Ep. 83. p. 361. ‘L. Piso,
Urbis custos, ebrius ex quo semel
factus est fuit. Majorem partem
noctis in convivio exigebat: usque
in horam sextam fere dormiebat:
hoc erat ejus matutinum. Officium
tamen suum, quo tutela Urbis conti-
nebatur, diligentissime administra-
vit,’ &c.

^x *Nec alio magis*] Nec alia dote
patri similior, quam vinositate. Id
quoque de Druso Plutarchus refert
Sympos. I. 6. p. 624.—‘Drusus, Ti-
berii Aug. filius, de patris cognomine
nomen habuit Drusi; de matre Julia,
Cæsaris Augusti filia, Cæsar est dic-
tus. In nummo vetere e Gaza Regia

regenerasse^y patrem Tiberium ferebatur. Torquato^{19 z} rara gloria (quando et hæc ars suis legibus constat) non labasse sermone,²⁰ non levatum²¹ vomitione, non altera corporis parte,^a dum biberet: matutinas obisse vigilias, plurimum hausisse uno potu: plurimum præterea²² aliis minoribus addidisse: optima fide non respirasse in hauriendo, neque exspuisse: nihilque ad elidendum in pavimenti sonum²³ ex vino reliquisse, diligenti scito legum contra bibendi²⁴ fallacias. Tergilla Ciceroni M. F.^{25 b} binos congios simul haurire solitum ipsi objicit: Marcoque²⁶ Agrippæ a temulento scyphum impactum. Etenim hæc sunt ebrietatis opera. Sed nimirum hanc gloriam auferre Cicero voluit interfectori patris sui M. Antonio. Is enim^c ante eum avidissime apprehenderat hanc palmam, edito etiam volumine de sua ebrietate: quo patrocinari sibi ausus, approbavit plane (ut equidem arbitror) quanta mala per temulentiam terrarum orbi intulisset. Exiguo tempore ante prælium Actiacum id volumen evomuit: quo facile intelligatur ebrius jam sanguine civium, et tanto magis eum sitiens. Namque et hæc necessitas vitium comitatur, ut bibendi consuetudo augeat aviditatem. Scitumque est



nov. et al. ante Harduin.—20 Chiff. *sermonem*.—21 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *nec levatum* Gronov. et al.—22 Chiff. *propterea*.—23 Hermol. *summum*.—24 'Chiff. *bibendum*. Forte, *bibentum*.' Dalec.—25 *Ciceronis M. filium* cod. Dalec. *Ciceronem M. filium* Gronov. et al.

NOTÆ

ΔΡΟΥΣΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΓΟΥΣΤΟΥ ΥΙΟΣ.
Drusus Cæsar Augusti Tiberii filius.
 In altera parte capita duo nuda et adversa, Drusi liberorum, superpositis nominibus, priori, ΤΙΒ. alteri ΓΕΡ. hoc est, *Tiberius et Germanicus*, infra, ΚΑΙΣΑΡΕΣ, *Cæsares*: quia de stirpe Cæsaris Augusti: quippe ex Druso nati, qui filius Tiberii Augusti fuit, et Juliae Cæsaris Augusti filia. Nomen alteri e gemellis ab avo Tiberio fuit, alteri ab avunculo Germanico Cæsare, fratre Liviæ, quæ Drusi conjux.

Ed. sec.

^y *Regenerasse*] Ea voce usus antea non semel VII. 10. Et XII. 5. 'Platani satæ regeneravere vitium.'

^z *Torquato*] Mediolanensi, de quo proxime dictum est.

^a *Non altera corporis parte*] Quænempe micturimus. Hunc igitur nec vomitione levatum ait, nec urina.

^b *Ciceroni M. F.*] Marci Tullii Filio. Sic Mss. Reg. Colb. &c.

^c *Is enim*] M. Antonius Triumvir.

Scytharum legati, ‘quanto plus biberint, tanto magis sitire Parthos.’^d

XXIX. Est et Occidentis populis sua ebrietas, fruge madida: e pluribus modis per Gallias^f Hispaniasque, nominibus aliis, sed ratione eadem. Hispaniæ jam et vetustatem ferre ea genera docuerunt. Ægyptus quoque^g e fruge sibi potus similes excogitavit: nullaque in parte mundi cessat ebrietas: meros quippe hauriunt tales succos, nec diluendo, ut vina, mitigant. At herculesⁱ illic tellus fruges parere videbatur. Heu, mira vitiorum solertia, inventum est quemadmodum aqua quoque inebriaret. Duo sunt liquores corporibus humanis gratissimi, intus vini, foris olei,^h arborum e genere ambo præcipui, sed olei necessarius. Nec segniter vita in eo elaboravit. Quanto tamen in potu ingeniosior apparebit, ad bibendum generibus centum nonaginta quinque, (si species vero æstimentur, pæne duplici numero,) excogitatis, tantoque paucioribus olei: de quo in sequenti volumine dicemus.



—26 Cod. Dalec. *marcidoque ac*; Vet. Dalec. *Marcoque Agr. a marcido et temulento.*

CAP. XXIX. 1 Ita cod. Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *At hercule Gronov. et al. vett. illis Vet. Dalec. ‘Lego, At hercule solas illic tellus.’ Dalec.*

NOTE

^d *Sitire Parthos*] Erasmus vide, Chiliad. iv. Cent. 10. Adag. 21. ‘Parthi quo plus biberint.’

^e *Fruge madida*] Frumento, hordeo, avena, olyra, milio, panico. Vide Geopon. vii. 34. p. 203.

^f *Per Gallias*] Ubi ex hordeo cervisia fit, *de la bière.* Extat in Anthol. i. 59. epigramma quintum Juliani Imp. in vinum Galliarum ex hordeo, oppido sanè elegans: ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ ΒΑΣΙΛΕΩΣ εἰς οἶνον ἀπὸ κριθῆς. Τίς, πόθεν εἰς Διόνυσσε; μὰ γὰρ τὸν ἀληθέα Βάκχον Οὐ σ’ ἐπιγιγνώσκω τὸν Διὸς οἶδα μόνον. Κεῖνος νέκταρ ὕδωδε, σὺ δὲ τράγον ἦ ῥά σε Κελτοί, Τῇ πενή βοτρύων, τεύξαν

ἀπ’ ἀσταχίων; Τῶ σε χρὴ καλέειν Δημήτριον, οὐ Διόνυσον, Πυρογενῆ μᾶλλον, καὶ βρόμον, οὐ Βρόμιον. Quod feliciter satis Grotius ita reddidit: *Unde, quis es Liber? hic sit mihi Liber amicus? Non mihi tu notus, sed puer ille Jovis. Ille ut nectar olet, tu ceu caper: an fera te gens Ex spica genuit Celtica, vitis egens? Hinc Cerealis eras meliori jure vocandus, Non satus ex Semela matre, sed ex simula.*

^g *Ægyptus quoque*] Ex hordeo, teste Hecatæo apud Athen. i. x. p. 447. et Herod. ii. 77. p. 118.

^h *Foris olei*] Simile est quod de Pollione dicetur xxii. 53.

NOTÆ ET EMENDATIONES

AD LIBRUM XIV.

NATURALIS HISTORIÆ

C. PLINII SECUNDI.

1. CAP. I. *Eodem tamen, habendique ad spes, omnium tendente voto*] In hujus loci explicatione exercuere se frustra summa ingenia. Rhenanus legendum putavit: *Eodem tamen, habendique spes omnium accendentē voto*. Hoc est, eodem voto, nempe habendi, spes omnium accendente. Parm. edit. *Eodem tamen habendi quæstus ad spes omnium tendente voto*. Pintianus: *Eodem tamen, quæstus spe, omnium tendente voto*: expuncta habendi vocula. Nobis ab omnium Mss. fide, qui lectionem eam, quam secuti sumus, totidem apicibus repræsentant, discedere religio fuit: nulla Frobenio, qui princeps et auctor ita edendi fuit, quemadmodum in libris hactenus editis habetur: *Eodem tamen habendi, quo eat spes, omnium tendente voto*.

2. CAP. II. *Quam odorifera*] Ita restituumus admonitu codicum Reg. Colb. Th. et aliorum. Nullus enim, ipso attestante Rhenano, habet *quantquam odorifera*, ut in libris vulgatis legitur. Et vox ipsa *quantquam*, quæ statim iterum occurrit, locum hic sibi debere negat. Et ipsa loci sententia,

quam odorifera, hoc est, præterquam odorifera, legi postulat: ait enim vitium bono, gentium ceterarum, terrarumque, si odoriferas exceperis, bona superari: ac veluti se ipse deinde retexens, oratoria correctione, ne hæc ipsa quidem odorifera bona excipi oportere subjicit: 'Quantquam,' inquit, 'ubicumque pubescentium vitium odori nulla suavitas odoriferarum arborum præfertur.'

3. CAP. III. *Populus arbor*] Sic libri omnes, etiam Mss. proxime appellati. Sunt tamen, qui *opulus arbor* legi hoc loco ex Columella malint: quibus ego lubens assentior. Sic enim ille, v. 7. p. 192. 'Est et alterum genus arbusti Gallici, quod vocatur Rumpotinum: id desiderat arborem humilem, nec frondosam: cui rei maxime videtur idonea opulus: ea est arbor corno similis. Quin etiam cornus, et carpinus, et ormus, nunquam et salix a plerisque in hoc ipsum disponitur.' Itaque Rumpotinum Columellæ arbusti genus est, ὁ δένδρον, vitibus maritandis idoneum, ex opulo, cornu, aliisque conditum,

quemadmodum ulmarium ex ulmis. Ipsæ vero arbores, quibus rumpotinum constabat, rumpotinæ quoque et ipsæ dicebantur, teste eodem Columella, p. 198. Plinius xxiv. 112. ‘Rumpotinum arbore demonstravimus inter arbusta.’ Peculiare arboris genus hac voce signat: atque, ut arbitror, opulum eam, de qua Columella. Quo vero nomine appellari apud nos oporteat, atque adeo num apud nos vivat, disceptant herbarii. Verum et populum in hos usus olim adhibitum hand temere credimus: cum hodieque ad Bononiam, Parmam, Placentiamque, in agris vites, infinita serie, arborumque potius nemora populnearum, ulmorumque sint, in quibus sublevatæ ab humo vites cum pendulis racemis jucundo propendent spectaculo.

4. Ibid. *Et aliæ improbo reptatu, pampinorumque superfluitate, peritia domini, amplo discursu atria media complentes*] Ita quidem Parmensis editio, aliæque. At in Mss. Reg. Colb. Th. &c. hoc tantum: *Et aliæ improbo reptatu, pampinorumque peritiam damna discursu atria media complentes.* Quæ quidem verba expedienda aliis et corrigenda relinquimus, properantes ad majora.

5. CAP. IV. *Principatus datur Ammineis*] Ita hæc vox scribitur etiam Ausonio Epist. II. ad Ursulum: ‘Solutus qui Chium miscet, et Ammineum.’ Alii Aminæum scribunt. Q. Serenus cap. 38. pag. 150. ‘Aut in Aminæo cochleas haurire Lyæo.’ Hesych. pag. 74. Ἀμινᾶιος, δι’ ἐνδὸς ν, οἶνος ἢ γὰρ Πευκετρία, Ἀμινᾶτα λέγεται. Ex quo Hesychii loco, Macrobium emendamus, apud quem in vulgatis codicibus ita legitur Saturn. II. 16. pag. 379. ‘Uva Aminæa, scilicet a regione: nam Aminæi fuerunt, ubi nunc Falernum est.’ Lego, ‘ubi nunc Salentum est,’ nempe Salentinus ager, ubi olim Peuketia regio, Plinio teste III. 16. Nugatur, ut sæpe Servius, qui Amine-

um dici vinum putat, quasi sine minio, id est, rubore: cum nigram Ammineam Plinius agnoscat hoc ipso cap. Obtinuit deinde usus, ævo Galeni, ut vetustissima quæque vina, neque Itala modo, sed Græca quoque, Aminæa dicerentur.

6. Ibid. *Germana minor acino, melius deflorescit*] Prius melior legebatur. At Mss. omnes, Reg. Colb. Th. &c. melius: ipseque Columella, a quo hæc emanarunt: sic enim ille Rei Rust. III. 2. pag. 84. de Ammineis: ‘Duas germanas cognovimus: quarum minor ocyus et melius deflorescit: habilis arbori, nec non jugo,’ &c.

7. Ibid. *Austeritatem annis accipiunt. Etruria nulla magis vite gaudet*] Pliniani interpolatores sic locum hunc ediderant: *austeritatem annis accipiunt, et rubra fiunt. Nulla magis vite gaudet.* Cum et vox ea fiunt a Mss. omnibus libris absit, et quid ea verba postrema significant obscurum sit. In Mss. Reg. 1. et Colb. 2. accipiunt et rubra nulla magis. In Th. *Et rubria nulla magis.* At in Reg. 2. et Chiffli. planissime, accipiunt. *Etruria nulla magis, &c.* Et sane cum cuique generi suum hactenus assignari in Italia natale solum, Ammineis Vesuvium Surrentinosque colles, Rubellis Nomentum, Apianæ cujatessint, nusquam aperit, nisi hoc loco facit. Sic Plinius ipse inferius, hoc ipso cap. de helvenaca vite: ‘Nulla,’ inquit, ‘vitium minus Italiam amat.’

8. Ibid. *Visula magis quam denso uvarum partu*] Libri hactenus vulgati, *Vix ulla magis tam denso.* Sinceram lectionem eruimus tum ex Mss. 1. Colb. Th. aliorumque, in quibus *visulla magis quam denso* legitur, tum vero maxime, quod multo est certius, ex Columella, quem Plinius hoc loco auctorem sequitur, et ad verbum prope transcribit: ut in Notis vidimus. Et vero Visulam aperte Plinius ipse appellat paulo inferius. Sed et voculam excidisse præterea amanuensi-

bus autumamus, integrumque fore locum, si sic legatur, *Visula materia magis quam denso uvarum partu*. Cum scilicet ii viderent scriptum per notas et compendia, *Visula mää magis*, medias hasce literulas, quibus *materia* indicatur, ceu superfluas induxere. Susplicandi causa ex Columella ipso ducitur, qui postquam de Bituricis uvis aliisque egit, III. 2. pag. 87. 'Visulæ deinde ab his,' inquit, 'fertiles vastis materiis, et uvis exuberant.' Sed desunt Mss. codices qui conjecturæ faveant. Itaque indico tantum, non iudico.

9. Ibid. *In pergulis vero seruntur esariæ appellatæ, e duracinis albæ nigræque: et bumasti totidem coloribus*] Hæc summa fide expressa lectio a codicibus Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. Chiffli. vet. Dalec. et Paris. In Parm. edit. *eduræ acinis*. Frobenius interpolavit, *hederæ acinis*, ex animi conjectura: cui Salmasius favit, in Solin. pag. 366. ita emendans: *In pergulis vero seruntur escariæ appellatæ. Hederæ acinis albæ nigræque bumasti, totidemque coloribus*. Quam emendationem, et Mss. omnium consensus, et Pliniana ipsa oratio, et interpretatio nostra convellit. Nec bumastus igitur uva appellatur, ut Salmasius existimat, quæ acinos hederæ habet: neque hederæ acini, ut idem colligit ex hoc uno loco, *μαστοι* proprie Græcis vocantur.

10. CAP. VI. *Ducentis fere annis*] Cum hac forma loquendi Plinius noster temporis notam quo hæc edidit, post vini Opimiani ætatem, satis aperte signet quid vetat Petronii Arbitri ævum pariter agnoscere ex iis verbis ejus Satirici, pag. 114. 'Statim allatæ sunt amphoræ vitreæ diligenter gypsatæ, quarum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo, FALERNUM OPIMIANUM ANNO- RUM CENTUM.' Referunt quidem hunc scriptorem ad Neronis, ad Antoninorum alii, alii ad Gallieni principa-

tum: nullo sane omnes satis idoneo ducti argumento. Nos vel hoc uno viris cordatis nec litium amantibus persuasum iri arbitramur, esse vetustiorum multo, et Augusti temporibus supparem. Gessit Consulatum Opimius, anno, ut diximus, DCXXXIII. Media Augusti principatus tempora incidunt in centesimum abhinc annum, hoc est, DCCXXXIII.

11. CAP. VII. *Neque aliud voluptatibus*] Redundare hæc vox *voluptatibus* Mureto videtur Var. Lect. VI. 12. pag. 140. meliorque futura sententia, si ea deleatur. Hoc enim dicit, immodico vino maxime debilitari corporis vires: quod et poëtæ cecinerunt, quos eo loci recitat: sed et libri testimoniorum pleni sunt, et explorum plena vita. Illud tamen *voluptatibus*, quod expungendum credit, et Hermolaus et Politianus agnoscunt: et, quod his tutius est, Mss. omnes, Reg. Colb. Th. Chiffli. Paris. &c.

12. CAP. VIII. *Trifolinis gloriata*] Sic Mss. omnes, et editi libri. Frustra Cluverius in Ital. antiq. emendat, *Trifolinis gloria sua*. Hanc emendationem, tum Mss. omnium auctoritas, tum interpretatio nostra convellit. Quod si porro hæc vina Campaniæ propria ac peculiaria sunt, ut Plinius noster asseverat, male trifolina vina Dalecampius interpretatur ea quæ tertio foliorum exortu, nempe tertio anno, ad bibendum tempesta erant, vulgo *vin de trois feuilles*, cum hæc ubique gentium nasci possint. Ab agro Campaniæ aliquo nomen oportet accepisse, eoque Cumis vicino. Juvenalis Sat. IX. 56. 'Te Trifolinus ager sæcundis vitibus implet, Suspectumque jugum Cumis.' Trifolina vina inter plebeia pariter censi vult Martialis XIII. 114. *cujus lemma, 'Trifolinum vinum: 'Non sum de primo, fateor, trifolina Lyæo, Inter vina tamen septima vitis ero.'* *Τριφυλλινος οίνος* Galeno de Sa-

nit. Tuenda v. 5. pag. 147. tom. vi.

13. CAP. X. *Quod appellaverunt Bion*] Ita libri omnes, etiam Mss. tum hoc loco, tum XXIII. 26. *Abion* legit Turnebus Advers. xxv. 26. pag. 900. quod ἀδύναμον interpretatur: sed aliud est ab Omphacite, quod bion esse docuimus, ἀδύναμον, uti liquet ex Dioscoride: immo et ex Plinio ipso qui vinum adynamon describit c. 19. βλαιον Rhodiginus xxvi. 8. quod ad vetustatem accelerandam affuso mari cogeretur. Atqui in hoc vini genere nulla est aquæ marinæ mentio: sed in altero tantum, quod leucocoum appellarunt, et ab eo quod bion dixerunt diversum est.

14. Ibid. *Leucocoum*] Sic restituumus ex vestigiis veterum codd. Reg. 1. Colb. 1. 2. in quibus *leucooum*: Reg. 2. in quo *leucocum* legitur. In Chiffi. cod. Dalecampius, in aliis hoc Turnebus vidit Advers. xxv. 26. p. 900. Prius *leucochron* λευκόχρονον legabatur, hoc est, *albicans coloris*. Factum id porro nomen a λευκός et κῶς, hoc est, ex vini albi, et patriæ in quo gignitur, appellatione. Apposite id quidem ad totius loci sententiam. Antecedit enim ex emendatione nostra: *Coi marinam aquam largiorem miscent . . . idque translatum in album mustum, leucocoum appellatur*. Sic voce pariter composita *Hippocoum* veteres appellavere, vinum scilicet, doctore Festo, 'ex insula Coo, dictum ab agro generoso, cui nomen est Hippo.'

15. CAP. XI. *Scybilites*] Prius *Cisibilites* legabatur. At in Mss. Reg. Colb. ac Paris. *Civilitas*. Ex quo haud dubia conjectura *Scybilites* rescripsimus: suffragante Galeno de Sanit. Tuenda v. 5. pag. 148. tom. vi. Σκυβελίτης οἶνος. Et uvæ Σκυβελίτιδες κατὰ τὴν Παμφυλίαν, de Alim. Facult. II. 10. pag. 343. eod. tom. Denique Σκυβελίτης οἶνος inter vina dulcía ab eodem censetur, de Simp. Med. Fac. IV. 8. pag. 95.

16. CAP. XIV. *Egnatii Mecenii*] Egnatium Metellum vocat Valerius Max. VI. 3. p. 304. ejusque factum ait non accusatore tantum, sed etiam reprehensore caruisse. Verum non Metellum, sed Mecenium appellatum esse, testis est præter Plinium Tertullianus, qui hæc pariter ex iisdem fontibus hausisse videtur, in Apolog. c. 6. 'Circa fœminas quidem,' inquit, 'etiam ipsa illa majorum instituta ceciderunt, quæ sobrietati patrocinabantur: . . . cum mulieres usque adeo vino abstinerentur, ut matronam ob resignatos cellæ vinarîæ oculos sui inedia necarint: sub Romulo vero quæ vinum attigerat, impune a Mecenio marito trucidata est. Idcirco et oscula propinquis offerre necessitas erat, ut spiritu judicarentur.'

17. CAP. XV. *Vina erant myrrhæ odore condita*] Sic libri omnes vetustissimi, Parm. Venet. Brix. ceterique editi. Sic Reg. 2. cod. et Paris. Sic Plinius ipse scripsisse se apertissime prodit, tum hoc loco; cum ait *et calammum* in ea vina adjici: unde intelligitur peculiare jam ab eo aromatis genus fuisse designatum, myrrham videlicet: tum vero maxime c. 19. ubi vinum aromatiten describens, 'Aromatiten,' inquit, 'invenio facitatum tantum non unguentorum compositione, primo e myrrha, ut diximus:' non alio certe loco, quam isto, quem ibi spectat. Quare ceteros codices nihil moror, in quibus *miro odore condita* legitur: neque Hermolaum audio, qui *myri, μύρου*, hoc est, *unguenti*: neque Salmasium, qui p. 710. in Solin. *pomorum odore condita* reponit.

18. CAP. XVI. *Quinque Thasi vini depromam, bina Falerni*] Prius legabatur: *Quinque Thasii vini inde depromam, Falerni bina*. Gelenius legi malebat, *Quippe*. At in Reg. cod. et Th. *Quinque Thasi vini depromam vini Falerni*: omnino pro *bina Falerni*: est

enim versus heroicis integer, sive hexameter. Voculam *inde*, quæ binis syllabis constat, conflata esse ex posteriore vocis prioris syllaba, et ex priore subsequentis, nemo non videt.

19. CAP. XIX. *E naxis fit, duum denariorum pondere*] Sic restituimus ope codicum Reg. Colb. &c. in quibus *duum* planissime, nec per notarum compendia legitur: magis autem ipsius Dioscoridis admonitu, qui binas ad id quoque drachmas postulat, v. 56. Βουβίου δραχμὰς δύο κόψας κάθες εἰς κοτύλας γλεύκους τέσσαρας. Græcis κοτύλη hemina est, sive dimidiatus sextarius. Prius legebatur, *XI. denariorum*: quod cum in quibusdam exemplaribus scriptum librarii recentiores invenissent, *II. denariorum*, quæ Romani numeri nota *duum* exhibet, Arabicum esse rati, *undecim* nobis obtulere.

20. Ibid. *Juniperi, terebinthi, in Gallia lentisci*] In libris hodie pervulgatis, *tærebinthi, calami, lentisci*: cujus lectionis auctor ac princeps Frobenius extitit, haud satis considerate: nam e calamo fieri vinum aromatites Plinius paulo ante commonuit. In Mss. Reg. Colb. et Paris. *terebinthi nicallin lentisci*. Dalecampius in suo *callia* legi admonet: hoc tantum. Plane favent emendationi nostræ vestigia veteris scripturæ, resque adeo ipsa, quod in Narbonensis Galliæ ora lentiscus copiosa nascitur. Quamquam Galliæ nomine Italiam Transpadanam intelligi Galliamque Togatam a Plinio similis veri videtur, quod id ei admodum familiare est, ut xvii. 35. Columellæ quoque, iii. 3. aliisque scriptoribus. Hinc acer Gallicum in Transpadana Italia nuncupatum, xvi. 26. *In Italia lentisci* legi nolim, quod id recedat longius paulo a veteri scriptura: nec si velim, idcirco certe velim, quod *lentiscum Italicam* Plinius laudet xvii. 44. ea enim verba in mendo cubare dicturi eo loci sumus.

21. CAP. XXV. *Necnon alia, quæ est musti, pice et natura*] Inedit. Parm. *nec non alia quæ est multa pice natura*. In Reg. 2. *nec non alia quæ simul est pice et natura*. Reg. 1. *nec non alia quæ est mulsi pice et natura*. Colb. *quæ est mulci*. Chiff. *quæ est muli, &c*. Nos *quæ est musti*. Id enim spectare nobis visus est, quod sup. cap. dixit: 'Aliquibus in locis decoquunt ad sapa musta, infusisque his ferociam vinorum frangunt,' quibus infunduntur. Et quod c. 9. docuit, *Tmolitis vini dulci*, sive musto, si admisceatur, condiri vina cetera, quorum *duritia* vel sic *suavitatem accipiat, simul et ætatem*. Recessit sane longissime a veterum exemplarium vestigiis Hermolaus, quo auctore vulgati codices ita præ se ferunt, *necnon alia æque multiplici natura*: quibus verbis nulla, quæ huic loco aptari possit, sententia subest.

22. Ibid. *Picem Idæam*] Ita Reg. 2. Tolet. Paris. At in aliis, *Indicam*, male. *Picem Idæam* Piericamque laudat Didymus in Geopon. vi. 5. p. 169. Τὴν πίσσαν οἱ ἀρχαῖοι ἡμῶν παραδεδώκασι καλλίστην εἶναι τὴν ἀπὸ τῆς Ἰδης, μετὰ ταύτην τὴν ἐκ Πιερίας, κ. τ. λ. Virgilius quoque Georg. iii. 105. 'Idæas pices' dixit.

23. Ibid. *Et iris radicem, oleumque*] Ita Mss. omnes, et editi libri. *Foliumque* nihilominus legi magis placet Dalecampio: est autem folium simpliciter appellatum, malobathri folium, ut diximus xii. 25. Conjecturæ huic haud leve momentum affert, quod apud Didymum legimus in Geopon. vi. 6. p. 171. ubi φύλλον μαρ-βάθρου et calami aromatici pilulas in Italia solitas admisceri ait, ad picationem vasorum.

24. CAP. 27. *Dein cinere sarmenti aspergi*] In Mss. omnibus *aspergi* constantissime legitur: in Reg. 2. *cinere e sarmentis aspergi*. Tamen *abstergi* sincerius existimari possit, tum quod proxime sequatur, *abstersa myrrha*

suffiri: tum quod hoc ipsum explians Zoroastres in Geopon. vii. 6. p. 184. *abstergi, non aspergi, dixit: Δεῖ δὲ τοὺς πλθους παραχρῆμα σμήχειν ἄλμη, ἢ κληματίνη τέφρα, ἢ κιμωλία, ἢ ἀργιλλώδει γῆ. Dolia statim muria detergenda et mundanda sunt, aut cinere sarmentorum, aut cimolia, aut argillosa terra.*

25. CAP. XXVIII. *Ac plene infundere, ut latine vomant*] Sic gulosissimi quique vomitu sese exonerabant. Tranquillus in Vitellio c. 13. 'Sed is vel præcipue sævitiae luxuriæque deditus, epulas trifariam semper, interdum quadrifariam, dispertiebat, in jentacula, et prandia, et cœnas, commensationesque, facile omnibus sufficiens vomitandi consuetudine.' Et pinnis quidem excitari solitos ad vomitum diximus, quam consuetudinem notat idem Tranquillus in Claudio c. 33. 'Nec temere unquam triclinio abscessit, nisi distentus ac madens, et ut statim supino, ac per somnum hianti, penna in os inderetur ad exonerandum stomachum.' Et Aristophanes in Acharn. ejusque Scholiastes: Πτερὸν αἰτεῖ ἴν' ἐξεμέσῃ· εἰώθασιν γὰρ οἱ δυσμεεῖς πτερῶν χρᾶσθαι. Sant

qui et eo pertrahant illud Martialis iii. 82. 'Stat exoletus, suggeritque ructanti Pinnas rubentes, cuspidisque lentisci,' aliquis scilicet, e ministeriorum turba. Verum pinnis ego rubentibus eo loci, perinde atque lentisci cuspidibus, dentiscalpia intelligo, cujusmodi et hoc ævo sunt in frequenti apud omnes, qua nobiles, qua ignobiles, usu. Unde vetus parræmia apud Zenobium, Cent. v. Adag. 96. Σχῖνον διατρῶγειν. Εἰώθασιν τὸν σχῖνον τρώγειν οἱ καλλωπιζόμενοι, ἕνεκα τοῦ λευκοῦν τοὺς ὀδόντας, κ. τ. λ.

26. Ibid. *Postera die ex ore halitus cadi*] *Odorem et animam* Phædrus appellat libro tertio, fabula prima, in qua quod hactenus mendam inolevit, operæ pretium fuerit obiter castigare: 'Anus jacere vidit epotam amphoram, Adhuc Falerna fæce et testa nobili Odorem quæ jucundum late spargeret. Hunc postquam totis avida traxit naribus: O suavis anima, quale in te dicam bonum Antehac fuisse, tales cum sint reliquæ?' Perperam libri hactenus vulgati exhibent, 'qualem te dicam bonam,' id quod Latinæ aures vix ferant.


C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XV.

Frugiferae arbores: olea, &c.

I. (I.) **O**LEAM Theophrastus, e celeberrimis Græcorum^a auctoribus, Urbis Romæ anno circiter ccccxl.^a negavit nisi intra xl.^b millia passuum a mari nasci: Fenestella vero omnino non fuisse in Italia, Hispania, atque Africa, Tarquinio Prisco^c regnante, ab annis populi Romani



CAP. I. 1 Vet. Dalec. O. T. celeberrimus e Græcorum. Mox, cod. Dalec.

NOTÆ

^a *Circiter ccccxl.*] Sic libri omnes, etiam Mss. Reg. Colb. Th. &c. tum hoc loco recte, tum xiii. 30. Monendus hic porro obiter lector pœticæ studiosus, elegans esse a Passeratio carmen singulare de oliva conditum Kalendis Januar. anni 1588.

^b *Nisi intra xl.*] Sive, ut fert Græcorum mensura, intra ccc. stadia a mari: sic enim Theophrasti verba reddet iterum Plinius noster, xxi. 31. accepta, ut quibusdam videtur, e libro illius quarto Hist. Plant. c. 3. ubi is tamen non nasci omnino oleam ne-

gat nisi intra stadia xl. a mari, sed in Thebana Ægypti præfectura, ccc. stadiis nasci ait ab aquis marinis, fluviatilibusque Nili: ut ipse Plinius reddidit xiii. 19. quæ duo diversissima sunt. Experimento nunc constat reperiri oleas et in locis quoque proximis mari. Cautius itaque Colum. v. 8. p. 194. 'Hanc arborem plerique existimant ultra milliarium lx. (forte 'xl.') a mari aut non vivere, aut non esse feracem. Sed in quibusdam locis recte valet.'

^c 'Tarquinio Prisco] Est illud non

CLXXIII.^{2 d} quæ nunc pervenit trans Alpes quoque, et in Gallias Hispaniasque medias. Urbis quidem anno quingentesimo quinto, Appio Claudio Cæci nepote,^{3 e} L. Junio coss. olei libræ duodenæ assibus^f venire. Et mox anno DCLXXX. M. Seius⁴ L. F.^g ædilis curulis olei denas libras singulis assibus præstitit populo Romano per totum an-



anno circiter quadringentesimo sexagesimo.—² ‘Ita bene Ms. Reg. 2. Perperam Ms. Reg. 1. et Editio princeps, CLXXXIII. Quod immerito probavit eruditus Harduinus in altera sua editione. Id enim regum Romanorum Chronologiam pervertit.’ Brotier.—³ ‘Crediderim a Plinio fuisse scriptum, Appio Claudio C. N. Id est, Cæii nepote; et librariorum falso reposuisse, Cæci nepote. Appius Claudius erat Appii Cæci filius, Cæii nepos; ut videre est apud Ciceronem de Divin. lib. 1. et in Fastis Capitolinis.’ Idem. Mox, duodenis assibus Vet. Dalec.—⁴ M. Servius cod. Dalec.—⁵ Cn. Pompeio sep-

NOTÆ

ætatis cognomen, sed gentis, Πρίσκος: e qua præter alios et Prisca, et Priscilla, in libris sacris, et in nummis Græcis, ΠΡΙΣΚΟΣ: et in Latinis, PRISCVS ATTALVS P. F. AVG.’ Ed. sec.

^d [Populi Rom. CLXXIII.] Vide Notas et Emend. num. 1.

^e [Cæci nepote] Ita libri omnes miro consensu. Forte Cæii nepote: nam Cæci filium Tullius, et Fasti Capitolini, non nepotem, vocant. Dictaturam Appius Cæcus gessit, anno CCCCLXVI. Huic Consuli Publii prænomen fuit. In Fastis, ‘P. Claudia; AP. F. C. N. Pulcher.’ Collega, ‘L. Junius C. F. L. N. Pullus.’

^f [Duodenæ assibus] Incredibilis tum annonæ vilitas erat, ut ait Plinius XVIII. 4. Sic minimo pretio vina tum constitisse e superiore libro intelleximus, c. 16. ubi vini amphoram non amplius asses octonos venisse vidimus. Sic XVIII. 16. modii frumenti assibus permutati dicuntur.

^g [M. Seius L. F.] De quo Tullius Offic. II. 58. ‘Ne Marco quidem Seio vitio datum est, quod in caritate annonæ asse modium populo dedit: magna enim se et inveterata invidia,

nec turpi jactura, quando erat Ædilis, nec maxima liberavit.’—‘Fuit ex gente Seia Ælius Sejanus, ut jam diximus. Fuit et Seia Orbiana conjux Cæii Valentis Hostiliani Messii Quinti Augusti, in nummis duobus egregiis, quos affert Tristanus, p. 660. et 661. Prior sic inscribitur, Γ. ΟΥ. ΟΥΤΙΑ. Μ. ΚΟΙΝΤΟC. CΕΒ. Γείος Ουδάλης ‘Οστυλιανός Μέσσιος Κόιντος Σεβαστός, Caius Valens Hostilianus Messius Quintus Augustus. Caput laureatum . .) (ΓΝ. ΣΕΙ. ΗΡΕΝ. CΑΛ. Β. ΟΡΒ. CΕΒ. Γνεΐα Σεΐα ‘Ηρενΐα Σαλλουστία Βαρβία ‘Ορβιανὰ Σεβαστή. Cneia Seia Herennia Sallustia Barbia Orbiana Augusta. Caput ejusdem. Alter est Latinus: CN. SEIA SALL. BARB. ORBIANA AVG. Caput ejusdem . .) (CONCORDIA AVGG. Concordia Augustorum, mariti et uxoris. Docet hic nummus, quod Historicis latuit, Hostiliani Augusti conjugem Orbianam filiam fuisse alterius Orbianæ, quæ ante annos triginta Severi Alexandri Aug. cōjux fuit, sed natam ex priore connubio cum Seio: unde filia Seii patris nomen jam olim percelebre maternis præponit nominibus.’ Ed. sec.

num. Minus ea miretur, qui sciat post annos XXII.^h Cn. Pompeii III. consulatu^s oleum provinciis Italiam misisse. Hesiodusⁱ quoque inprimis cultum agrorum docendam arbitratus vitam,⁶ negavit oleæ satorem fructum ex ea percipisse quenquam: tam tarda tunc res erat. At nunc etiam in plantariis^j serunt, translatarumque altero anno decerpuntur baccæ.

II. Fabianus negat provenire in frigidissimis oleam, neque in calidissimis. Genera earum tria dixit Virgilius,^k orchites, et radios, et pausias: nec desiderare rastros,^l aut falces,^l ullamve curam. Sine dubio et in iis solum maxime, cœlumque refert. Verumtamen et tondentur,² cum et vites: atque etiam interradi^m gaudent.



vites consule cod. Dalec. Cn. P. IIII. &c. Gronov. et al. vett.—6 Cod. Dalec. vitæ.

CAP. II. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. aut *falcem* Gronov. et edd. vett.—2 Vet. Dalec. *attendantur.*—

NOTÆ

^h *Post annos XXII.]* Anno U. C. DCCII. in quem tertius Pompeii Consulatus incidit: non, ut vulgati hactenus libri præ se ferunt, quartus, quem is nunquam gessit.

ⁱ *Hesiodus]* Nunc carmen illud intercidit.

^j *In plantariis]* Quæ et seminaria vocantur, *des pépinières*, plantarum locus, unde, cum opus est, transferuntur.


^k *Virgilius]* Georg. II. 85. ‘Nec pingues unam in faciem nascuntur olivæ, Orchites, et radii, et amara pausia bacca.’ Ubi *Orchades* Mss. exhibent, quod et carminis ratio poscit. Et apud Macrob. quidem, Saturn. II. 16. p. 379. ‘Olea orchas, radius, pausia,’ legitur. Ceteri tamen scriptores, quorum non est carminis legibus astricta oratio, orchitin vocant. Varro de Ling. Lat. I. IV. p. 28. Festus in Fragm. p. 30.

‘Orchitin Atteius Philologus in collectaneis ait esse genus oleæ, ductum ex Græco ὄρχεις, quod testiculorum sit magnitudinis: itaque vocari ex eo orchitin.’ Orchis, et radius, Colum. v. 8. p. 194. Virgilius, Plinius, aliique, ab oliva, cujus propria orchitis, et radii, pausiæque propria appellatio est, ad eorundem generum stirpem singula hæc nomina transtulere: nec oleam tamen illi, ut visum est novitio scriptori, pro oliva dixere. Nam quis oleam non desiderare rastros cum audiat, de oliva id dici, nisi bardus, existimet?

^l *Rastros]* Idem Georg. II. 420. ‘Contra, non ulla est oleis cultura: neque illæ Procurvam expectant falcem, rastrosque tenaces. Cum semel hæserunt arvis, aurasque tulerunt, Ipsa satis tellus,’ &c.

^m *Interradi]* Interradi dicuntur arbores, quando rami intermedii succi-

Consequens earum vindemia est, arsque vel major, olei musta³ n temperandi. Ex eadem quippe oliva differunt succi. Primum omnium^o e cruda, atque nondum inchoatæ maturitatis: hoc sapore præstantissimum.⁴ Quin et ex eo prima unda^p preli laudatissima, ac deinde per diminutiones: sive, (ut nuper inventum est,) exilibus regulis pede incluso.^q Quanto maturior bacca, tanto pinguior succus,



3 Gronov. et al. ante Harduin. *oleum quam musta*.—4 Cod. Dalec. *saporis*

NOTE

duntur, quoniam densitas officit: ideoque laxioribus intervallis serendæ sunt arbores. Vide quæ dicturi sumus XVII. 30. Usus fere voce Columella de arboribus c. 19. 'Arbores paribus intervallis serito, ut cum creverint, spatium habeant, quo ramos extendant. Nam si spisse posueris, neque infra quicquam serere poteris, nec ipsæ fructuosæ erunt: nisi eas interraseris.' Sic fere interlegi et intervelli Latine dicimus, ut annotaturi sumus XVII. 47. et interputari, atque interpurgari XVIII. 65.

ⁿ *Olei musta*] Sic Reg. 2. et alii: non *oleum quam musta*. Olei musta translate dixit, pro recenti oleo: a vino ducta translatione. Sic proxime antea simili translatione utitur, cum vindemiam olearum dixit. Nam proprie olivationem diceret. Festus: 'Olivetam antiqui dicebant, cum olea colligebatur: ut messem, cum frumenta: vindemiam, cum uvæ: quod vocabulum potius frequentari debebat, quam nullum: cum ejus significationis causam haberemus. Quamvis quidam olivitatem eam dicant.' At Columellæ XII. 50. olivitas est tempestivitas ad oleam decerpendam. Sed I. 1. 'olivitas largissima' cum vindemia copulatur.

^o *Primum omnium*] Quod Catoni 'oleum viride' dicitur de Re Rust.

c. 65. 'Viridis notæ' Columellæ XII. 50.

^p *Prima unda*] Oleum 'primæ notæ, id est, primæ pressuræ,' ut vocat Colum. hoc est, quod primo exprimitur, optimum: deinde quod secundo, et sic bonitatis diminutione, ut Plinius ait ipse, XIII. 23. ad deterrimum. *Le premier, le second, le troisième pressurage*. 'Sint autem,' inquit Colum. XII. 50. 'in cella olearia tres labrorum ordines: ut unus primæ notæ, id est, primæ pressuræ, oleum recipiat, alter secundæ, tertius tertiæ. Nam plurimum refert non miscere iterationem, multoque minus tertiationem, cum prima pressura: quoniam longe melioris saporis est, quod minore vi preli quasi lixivium defluerit.' Galli vocant, *de l'huile vierge*: in Gallia ex olivis maturis suo ipsarum pondere sponte id fluit.

^q *Exilibus regulis pede incluso*] Exilibus regulis samsa inclusa. Pes sive samsa, *le marc des olives*, olivarum prima fæx est, primum recrementum, olivæ denique ipsæ, ex quibus jam primæ pressuræ seu primæ notæ oleum minore vi preli expressum sit. Regula instrumentum est, quod ad facturam olei eundem præstat usum, quem fiscus, seu fiscina: cujus quidem instrumenti ac moris nec nomen ullum, nec vestigium reliquum

minusque gratus. Optima autem ætas^r ad decerpendum, inter copiam^s bonitatemque incipiente bacca nigrescere. Nostri vocant drupas, Græci vero drypetas.⁵^t Cetero distat,⁶ an maturitas illa in torcularibus fiat, an ramis : rigua fuerit arbor, an suo tantum bacca succo,⁷ nihilque aliud quam rores cœli biberit.

III. (II.) Vetustas oleo tædium affert, non item ut vino :^r plurimumque ætatis annuo est, provida (si libeat intelligere) natura : quippe temulentix nascentibus vinis uti necesse non est : quin immo^a invitat ad servandum blanda



præstantissimi.—5 Chiff. *drypetidas.*—6 *Cetero distant* codd. Dalec. et Chiff. —7 Dalec. *tantum uda succo.*

CAP. III. 1 Dalec. *item et vino.* Mox, cod. Dalec. *ætatis anno est.*—2 Chiff.

NOTÆ

est. Colum. XII. c. 50. ‘Tum diligenter mundatam olivam protinus in torcular deferri, et integram in fiscinis novis includi, prelisque subjici, ut quantum possit paulisper exprimatur.’ En primam preli undam : ‘Postea resolutis corticulis, emoliri debent, adjectis binis sextariis integri salis in singulos modios : et aut regulis, si consuetudo erit regionis, aut certe novis fiscinis samsa exprimi. Quod deinde primum defluxerit,’ &c. Quod Plinio pes, hoc samsa Columellæ : qui primum olivam integram includi regulis, seu fiscinis, postea et samsam jubet. Et vinaceorum quoque pedem, ex quo mustum tortivum exprimatur, idem Columella vocat, laudatus a nobis libro sup. c. 23. Regularum idem et c. 52. ejusdem duodecimi libri meminit : ‘Baccam,’ inquit, ‘manu stringito, et statim purgatam prelo integram subjicito, et amurcam exprimito,’ post primam videlicet preli undam expressam. ‘Deinde suspensa mola olivam frangito, eamque vel in regulas, vel in

novos fiscos adjicito, subjectamque prelo sic premito, ne vasa intorqueas, sed tantum ipsius preli pondere quantumcumque exprimi patiaris. Deinde cum sic fluxerit,’ &c. Quam priore loco samsam, olivam isto appellat.

^r *Optima autem ætas*] Colum. XII. 52. ‘Antequam oliva nigrescat, cum primum decolorari cæperit, nec tamen adhuc varia fuerit.’

^s *Inter copiam*] Ut oleum reddat, neque quam maxima, neque quam minima copia : ut bonitate item neque omnino optimæ, neque infimæ omnino notæ.

^t *Drypetas*] Hesychio δρυπετής, et Suidæ. Athenæus I. II. p. 56. Δρυπετής ἐλαίαι τὰς Ῥωμαῖοι δρύππας λέγουσι.

^a *Quin immo*] Adeo non cogit natura ut utare vino, ut etiam ad servandum diutius invitet, spe saporis melioris, quem carie ac vetustate contrahit. Contra oleum, cum ætatem non ferat, cito jubet absumi, &c.

inveterati² caries : oleo noluit parci, fecitque ea necessitate promiscuum et vulgo. Principatum in hoc quoque bono obtinuit Italia toto orbe, maxime agro Venafrano,^b ejusque parte quæ Licinianum fundit oleum : unde et Liciniæ^c gloria præcipua olivæ. Unguenta hanc palmam dedere, accommodato ipsis odore. Dedit et palatum, delicatiore sententia.³ De cetero baccas Liciniæ nulla avis appetit. Reliquum certamen inter Istriæ terram^d et Bæticæ^e par est. Vicina bonitas provinciis, excepto Africæ frugifero solo.^f Cereri⁴ totum id natura concessit : oleum ac vinum non invidit tantum :⁵ satisque gloriæ in messibus fecit. Reliqua erroris plena, quem in nulla parte vitæ numerosiorem esse docebimus.

(III.) Olivæ constant nucleo, oleo, carne, amurca : sanies hæc est ejus amara. Fit ex aquis, ideo siccitatibus^h minima : riguis, copiosa. Suus quidem olivæ succus oleum est, idque præcipue⁵ ex immaturis intelligimus, sicut de



interveterati. Mox, Vet. Dalec. *oleum noluit parci.* Deinde, cod. Dalec. *fecitque veteratica* ; Vet. Dalec. *veteratum ea.*—3 Cod. Dalec. *delicatiorem sententiam.*—4 *Ceteris* cod. Dalec. et Vet. ejusdem.—5 Al. ap. Dalec. *præci-*

NOTÆ

^b *Venafrano*] Martial. XIII. 98. 'Hoc tibi Campani sudavit bacca Venafri : Unguentum, quoties sumis, et istud olet.'

^c *Liciniæ*] De Liciniana olea Cato de Re Rust. c. 6. p. 12. Varro I. 24. et Colum. v. 8. p. 193. Iste et Licinianam et Liciniam vocat. Nomen ei a Licinio Crasso.

^d *Inter Istriæ terram*] Oleum Liburnicum, a Liburnia, quæ adhæret Istriæ, sic cognominatum, laudat Apicius I. 5.

^e *Bæticæ*] Cujus oleum et Strabo commendat I. III. καὶ ἔλαιον οὐ πολὺ μόνον, ἀλλὰ καὶ κάλλιστον. Vetus in-

scriptio apud Reines. p. 460. NEGOTIATORES. OLEARII. EX. BÆTICA. Et apud Gruterum, p. 1116. MERCATOR OLEI. HISPANI. EX. PROVINCIA. BÆTICA.

^f *Africæ frugifero solo*] Byzaceno. Vide XVII. 3.

⁵ *Non invidit tantum*] Sed et cetera quoque frugum aliarum commoda, ceu pomorum, invidit. Ita Mss. omnes : etsi Barbarus negationis particula crasa legat, *invidit tantum.*

^h *Siccitatibus*] Cælo soloque sicco. Theophr. de Causis Plant. VI. 11. p. 364.

omphacio docuimus.ⁱ Augetur oleum ad Arcturi exortum a. d. XVI. Kalendas^j Octobris: postea nuclei increscunt et caro. Cum sitienti^k imbres copiosi accessere,⁷ vitiatur oleum in amurcam. Hujus color^l olivam cogit nigrescere: ideoque incipiente nigritia, minimum amurcæ: ante eam nihil. Et error^m hominum falsus, existimantium maturitatis initium, quod est vitii proximum.⁸ Deinde, quod oleum crescere olivæ carne arbitrantur, cum succus omnis in corpus abeat,ⁿ lignumque^o intus grandescat. Ergo tum maxime rigantur. Quod ubi cura, multisve imbris⁹ accidit, oleum absumitur, nisi consecuta serenitate, quæ corpus extenuet. Omnino enim, ut Theophrasto^p placet, est olei causa calor: quare et in torcularibus, et jam in cellis¹⁰ multo igne quæritur.^q Tertia est^r culpa in parsimonia, quoniam propter impendium decerpendi expectatur, ut decidat oliva. Qui medium^s temperamentum in hoc servant,



puum.—6 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *ab Arcturi exortu XVI. Kalendas Gronov. et vulgg.*—7 Dalec. *incessere.* Mox, cod. Dalec. *in amurca.*—8 Vet. *est vitio proximum.*—9 Ita codd. Harduin. cum edd. Harduin. et recentt. *cura multa sive imbris* Gronov. et vulgg.—10 Chiff. *a cellis.*—11 Ita Harduin.

NOTÆ

ⁱ *Docuimus*] Lib. XII. c. 60.
^j *A. d. XVI. Kalendas*] Hoc est, ante diem XVI. seu die ipso XVI. Kalendas: qua de forma loquendi diximus VIII. 70. Vide Notas et Emend. num. 2.

^k *Cum sitienti*] Cum post siccitatem imbres copiosi oleam rigant, corrumpitur oleum, et plus amurcæ habet. Theophr. de Causis I. 23. pag. 226. Καὶ ἐὰν γε δὴ πλείω ποιῆ ὕδατα, καὶ χεῖρον γίνεσθαι τὸ ἔλαιον, ἀμοργῆν λαμβάνειν πλείω.

^l *Hujus color*] Theophr. de Causis VI. 11. p. 363.

^m *Et error*] Quem Theophrastus pariter loco citato animadvertit.

ⁿ *In corpus abeat*] In carnem: uude

faeces.

^o *Lignumque*] Nucleus, qui Græcis πυρήν.

^p *Ut Theophrasto*] De Causis Plant. I. 23. p. 226.

^q *Ignem quæritur*] Paratur, conficitur, servaturque. Cato, de Re Rust. c. 65. ‘Quam calidissimum torcularium, et cellam habeto.’ Colum. I. 6. p. 27. ‘Torcularia præcipue, cellæque oleariæ calidæ esse debent, quia commodius omnis liquor vapore solvitur, ac frigidibus magis constringitur: oleum quod minus provenit, si congelatur, fracescet,’ &c.

^r *Tertia est*] Theophr. loc. cit.

^s *Qui medium*] Theophr. loc. cit. et de Causis V. 4. p. 328.

perticis decutiunt, cum injuria arborum, sequentisque anni damno. Quippe olivantibus lex antiquissima fuit: 'Oleam ne^t stringito, neve verberato.' Qui cautissime^u agunt, arundine levi ictu, nec adversos percutiunt ramos. Sic quoque^v alternare fructus cogitur decussis germinibus. Nec minus,^w si expectetur ut cadat: hærendo enim ultra suum tempus, absumunt venientibus alimentum, et detinent locum.¹¹ Argumentum est, quod nisi ante Favonium^x collectæ,¹² novas vires resumunt, et difficilius cadunt.

IV. Prima ergo ab autumno colligitur, vitio operæ,^a non naturæ, pausia, cui plurimum carnis: mox orchites, cui olei: post radius. Has enim ocysissime occupatas, quia sunt tenerrimæ, amurca cogit^b decidere. Differuntur vero etiam in Martium mensem callosæ, contra humorem pugnares, ob idque minimæ, Licinia,^c Cominia, Contia, Sergia, quam Sabini regiam vocant, non ante Favonii afflatum nigrescentes, hoc est a. d. VI. Idus Febr.¹ Tunc arbitrantur eas maturescere: et, quoniam probatissimum ex iis fiat



1. 2. 3. et recentt. *Nec m. si r. ut cadat. Hærendo, &c. Gronov. et al. At m. &c. absumit, &c. detinet, &c. sub. 'fructus,' Dalec.—12 Dalec. olivæ collectæ.*

CAP. IV. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *id est ad VI. Idus Febr. Gro-*

NOTÆ

^t *Oleam ne*] Cato de Re Rust. cap. 144. p. 76. 'Oleam ne stringito, neve verberato, injussu domini aut custodis.' Stringere hic decutere est, decerpere, manu legere. Sic 'quernas glandes stringere' dixit Maro Georg. I. 305.

^u *Qui cautissime*] Ex Varrone de Re Rust. I. 55.

^v *Sic quoque*] Vel sic, inquit, injuria fit arbori, decussis germinibus: ac nonnisi altero quoque anno fructum fert arbos.

^w *Nec minus*] Subintellige, damnum.

^x *Ante Favonium*] Quo tempore is

oriatur, dictum est II. 47. et mox dicitur cap. seq.

^a *Vitio operæ*] Culturæ.

^b *Amurca cogit*] Metus amurcæ, sive metus ne in amurcam, ut dictum est superius, oleum vitietur, facit ut celerrime ea olearum genera occupentur, seu stringantur, ac demettantur. Similis forma loquendi, XIV. 28. 'Ut bibere mors cogat.'

^c *Licina*] Liciniana, Sergiana, et Culminea, Macrobio Saturn. II. 16. p. 379. Varroni hæc Colminia, Culminia Columellæ. At Cominia Palladio lib. III. in Febr. tit. 18. p. 64.

oleum, accedere^d etiam ratio pravitati videtur. Feruntque frigore sterilitatem fieri,² sicut copiam maturitate: cum sit illa^e bonitas non temporis, sed generis, tarde³ putrescentium in amurcam. Similis error^f collectam servandi in tabulatis, nec priusquam sudet premendi: cum omni mora⁴ oleum decreseat, amurca augeatur. Itaque vulgo non amplius senas libras^g singulis modiis exprimi dicunt. Amurcæ mensuram nemo agit, quanto ea copiosior reperiatur in eodem genere diebus adjectis.

Omnino in vita⁵ error est publicus, tumore olivæ crescere oleum existimantium:⁶ præsertim cum magnitudine copiam olei non constare, indicio sint quæ regiæ^h vocantur, ab aliis majorinæ, ab aliis phauliæ,ⁱ grandissimæ, alioqui⁷ minimo succo. Et in Ægypto⁸ carnosissimis olei exiguum. Decapoli vero Syriæ perquam parvæ, nec capari majores, carne tamen⁹ commendantur. Quam ob causam Italicis transmarinæ præferuntur in cibus, cum oleo vincantur: et in ipsa Italia ceteris Picenæ,^j et Sidicinæ.



nov. et al. ante Harduin.—2 Dalec. *suavitatem fieri*.—3 Dalec. *tarditate*.—4 Cod. Dalec. *cum omni mora*.—5 Chiff. *in victu*.—6 Idem codex, *existimandi*.—7 Gronov. *alioquin*.—8 *Est et in Ægypto* cod. Dalec.—9 Dalec. *maiores*

NOTÆ

^d *Accedere*] Patrocinari quodammodo errori hominum prave iudicantium ratio nonnulla videtur.

^e *Cum sit illa*] Cum olei bonitas non tempori, sed olivarum naturæ tribuenda sit: quæ si diutius in arbore hærent, putrescant, nec oleum reddunt, sed amurcam.

^f *Similis error*] Cato de Re Rust. c. 64. 'Olea ubi matura erit, quam primum cogi oportet: quam minimum in terra et in tabulato esse oportet. In terra et in tabulato putrescit.'

^g *Senas libras*] Olei scilicet, e singulis olearum modiis.

^h *Quæ regiæ*] A Sergia diversæ,

quam Sabini quoque regiam appellant, ut paulo ante dictum est.

ⁱ *Phauliæ*] Pauliæ Macrobio Saturn. II. 16. p. 379. male pro *Phauliæ*. De his Theophrast. de Causis Plant. VI. 11. p. 364. ὦν δὲ ἡ σὰρξ πολλή, ὁ δὲ πυρὴν μικρὸς, ὀλιγοελαίοι, καθάπερ αἱ φαυλίας. Quibus caro multa, nucleus vero minimus, succum sive oleum parvissime fundunt, ul phauliæ.

^j *Picenæ*] Martialis pariter I. 1. p. 44. laudat eam, 'Quæ de Picenis venit oliva cadis.' Et v. 79. 'Succurrent tibi nobiles olivæ, Piceni modo quas tulere rami.' Sidicinæ vero a Teano Sidicino nomen accepere, de quo III. 9.

Sale illæ^k privatim condiuntur,¹⁰ et, ut reliquæ, amurea, sapave: necnon aliquæ^l oleo suo sine accessita commendatione. Muriaë innatant^m colymbades:¹¹ franguntur eadem, herbarumque^o viridium sapore condiuntur. Fiunt et præcoces^p ferventi aqua perfusæ, quamlibet immaturæ. Mirumque, dulcem succum olivas bibere, et alieno sapore^q infici. Purpureæ sunt et in iis, ut uvis, in nigrum colorem transeuntibus,¹² pausiæ. Sunt et superbæ,^r præter jam dicta genera. Sunt et prædulces, per se tantum^s siccataë, uvisque passis dulciores, admodum raræ in Africa, et circa Emeritam Lusitaniæ. Oleum ipsum sale vindicatur a pinguitudinis vitio.¹³ Cortice oleæ conciso odorem accipit^t

//////////

carne oleo tamen.—10 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *illæ primum condiuntur* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *et ut r. muria, sapave* Vet. Dalec.—11 Ita codd. Regg. et Editio princeps; *accessita commendatione. Muriaë, &c.* Harduin. et recentt. *accessita commendatione puræ innatant, colymbades* edd. vet. Cod. Dalec. *innatant. Colymbades franguntur, eademque herbarum.* ‘Lego, *commendatione. Muriaë innatant colymbades,*’ &c. Dalec.—12 Vet. Dalec. *uæ in nigrum colorem transeuntes.*—13 Cod. Dalec.

NOTE

^k *Sale illæ*] Colum. XII. 47. p. 453. ‘Alii sive contuderint, sive insecuerint olivas, modico sale cocto... immiscent: deinde sapatam vel passum infundunt.’ Vide et c. 48. p. 456.

^l *Necnon aliquæ*] Columella XII. 47. ‘Olivæ pausiæ, cum jam decolorantur, antequam mitescant, cum petiolo leguntur, et in oleo quam optimo servantur: hæc maxime nota, etiam post annum, representat viridem saporem olivarum.’

^m *Muriaë innatant*] Vide Notas et Emend. num. 3.

ⁿ *Colymbades*] Κολυμβάδες dicuntur, παρὰ τὸ κολυμβᾶν, ab *innatando*, quod muriaë innatent, inquit Athenæus lib. IV. p. 133. unde et ἀλμάδες eadem vocatæ, ἀπὸ τῆς ἄλμης, a *muria*. Cælius Aurel. Chronic. c. 3. ‘vel natan- tibus olivis, quas colymbadas appellat:’ unde et νηκτρίδες, ἀπὸ τοῦ

νήχεσθαι, hoc est, *natare*, Polluci dicuntur VI. 8.

^o *Herbarumque*] Præsertim fœniculi, ut auctor est Colum. XII. 47. p. 453. qui mos hodieque in Gallia Narbonensi obtinet: apii quoque et rutæ, ex eodem, c. 48. p. 456.

^p *Et præcoces*] Hoc est, aptæ cibo, ac mensis: nec ferventi tantum aqua perfusæ, sed et lixivio cinere in Gallia.

^q *Et alieno sapore*] Herbarum, ut dictum est, sapore, ac muriaë, sapæve.

^r *Et superbæ*] Hispanicam nunc olivam vocant, *olive d’Espagne*, crassam et carnosam, nucis magnitudine.

^s *Per se tantum*] Non igne, aut Sole siccataë, sed sola ætate.

^t *Odorem accipit*] Si cortex oleæ concidatur, inquit, quod oleum ex olivis exprimitur, refert unguenti

medicati: ¹⁴ alias, ut vino, palati gratia nulla est. Nec tam numerosa ^u differentia: tribus ut plurimum bonitatibus distat. Odor ¹⁵ in tenui argutior, ^v et is tamen etiam in optimo ¹⁶ brevis. ^w

v. (IV.) Oleo natura ^a tepefacere corpus, et contra algores munire: eidemque fervores capitis refrigerare. Usus ejus ad luxuriam vertere Græci, vitiorum omnium genitores, in gymnasiis publicando. Notum est, magistratus ^b honoris ejus octogenis ^c sestertiis strigmenta olei vendidisse. Oleæ honorem Romana majestas magnum præbuit, ¹ turmas equitum ^d Idibus Juliis ex ea coronando: item mi-

a pinguedinis vitio.—14 Cod. Dalec. *conciſæ od. accepit. Medicatio; Parm. conciſæ od. accepit. Medicatio alias ut vino.* ‘Lego, Cortice olea conciso odorem accipit medicatum, alias palato gratia nulla est. Nec tam. num. ut vini differentia.’ Dalec. *Cor. ol. con. od. ac. medicatio* Chiff. —15 Cod. Dalec. *distat odor.*—16 Idem codex, *optima.*

CAP. V. 1 Chiff. *magnum perhibuit.*

NOTÆ

odorem: alias palatum non ullo eximio sapore invitat, titillatve: sicut nec vinum, ni vitis ante putetur. Hæc perperam, ut alia quam multa, Dalecampius accipit.

^u *Nec tam numerosa*] Nec tot olei quot vini, genera.

^v *Argutior*] Acutior.

^w *Brevis*] Non durabilis, etiam in oleo optimo: cum plurimum ætatis annuo sit, ut dictum est c. 3.

^a *Oleo natura*] Hæc pariter Diosc. I. 30. De Græcorum gymnasiis, scite Prudentius in Hamartig. vs. 365. ‘Sic Lacedæmonias oleo madduisse palæstras Novimus, et placidum servire ad crimina succum.’

^b *Magistratus*] Gymnasiarchas, et athletarum ludis præfectos.

^c *Octogenis*] Sestertia hic generis, ut vocant, neutri intellige: quorum singula sestertios valeant mille: octogena, millia octoginta: seu monetæ Gallicæ libras 8000. De his olei strig-

mentis, quæ eradi e balineis solebant, quos ad usus medicinæ utilia putarentur, dicitur XXVIII. 13.

^d *Turmas equitum*] Livius in fine libri IX. p. 170. ‘A Q. Fabio Maximo institutum dicitur, ut Equites Idibus Quintilibus transveherentur.’ Et de eo more Suetonius in Augusto, cap. 38. ‘Equitum turmas frequenter recognovit, post longam intercedentem reducto more transvectionis.’ De hoc ritu multa prolixè Dionysius Halic. Antiq. Rom. lib. VI. p. 351. *Θυσίαι τε πολυτελείς, ἅς κατ’ ἕκαστον ἐνιαυτὸν ὁ δῆμος ἐπιτελεῖ διὰ τῶν μεγίστων ἱππέων ἐν μηνὶ Κυβητιλίῳ λεγομένῳ, ταῖς καλουμέναις εἰδοῖς, ἐν ἧ κατάρθωσαν ἡμέρᾳ τόνδε τὸν πόλεμον.* ‘Ἐπὲρ ἅπαντα δὲ ταῦτα, ἧ μὲν τὴν θυσίαν ἐπιτελουμένην πομπὴ τῶν ἐχόντων τὸν δημόσιον ἵππον, οἱ κατὰ φυλάς τε καὶ λόχους κεκοσμημένοι στοιχηθὸν ἐπὶ τῶν ἵππων ὀχούμενοι πορεύονται πάντες, ἐκ μάχης ἦκοντες, ἐστεφανωμένοι θαλλοῖς ἐλαίας,

noribus triumphis ovantes.^c Athenæ quoque victores olea coronant, Græci vero oleastro^f Olympiæ.

VI. (V.) Nunc dicentur Catonis^g placita de olivis. In calido et pingui solo radium majorem, Salentinam, orchitem, pausiam, Sergianam,ⁱ Cominianam,^h albiceramⁱ seri jubet: adjicitque^j singulari prudentia, quam earum in finitimis locis² optimam esse dicant. In frigido autem et macro, Liciniam. Pingui enim aut ferventi vitiari ejus oleum, arboremque ipsam fertilitate consumi: musco præterea^k rubro infestari.³ Spectare oliveta^l in Favonium loco exposito Solibus censet: nec alio ullo modo laudat.



CAP. VI. 1 Ita Gronov. et aliæ edd. ante Harduin. qui in editione secunda dedit *Sergiam*, eumque secuti sunt Miller. et Franz. *Sergianam* Harduin. 1. et Bipont. Mox, Cato, *colminianam*, pro *Cominianam*.—2 Cato et Vet. Dalec. in iis locis.—3 Chiff. et robo infestari.—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. et re-

NOTÆ

καὶ πορφύρας φοινικοπαρούφους ἀμπεχόμενοι τηβέννας, τὰς καλουμένας τραβέας, κ. τ. λ. *Splendidum sacrificium, quod populus Rom. quotannis per insignes equestris ordinis viros Idibus Quintilibus peragit, qua die hæc illi victoria contigit. Præter omnia vero post sacrificium transvectio eorum qui equos habent ex publico, qui per tribus et centurias distincti ordine in equis vehuntur omnes, quasi e pugna redeant, coronati fronde oleagina, et palmatis e purpura togis amicti, quas vocant trabeas, &c.*

^c *Ovantes*] *Ovantium* igitur corona et oleaginea fuit, et myrtea, laureaque, ut dicitur c. 38. Sed et ‘oleagineis coronis,’ inquit Festus, ‘ministri triumphantium utebantur, quod Minerva Dea belli esse putabatur.’ Quare Virgilius, qui se triumphorum Augusti Cæsaris ministrum deligi et haberi studuit, ita cecinit Georg. III. 21. ‘Ipse caput tonsæ foliis ornatus olivæ Dona feram.’

^f *Oleastro*] Vide Geopon. IX. 1. p. 218. et 219. Archias in Anthol. I. 1.

Τέσσαρες εἰσιν ἀγῶνες ἀν’ Ἑλλάδα, τέσσαρες ἱροί. Ἔθλα δὲ τῶν κότινος, μῆλα, σέλινα, πίτυς. Hoc est, interprete Grotio: *Bis duo Grajugenæ certamina sacra celebrant: Dona: apium, rium, malu, feræque oleæ.* Quæ Lúcianus in Anacharsi, sive de gymnasiis, fere complexus, p. 787. Ὀλυμπιάσι μὲν στέφανος ἐκ κοτίνου, Ἴσθμοῦ δὲ ἐκ πίτυος, ἐν Νεμέᾳ δὲ σελίνων πεπλεγμένος.

^g *Catonis*] Libro de Re Rust. c. 6. p. 12. Eadem Varro transcribit ex Catone de Re Rust. c. 24. Confer ea cum iis quæ Geopon. auctor affert IX. 4.

^h *Cominianam*] Cato, ‘Colminianam.’ Varro, ‘Colminiam, albicerem.’ Columella XII. 49. ‘Culmineam,’ ut supra monuimus.

ⁱ *Albiceram*] A Macrobio Saturn. II. 16. p. 379. *albigerus* pro *albicerus oleu* appellatur.

^j *Adjicit*] Verba hæc sunt Catonis, ‘Quam earum in his locis optimam dicent esse, eam maxime serito.’ Ex Plinio certe emendandum, *vicinis locis.*

(VI.) Condi^m olivas optime, orchites, et pausias, vel virides⁴ in muria, vel fractas in lentisco. Oleum quamⁿ acerbissima oliva optimum fieri.⁵ Cetero^o quam primum e terra colligendam: si inquinata sit, lavandam: sicari triduo satis esse. Si gelent frigora, quarto die premendam: hanc et sale⁶ aspergi. Oleum in^p tabulato minui, deteriusque fieri: item et in amurca,^q et fracibus: hæ sunt carnes, et inde fæces.⁷ Quare sæpius die capulandum: ⁸ r præ-



centt. Gronov. et al. ante Harduinum exhibent, *censet*. CAP. VI. *Nec alio u. m. laudat, condi olivas, optime orchites, et pausias, quam vel virides.* Pro *optime*, margo edd. Dalec. et Gronov. *maxime*. Cod. Dalec. *optime orchites, et pausias, vel virides, quam in muria.*—5 ‘*Ms. quam acerbissimum diu (leg. die, i. e. tempore) optimum fieri.*’ Dalec.—6 Cod. Dalec. *colligendu: si inquin. sit, lavanda: s. t. s. esse si g. frigora. Quarto die premenda. Has et sale.*—7 Dalec. *et nudæ fæces.*—8 *Q. s. die decapulandum* Gronov. et al. ante Harduinum, qui

NOTE

^k *Musco præterea*] Vide Notas et Emend. num. 4.

^l *Spectare oliveta*] Varro loc. cit. ex Catone, ‘Agrum oliveto conserendo, nisi qui in ventum Favonium spectet, et Soli ostentus sit, alium bonum nullum esse.’ Catonis eadem verba sunt c. 6. Colum. quoque v. 9. p. 196. et Palladius lib. III. in Febr. tit. 18. p. 64.

^m *Condi*] Cato c. 7. p. 13. ‘Oleas orchites, posias: eæ optime conduntur, vel virides in muria, vel in lentisco contusæ;’ hoc est, in oleo lentiscino. Sic etiam Varro I. 60.

ⁿ *Oleum quam*] Cato c. 65. p. 46. ‘Quam acerbissima olea oleum facies, tam oleum optimum erit.’

^o *Cetero*] Verba Catonis, loc. cit. ‘Oleum viride sic facito: Oleam quamprimum ex terra tollito: si inquinata erit, lavito: a foliis et stercore purgato. Postridie, aut post diem tertium quam lecta erit, facito. Si gelicidia erunt, cum oleam coges, triduum aut quatrimum post, oleum facito. Eam oleam, si voles, sale in-


spergito.’

^p *Oleum in*] Cato c. 64. p. 45. ‘Nolito credere oleum in tabulato posse crescere . . . olea quæ diu fuerit in terra, aut in tabulato, inde olei minus fiet, et deterius.’ Hoc Catonis placitum laudat maximopere Colum. XII. 50. p. 462. Oleum certe in tabulato crescere tam falsum est, quam in area, frumenta crescere.

^q *Item et in amurca*] Subintellige, minui oleum: si in amurca diutius maneat, vel in fracibus. Sic olivarum carnes vocant, quæ ubi succus omnis, hoc est, oleum fluxit, cum nuclea manent: et ex iis sunt fæces, *le marc des olives*.

^r *Capulandum*] Deplendum, dehauriendum, in alia labra seu vasa transferendum: ‘Nam quanto sæpius translatione ipsa ventilatur, et quasi exercetur,’ inquit Columella XII. 50. p. 460. ‘tanto fit liquidius, et amurca liberatur.’ Cato, c. 66. ‘Ubi factores vectibus prement, continuo capulato concha oleum quam diligentissime poterit tollat, nec cesset: oleum

terea in conchas, et plumbeas^s cortinas : ære vitiari. Fer-
ventibus^t omnia ea fieri clausisque^u torcularibus, et quam
minime ventilatis : ideo nec ligna^v ibi cædi⁹ oportere : qua
de causa e nucleis ipsarum ignis aptissimus. Et e cortinis
in labra fundendum, ut fraces¹⁰ et amurca liquentur.^w Ob
id crebrius^x vasa mutanda,¹¹ fiscinas^y spongia tergendas,
ut quam maxime pura sinceritas constet. Postea inven-
tum, ut lavarentur utique ferventi aqua : protinus prelo
subjicerentur solidæ ; ita enim amurca exprimitur : mox
trapetis^z fractæ premerentur iterum. Premi plus¹² quam



lectionem nostram dedit ex codd. manuscriptis.—9 Margo edd. Dalec. et Gronov. *accendi*, e Colum.—10 Chiffi. *ut fæces*. Mox, Dalec. *et amurca linguantur*.—11 Ita codd. Harduini et Pintian. cum edd. Harduin. et recentt. *mundanda* Gronov. et al. vett.—12 ‘ Aliter dividunt Mss. Reg. 1. et 2. et Editio princeps. Sic enim habent, *premerentur*. *Iterum premi plus*. Quod non est spernendum, si ita intelligatur : Primum, olivæ solidæ subjiciuntur prelo, et amurca exprimitur. Secundum, trapetis fractæ premuntur, et is est post molam flos, *l’Huile vierge*. Tertio iterum premuntur, et oleum tortivum cibariumque exprimitur.’ Brotier. Harduin. et recentt. *trapetis premuntur ite-*

NOTÆ

in labrum primum indito : inde in alterum dolium,⁷ &c. Capulator a capulis, quæ sunt ansata vasa, nomen habet. Idem Cato c. 64. p. 45. ‘ Oleum, si poteris, bis in die depleto : nam oleum quam diutissime in amurca et in fracibus erit, tam deterrimum erit.’ Et c. 67. ‘ Oleum frequenter capulet.’ Huc pertinere arbitramur inscriptionem veterem, apud Gruter. ex Sirmondo, p. 108. CAPLATORES. TIBVRTES. Iidem et dolearii, credo, appellati, quod oleum in dolia diffunderent. Apud eundem Gruterum, p. 583. CHRYSOGONVS. SER. DOLEAR. ‘ Servus dolearius.’

^s *Et plumbeas*] Cato c. 66. p. 46. ‘ Cortinam plumbeam in lacum ponito, quo oleum fluat . . . Vase aheneo ad oleum ne utatur : nam si utetur, oleum male sapiet.’ Cortina Gallis, *une chaudière*.

^t *Ferventibus*] Calidis, ut diximus c. 3.

^u *Clausisque*] Cato loc. cit. ‘ Caveat quam minimum in torcularium et in cellam introëatur.’ Vide et Colum. XII. 50. p. 461. Torcularium, *le pressoir*.

^v *Ideo nec ligna*] Cato c. 47. ‘ Ligna in torculario ne cædant.’

^w *Liquentur*] Sic libri omnes, etiam Mss. Hoc est, ut fraces et amurca, quæ in fundo sidunt, paulatim liquefiant, idque quod in ipsis est olei sponte reddant.

^x *Ob id crebrius*] Vide Notas et Emend. num. 5.

^y *Fiscinas*] Cato c. 67. ‘ Fiscinas spongia effingat.’ Fiscus, seu fiscina, qualis est in quo olivæ ponuntur, cum subjiciuntur prelo ut exprimantur, teste Colum. XII. 49. *Un panier d’osier*.

^z *Mox trapetis*] Varro de Ling. Lat. p. 34. ‘ Trapetes, molæ oleariæ vocantur.’ Trapetum dixit Colum. XII. 50.

centenos modios, non probant. Factus vocatur.^a Quod vero post molam primum est, flos.^b Factus tres gemino foro^{13 c} a quaternis hominibus nocte ac die premi justum est.

VII. (VII.) Non erat tum fictitium oleum: ¹ ideoque arbitrator de ea nihil a Catone ² dictum: nunc ejus genera plura. Primumque persequemur ea, quæ ex arboribus fiunt, et inter illas ante omnes ex oleastro. Tenue id, multoque amarius, quam oleæ: tantum ad medicamentum utile. Simillimum huic est ex chamelæa,^d frutice saxoso, non altiore palmo, foliis oleastri,³ baccisque. Proximum fit et e cici,^e arbore in Ægypto^f copiosa: alii crotonem, alii trixin,^{4 g} alii sesamum sylvestre appellant: ibique non pridem. Et in Hispania repente⁵ provenit altitudine oleæ, caule ferulaceo, folio vitium, semine uvarum



rum. *Premi, &c.*—13 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *Factus tergeminos fere* Gronov. et al. vett.

CAP. VII. 1 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *factitium oleum* Gronov. et vulgg.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *arbitror nihil a Catone* Gronov. et al. vett.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *olea*, e Diosc. Mox, cod. Dalec. *baccisque proximum. Fit, &c.*—4 Cod. Dalec. *alii sibi*; Diosc. *alii Seseli Cyprium*; Chiffi. *alii sibi*.—5 *Exin Hispania repente* cod. Dalec. *Et in Hisp. sponte* Dalec. *Hispania tepente* Vet. Dalec.

NOTÆ

^a *Factus vocatur*] Unde factores appellati, qui olivas premunt, apud Catonem c. 66. Factum, vel factus, ut dictum est, centeni sunt olivarum modii.

^b *Flos*] Prima unda preli, ut dictum est c. 2. *Huile vierge.*

^c *Gemino foro*] Forum in torculari locus est, quo defertur olea vel uva ut prematur: qua notione a Varrone, de Re Rust. lib. 1. 54. et a Catone c. 18. accipitur. *Une cuve.* Prius legabatur, *tergeminos fere.* In Mss, Reg. 1. *Tres gemino fero.* In Reg. 2. *tres gemino foro.*


^d *Ex chamelæa*] De qua dicemus XXIV. 82.

^e *E cici*] Diosc. IV. 164. *Κίκι, ἥ*


κρότων, οἱ δὲ σήσαμον ἄγριον, οἱ δὲ σέσει: Κύπριον, οἱ δὲ κρότωνα. Et in Nothis, *Αἰγύπτιον σύσταμνα* οἱ δὲ τρέξω 'Ρωμαῖοι βίκινουμ. Oleum ipsum *κίκινον* vocat Galenus, in explic. vocum Hippocr. tom. II. p. 81.

^f *Arbore in Ægypto*] Et arborem Dioscorides vocat, quam is describit loc. cit. ficus altitudine, platani foliis, &c. et Theophr. Hist. I. 18. Galenus quoque *κατὰ γέννη*, III. 5. p. 728. ut plane mirer a Dalecampio Plinium hoc loco insimulari erroris, qui cici arborem, non herbam, vocarit.

^g *Alii trixin*] Reg. 2. Th. et Chiffi. *alii sibi.* Reg. et Colb. 1. 2. *alii sive.* Forte, *alii sili*, quæ vox Plinio pro *seseli* familiaris.



gracilium pallidarumque. Nostri eam ricinum vocant a similitudine^h seminis. Coquiturⁱ id in aqua, innatansque oleum tollitur. At in Ægypto,^j ubi abundat, sine igne et aqua sale aspersum exprimitur, cibis fœdum, lucernis utile.^{6k} Amygdalinum, quod aliqui metopium^l vocant, ex amaribus nucibus arefactis, et in offam contusis, aspersis aqua iterumque tuis, exprimitur. Fit et e lauro, admixto druparum^m oleo. Quidamqueⁿ e baccis exprimunt tantum :⁷ alii foliis modo : aliqui folio et cortice baccarum : necnon styracem^o addunt, aliosque odores. Optima^p laurus ad id latifolia, sylvestris, nigra baccis. Simile est^q e myrto nigra : et hæc latifolia melior. Tunduntur baccæ^r aspersæ⁸ calida aqua, mox decoquantur. Alii foliorum^s mollissima decoquant in oleo, et exprimunt. Alii dejecta⁹ ea in oleum prius Sole maturant.^{10t} Eadem ratio et in sa-



—6 'In codd. Regg. Colb. Thuan. Chiff. et Editione principe, *exile*; quod forte melius. Judicent qui oleo cicino utuntur. Nunc ad medicos usus adhibetur. De ejus medica vi vide infra XXIII. 41.' Brotier. *exile* etiam cod. Dalec.—7 'Lege e Diosc. admixto omphacino oleo. Quidam ex drupis baccis exp. tantum.' Dalec.—8 Chiff. *adspersa*.—9 *Alii desecta* cod. Dalec.—10 Mar-

NOTÆ

^h *A similitudine*] Nempe a similitudine cum animaleculo ejusdem nominis, hoc est, ricino. Ita Diosc. loc. cit. Καρπὸν δὲ ἐν βότρυσι τραχέσι, λεπισθέντα ὁμοιον κρότωνι τῷ ζῳῳ. *Se-men fert in uvis asperis, quod, ubi decorlicatum est, ricinum animal repræsentant*: quod Galli vocant *Tique*.

ⁱ *Coquitur*] Hunc olei hujus concinandi modum docet et Diosc. I. 38.

^j *At in Ægypto*] Hoc totidem verbis Diosc. IV. 164.

^k *Lucernis utile*] Et Emplastris, inquit Diosc. loc. cit. Κίκων ἔλαιον, ἄβρωτον μὲν, ἄλλως δὲ χρήσιμον εἰς λύχνους, καὶ ἐμπλάστρα. In Mss. tamen Reg. Colb. Th. Chiff. *lucernis exile*. Quanquam Herod. II. 92. p. 122. et Diodor. Sic. lib. I. p. 31. oleum cicinum lucernis commendant.

^l *Aliqui metopium*] Ut dictum est XIII. 2.

^m *Druparum*] Olivarum scilicet, de quibus c. 2.

ⁿ *Quidamque*] In his Diosc. I. 49. laurinum oleum e drupis, hoc est, e lauri baccis maturitate turgentibus, in aqua decoctis confici præcipit. Τὸ δὲ δάφνηνον σκευάζεται διὰ τῶν δαφνίδων, ὅταν ᾧσι δρυοπετεῖς, ἐψομένων μεθ' ὕδατος.

^o *Nec non styracem*] Diosc. loc. cit.

^p *Optima*] Diosc. loc. cit.

^q *Simile est*] Hæc totidem verbis Diosc. I. 48.

^r *Tunduntur baccæ*] E baccis granise myrti fieri quoque Palladius docet in Januar. tit. 18. p. 49.

^s *Alii foliorum*] Diosc. loc. cit.

^t *Sole maturant*] Soli prius exponunt coquenda. Diosc. 'Ἰδίως δὲ τὰ

tiva myrto : sed præfertur sylvestris minore semine, quam quidam oxymyrsinen^u vocant, alii chamæmyrsinen : aliqui acoron^v a similitudine : est enim brevis, fruticosa. Fit et e citro,^{11 w} cupresso : nucibus juglandibus, quod caryinon^x vocant : malis¹² cedri, quod pisselæon.^{13 y} Ex grano^z quoque Guidio, purgato semine et tuso. Item lentisco : nam et cyprinum, et e glande^{14 a} Ægyptia ut fieret odorum causa, dictum est. Indi ex castaneis, et sesama, atque oryza facere dicuntur : Ichthyophagi, e piscibus.^b Inopia cogit aliquando luminum causa et e platani baccis fieri, aqua et sale maceratis. Et cœnanthinum fit de ipsa cœnanthe, ut dictum est^c in unguentis. Gleucino^d mustum incoquitur vapore lento :^a ab aliis sine igne circumdati^e

^a *Ut fiat oleum gleucinum, simul vini mustum incoquitur calore lento, &c.*



go edd. Dalec. et Gronov. *macerant.* Diosc. ἀποβρέχουσι.—11 Cod. Dalec. *quidam oxymyrs. alii chamæmyrs. vocant. Fit et ex cypro.* ‘Lego : quidam oxymyrs. alii cham. a similitudine, alii acaron, vel acares,’ &c. Dalec. Mox, *nucibus juglandis* Chiff. —12 ‘Vet. calcis, nempe ‘segmentis.’’ Dalec.—13 Gronov. et al. ante Harduin. *quod cedrelæon.*—14 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cyprinum e glande* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

φύλλα καθέντα εἰς ἥλιον, ἐν ἐλαίῳ ἀποβρέχειν.

^u *Oxymyrsinen.*] Minus apposite quidem, sed tamen ita vulgo appellante *καταχρηστικῶς*, uti dicitur oportunitus xxiii. 83.

^v *Aliqui acoron*] Sic Mss. Reg. 1. 2. aliique, non *acaron*. Plinius xxv. 100. ‘Necnon inveniuntur, qui oxymyrsinæ radicem acoron vocant,’ &c.

^w *Fit et e citro*] Sic codex Thuan. recte. De oleo citreo rursus Plinius xxiii. 45.

^x *Caryinon*] Καρύινον, de quo Diosc. i. 41. ἐκ τῶν βασιλικῶν καρῶν. De eo rursus xxiii. 45.

^y *Quod pisselæon*] Ita Reg. 1. 2. Colb. Th. Paris. &c. tum hoc loco, tum xxiv. 11. ubi de ea voce dictur sumus. Hic libri editi perperam

cedrelæon.

^z *Ex grano*] De quo diximus xiii. 35. De oleo quod ex eo fit Diosc. i. 43. Plinius rursus de eo xxiii. 45. ubi et de lentiscino.

^a *Et cyprinum, et e glande*] De cyprino c. xii. 51. De balanino, e glande Ægyptia, c. 46. ejusdem libri : rursus de utroque, xxiii. 45. et 46.


^b *E piscibus*] E piscium cetaceorum adipe.

^c *Ut dictum est*] Lib. xii. 61.

^d *Gleucino*] Γλεύκιον et Dioscorides vocat, qui qua paretur illud arte edocet, i. 67. uti et Columella xii. 51. ‘De oleo gleucino. Vas Olearium quam maximum . . . præparari oportet : deinde per vindemiam musti quam optimi generis, et quam recentissimi, sextarios lx. cum olei pondo

vinaceis diebus XXII.¹⁵ bis singulis permixtum: consumiturque mustum oleo. Aliqui non sampsuchum tantum admiscunt, sed etiam pretiosiora odoramenta. Nam in gymnasiis¹⁶ quoque conditur odoribus, sed vilissimis.

Fit et de aspalatho,^f calamo, balsamo, iri, cardamomo, meliloto, nardo Gallico, panace, sampsucho, helenio, cinnamomi radice,¹⁷ omnium succis in oleo maceratis expressis. Sic et rhodinum¹⁸ e rosis: juncinum e junco; quod est rosaceo simillimum: item hyoscyamo,^g lupinis, et narcisso. Plurimum autem in Ægypto e raphani semine, aut gramine herba, quod chortinon¹⁹ h vocant. Item sesama, et urtica, quod cnedinum²⁰ i appellant. E lilio et alibi fit sub dio, Sole, Luna, pruina²¹ maceratum. Suis herbis componunt inter Cappadociam et Galatiam, quod Selgiticum²² j vocant, nervis admodum utile: sicut in Italia Iguvini.²³ k E pice fit, quod pissinum²⁴ l appellant,



balaninum e glaude Dalec.—15 Margo edd. Dalec. et Gronov. XXX. e Diosc.—16 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. *Et in gymnasiis* Gronov. et al. ante Harduinum.—17 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. *cinnami radice* Gronov. et vulgg. *Mox, omnibus succis* Dalec.—18 *Sic et rhodium* Chiffli.—19 *Vet. Dalec. agrostinum*; Chiffli. *costinum*.—20 Margo edd. Dalec. et Gronov. *cuidinum*. Vide xxii. 15. *cnecinum* Gronov. et al. ante Harduin. cui debetur lectio nostra.—21 *Vox pruina* non legitur in cod. Dalec.—22 *Selgiticum* cod. Dalec. *Selticum* Chiffli.—23 Ita Harduin. et recentt. *in Italia e gummi* Gronov. et vulgg.—24 Ita

NOTÆ

LXXX. in id confundi: tum aromata adjici, &c. Latine mustum dixeris, mustumque oleum: est enim γλεῦκος Græce mustum.

^e *Circumdatis*] Circumdatis vinaceis vasi, quod aromata, vinum, oleumque continet: xxii. deinde diebus, (xxx. Diosc.) bis singulis hæc omnia permiscenda: post demum exprimi oleum. Diosc. loc. cit.

^f *Fit et de aspalatho*] De his fruticum herbarumque nominibus, viribusque, suis locis agimus.

^g *Hyoscyamo, &c.*] De hyoscyamino oleo Diosc. I. 42. Plinius ipse de hyoscyamino, thermino, (hoc est,

quod e lupinis fit,) narcissino, raphaninoque, xxiii. 49. De raphanino rursum xix. 26.

^h *Chortinon*] Est Græcis gramen χόπρος.

ⁱ *Quod cnedinum*] In Mss. Reg. I. &c. *cnetinum*. In editis male *cnecinum*. Κνήδη Græcis *urticam* sonat, sive κνήδη. Hujus olei ex urtica mentio rursum xxii. 15.

^j *Selgiticum*] A Selge Pisidiæ oppido mediterraneo, cujus Polybius, Ptolemæus, ac Stephanus, meminere. In Severi nummis e Cimelio Regio, CΕΛΓΕΩΝ.

^k *Iguvini*] De his III. 19. Vide

cum coquitur,^m velleribus supra halitum ejus expansis, atque ita expressis: probatum maxime e Brutia: est enim pinguis et resinosissima. Color oleo fulvus. Sponte nascitur in Syriæ maritimis,²⁵ quod elæomeli vocant. Manat ex arboribus pingue, crassius melle, resina tenuius, sapore dulci, et hoc medicis. Veteri quoque oleo²⁶ usus est ad quædam^o genera morborum. Existimatur^p et ebori vindicando a carie utile esse. Certe simulacrum Saturni Romæ intus oleo repletum est.

VIII. (VIII.) Super omnia vero celebravit^t amurcam^a laudibus Cato. Dolia olearia^b cadosque illa imbui, ne bibant oleum. Amurca subigi^{2c} areas terendis messi-

//////////

codd. omnes Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *picinum* Gronov. *pisselæum* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—25 Vet. Dalec. in *Syriæ Palmyris*, e Diosc.—26 *Veteris quoque olei* Dalec.

CAP. VIII. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *Super omnia autem celebravit* Gronov. et vulgg.—2 *Amurca subijci*

NOTÆ

Notas et Emend. num. 6.

¹ *Quod pissinum*] A voce Græca πίσσα, quæ *picem* sonat. Sic Mss. omnes, non *picinum*. Hoc Scribonius Largus 'picis florem' vocat, Compos. 40. 'Picis flos,' inquit, 'quod πισσέλαιον appellant.' Et mox, 'Florem picis autem appello, quod excipitur dum ea coquitur, lana superposita ejus vaporibus.'

^m *Cum coquitur*] Pix videlicet.

^a *In Syriæ maritimis*] Et in Palmyrenis quoque Syriæ solitudinibus, κατὰ Πάλαμυρα τῆς Συρίας, inquit Diosc. I. 37. ubi Cornarius legendum ex Plinio putat, κατὰ θ' ἀλμυρὰ τῆς Συρίας. De Elæomelite rursum Plinius XXIII. 50.

^o *Ad quædam*] Ad tormina sedanda, ad pellendos humbricos, aliaque quæ Diosc. enumerat, I. 30.

^p *Existimatur*] Pausanias lib. v. p. 308. perfusum oleo a Phidia scribit Jovis Olympici simulacrum, quod ex

ebore finxerat, ut ab omni vitio vindicaretur, ac defenderetur ab aquosi soli injuria. Refert hoc ipsum Epiph. Adv. Hær. II. 64. 18. p. 542.—'Saturnus autem, cujus simulacrum hic commemoratur, is esse videtur, quem Plantus in Cistell. II. 1. 38. patrem Junonis appellat, quæ Jovis supremi filia.' *Ed. sec.*

^a *Amurcam*] Quæ facis instar in oleario vase sedit, *la lie*.

^b *Dolia olearia*] Cato de Re Rust. cap. 100. p. 57. 'Oleum si in metretam novam inditurus eris, amurca ita uti est cruda prius colluito, agitatoque diu, ut bene combibat: id si feceris, metreta oleum non bibet, et oleum melius fuerit, et ipsa metreta firmior erit.'

^c *Amurca subigi*] Sæpius conspergi. Cato cap. 9. I. pag. 55. 'Aream sic facito: locum ubi facies confodito. Postea amurca conspargito bene, sinitoque combibat. Postea commi-

bus, ut formicæ rimæque^d absint. Quin et lutum^e parietum, ac tectoria, et pavimenta^f horreorum frumenti, vestiarius^g etiam contra teredines, ac noxia animalia, amurca aspergi: semina frugum perfundi: morbis quadrupedum,^h arborum quoque illa medendum, efficaci ad ulceraⁱ interiora humani quoque oris. Loraⁱ etiam ac coria omnia, et calceamina, axesque, decocta ungi, atque æramenta^j contra æruginem, colorisque gratia elegantioris: et totam supellectilem ligneam, ac vasa fictilia, in quis ficum^k aridam libeat asservare: aut si folia baccas-



cod. Dalec.—3 Cod. Dalec. *illa ad med. efficaci: ad ulcera.* Mox, Chiffi. et al.

NOTÆ

nuito glebas bene. Deinde cœquato, et paviculis verberato. Postea denuo amurca conspargito, sinitoque arescat. Si ita feceris, neque formicæ nocebunt, neque herbæ nascentur.' Idem repetit cap. 129. p. 68. et Colum. II. 20. Auctor quoque Geopon. II. 24. p. 64. *Χρῆ δὲ συνεχῶς καταβρέχειν τὴν ἄλω ἀμόρρη . . . οὕτω γὰρ οἱ μύρμηκες οὐκ ἀδικήσουσι.*

^d *Rimæque*] Ita Mss. omnes: neque herbæ reponi pro rimæ placet, etsi visum ita Pintiano.

^e *Quin et lutum*] Ne scilicet frumento curculio noceat, neve mures tangant, ut ait Cato cap. 92. pag. 55. atque ut frumentum inde densius ac solidius fiat, ut auctor Geopon. II. 25. p. 65. *καὶ τὸν σῖτον στέρεώτερον καὶ πυκνότερον ποιεῖ.* Columella I. 6. 'Parietes oblinuntur amurca subacto luto, cui pro paleis admixta sunt arida oleastri, vel si ea non sunt, oleæ folia. Deinde cum prædictum tectorium inaruit, rursus amurca respergitur, qua siccata frumentum inferitur. Ea res ab noxis curculionum, et similibus animalium, videtur conditas fruges defendere,' &c.

^f *Et pavimenta*] Ne rimas agant,

inquit Colum. I. 6. pag. 26. quæ cava præbent et latebras subterraneis animalibus.

^g *Vestiarius*] Arca est in qua vestes servantur. Cato cap. 98. p. 57. 'Vestimenta ne tineæ tangant, amurcam decoquito ad dimidium, et ea unguito fundum arcæ, et extrinsecus pedes, et angulos. Ubi ea adauerit vestimenta condito. Si ita feceris, tineæ non nocebunt.'

^h *Morbis quadrup.*] Nempe oves ne scabræ sint. Cato cap. 96. 'Et boves uti valeant, et curati bene sint, et qui fastidient cibum, uti magis cupide appetant, pabulum quod dabis amurca spargito,' &c. Idem c. 103. p. 58. Adde etiam Colum. VI. 4. p. 216.

ⁱ *Lora*] Cato cap. 97. p. 57. 'Amurca decocta axem unguito, et lora, et calceamenta, et coria omnia: et meliora facies.'

^j *Atque æramenta*] Cato cap. 98. p. 57. 'Item ænea omnia unguito, sed prius extergito bene. Postea cum unxeris, et ea uti voles, iterum extergito, splendidior erit, et ærugo non erit molesta.'

^k *In quis ficum*] Cato cap. 99. pag.

que in virgis¹ myrti:⁴ aliudve id genus^m simile. Postremo ligna macerata amurca, nullius fumiⁿ tædio ardere. Oleam^o si lambendo capra lingua contigerit, depaveritque primo germinatu, sterilescere, auctor est M. Varro.^p Et hactenus de olea, atque oleo.

IX. (IX.) Reliqui arborum fructus vix specie figurave, non modo saporibus, succisque toties permixtis atque insiitis, enumerari queunt.

(X.) Grandissimus^q pineis nucibus, altissimeque suspensus,¹ intus exiles nucleos^r lacunatis includit toris, vestitos² alia ferruginis^s tunica, mira naturæ cura molliter semina collocandi. Harum genus alterum terentinæ,³ digitis fragili putamine, aviumque furto⁴ in arbore. Tertium



e Diosc. *humani q. corporis (sedis, genitalium vulvæ.) Lora, &c.*—4 Cato, aut si olivas, baccasve myrti. Vet. Dalec. et virgas myrti. Mox, codd. Chiff. Regg. Brot. et Editio princeps, aliudve quod genus.

CAP. IX. 1 Cod. Dalec. a terra suspensus.—2 Vet. Dalec. vestitque eos.—3 Tarentinum Turneb. Tarentinæ Gronov. et al. ante Harduinum, cui debetur lectio nostra.—4 Turneb. *expositum furto.* Margo edd. Dalec. et Gro-

NOTÆ

57. 'Fici aridæ si voles ut integræ sint, in vas fictile condito: id amurca decocta unguito.'

¹ *In virgis*] Hoc est, immaturas, cum adhuc in virgis hærent: sen virgas myrteas cum baccis, ut ait Cato cap. 101. p. 58. 'Sic poma immatura cum hærent in sua virga,' Varro dixit de Re Rust. I. 59. p. 71.

^m *Aliudve id genus*] Mss. Reg. Colb. Chiff. *aliudve quod genus.*

ⁿ *Nullius fumi*] Cato cap. 130. pag. 68. 'Ligna amurca cruda persparigo, et in Sole ponito: perbibant bene: ita neque fumosæ erunt, et ardebunt bene.'

^o *Oleam*] Vide quæ diximus VIII. 76.

^p *M. Varro*] De Re Rust. I. 2.

^q *Grandissimus*] Subintellige, fructus. *Pomme de pin.*

^r *Exiles nucleos*] *Des pignons: qui Delph. et Var. Clas.*

in squamarum quibusdam torulis in foveam seu lacunam excavatis delitescent, et sunt edules.

^s *Ferruginis*] Coloris ferruginei.

^t *Terentinæ*] Subintellige, pineæ nucis. Ita Mss. Reg. I. et Colb. non *Tarentinæ.* Et Macrobius quidem Saturn. II. 14. p. 374. 'Nux terentina dicitur,' inquit, 'quæ ita mollis est, ut vix attractata frangatur: de qua in libro Favorini sic reperitur: Itemque quidam Tarentinas nuces dicunt, quæ sunt terentinæ, a tereuo, quod est Sabinorum lingua molle: unde Terentios quoque dictos putat Varro,' &c. Videri possit et ea vox a Græco derivata fonte: est enim *τέφην, tener.* Has avium rostris in arbore pertundi, et ab Allobrogibus Piquarellos vocari, ait Dalec. Hist. Plant. I. 12. p. 48.

sappiniæ,^{5 u} e picea sativa, nucleorum cute verius quam putamine, adeo molli, ut simul mandatur. Quartum pityida^{6 v} vocant e pinastris, singularis remedii adversus tussim. In melle decoctos nucleos Taurini aquicelos vocant. Pineae corona^w victores apud Isthmum coronantur.

X. (XI.) His proxima amplitudine mala, quæ vocamus cotonea, et Græci cydonia,^a ex Creta insula advecta. Incurvatos trahunt ramos, prohibentque crescere parentem.¹ Plura eorum genera: chrysomela,^b incisuris distincta, colore ad aurum inclinato.² Quæ candidiora, nostratia^c cognominata, odoris præstantissimi. Est et Neapolitanis suus honos. Minora ex eodem genere^{3 d} struthæa, odoratius vibrant, serotino proventu, præcoci⁴ vero



nov. furto in arbore obnoxia.—5 Ita codd. Harduini cum edd. Harduin. et recentt. *Tertium Appiniæ* Vet. Dalec. et Turneb. *Et tertium Appiniæ* Chiff. *Et tertium Sapinæ* cod. Dalec. *Tertium Sapinæ* Gronov. et al. ante Harduin.—6 Turneb. Vet. Dalec. et Chiff. *pitydia*.

CAP. X. 1 Cod. Dalec. *parentem*.—2 Dalec. *inclinate*.—3 ‘Ex Diosc. I. 160. struthæa magna sunt et minus bona. Ex Galeno de Sanitate tuenda, cap. ult. struthiomela sunt cydoniorum maxima. Unde pro *Minora*, forte emendandum *Majora*. Si retinendum *Minora*, erunt mala cotonea, minora, C. B. *le Cognassier mâle*.’ Brotier. *Majora* etiam cod. Dalec.—4 Vet. Dalec. *præcocia*.

NOTÆ

^u *Sappiniæ*] Nempe nucis, e picea sativa, quam Galli *Pesse* vocant. Sappium imperiti olim dixere, ipso teste Plinio XVI. 23.

^v *Pityida*] Non pinastri modo, sed et pinus piceæque fructus, in conis seu metis contenti, *πιτύδες* Græcis appellati. Diosc. I. 87. *Πιτύδες δὲ καλοῦνται ὁ καρπὸς τῶν πιτύων καὶ τῆς πεύκης ὁ εὐρισκόμενος ἐν τοῖς κώνοις*. Galeno quoque de Fac. Simp. Med. lib. VIII. p. 220. Cælius Aurel. Chron. III. 1. ‘Nucleo pineo, quem Græci *πιτύδα* vocaverunt.’

^w *Pineae corona*] Plutarch. Sympos. v. 3. p. 675. Vide quæ superius diximus c. 5.

^a *Græci cydonia*] *Κυδῶνια μῆλα*, ab urbe Cretensi sic cognominata. *Des*

Coins. Q. Serenus Samonicus c. 25. ‘Aut quæ poma Cydon Cretæis misit ab oris.’

^b *Chrysomela*] *Χρυσόμηλα*, *aurea mala*. Columellæ v. 10. p. 202. ‘Chrysomeliana.’ Hæc sunt de quibus Maro cecinit, ‘Aurea mala decem misi: cras altera mittam.’

^c *Nostratia*] Hæc Diosc. ἀληθινὰ, *vera*, appellat, I. 60.

^d *Minora ex eodem genere*] Neapolitano videlicet: alioqui *στρούθια*, teste Diosc. loc. cit. et magna, et minus bona censentur, *καὶ μεγάλα, καὶ ἥττον ἐστὶν εὐχρηστα*. Galenus quoque lib. de sanitat. tuenda, c. ult. *στρουθιόμηλα* cydoniorum esse maxima tradit. *Στρούθια* sunt Athenæo lib. III. p. 81. *Poires-coins*.

mustea.^c Strutheis autem cotonea insita suum genus fecere Mulvianum: quæ sola ex his vel cruda manduntur. Omnia jam et virorum saluatoriis^f cubilibus inclusa, simulacris noctium consciis^g imposita. Sunt præterea parva sylvestria, a strutheis^a odoratissima, in sepibus nascentia.

XI. Mala appellamus, quanquam diversi generis, Persica, et granata, quæ in Punicis arboribus novem generum dicta sunt.^h Hisⁱ acinus sub cortice intus: illis^j lignum in corpore. Necnon et quædam e pyris libralia^k appellata, amplitudinem sibi ponderis nomine asserunt.

(XII.) Sed Persicorum palma duracinis.^l Nationum habent cognomen Gallica,^m et Asiatica. Post autumnum maturescunt, æstate præcocia,ⁿ intra xxx. annos reperta,

^a *Post struthea.*

NOTE

^c *Mustea*] Et id genus a Columella laudatum, loc. cit. Iis fortasse a mitescendi celeritate nomen. Musteum enim idem quod recens est.

^f *Saluatoriis*] Sic cubicula vocat, in quibus divitem e dormitorio suo prodeuntem clientes salutabant.

^g *Noctium consciis*] Fuerunt inter cubiculares imagines et eorum numinum simulacra dedicata, quæ tori genialis curam habere existimabantur. August. de Civit. Dei vi. 9. 'Parcatur humanæ verecundiæ: peragat cetera concupiscentia carnis et sanguinis, procurato secreto pudoris. Quid impletur cubiculum turba numinum, quando et paranympii inde discedunt?' Horum numinum capiti, uti nunc abacis, solita imponi cotonea.

^h *Dicta sunt*] Lib. XII. 34.

ⁱ *His*] Granatis malis, quæ referta acinis sub cortice.

^j *Illis*] Persicis nimirum, quorum in medio corpore lignum seu nucleus, *le noyau de Pêches.*

^k *Libralia*] *Poires de livre.* Græcis *Ταλαντιαῖον ἄπιον.*

^l *Duracinis*] Pallad. lib. XII. in Novemb. tit. 7. p. 164. 'Genera Persicorum sunt hæc: Duracina, præcocia, Persica, Armenia.' Et p. 165. 'Duracina servantur condita muria,' &c. *Τὰ δωρακινὰ Περσικὰ,* in Geopon. x. 13. p. 257. et c. 15. p. 258. ubi ex Democrito rosis in proximo plantatis colorem rubrum trahere dicuntur: unde eadem Rhodacena forte dici potuerunt. Gallis vulgo *Brugnons*, et *Presses*: aiunt enim, *manger une bonne presse: c'est une sorte de pêche qui ne se fend point: cujus corpus adhæret, et a nucleo, sive ligno, divelli nequit, ut ait Plinius c. 34.*

^m *Gallica*] Columella lib. x. in hortulo, sub finem: 'Exiguo propeperant mitescere Persica malo: Tempestiva manent, quæ maxima Gallia donat: Frigoribus pigro veniunt Asiatica fætu.'

ⁿ *Præcocia*] Diosc. I. 165. *Τὰ δὲ μικρότερα (Περσικὰ) καλούμενα Ἄρ-*

et primo denariis^o singula venumdata. Supernatia^p e Sabinis veniunt, popularia undique. Pomum innocuum expetitur ægris: pretiumque jam singulis^r triceni nummi^q fuere, nullius majore: quod miremur, quia non aliud fugacius.^b Longissima namque decerpto bidui mora est: cogitque se venumdari.

XII. (XIII.) Ingens postea turba prunorum: versicolor, nigra, candida, hordearia^r appellata, a comitatu^a frugis ejus. Alia eodem colore seriora majoraque, asinina^b cognominata a vilitate. Sunt et nigra,^{2c} ac laudatiora cerina,^d atque purpurea.^e Necnon ab externa gente Armeniaca,^f quæ sola et odore commendantur. Peculiaris impuden-

^b Minus diuturnum.

//////////

CAP. XI. 1 Cod. Dalec. popularia. Undique pomum i. e. agris: pretiumque sinendis, &c. Mox, margo edd. Dalec. et Gronov. triceni nummi fuere.

CAP. XII. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. nigra, candicans. Hordearia Gronov. et al. ante Harduin.—2 At nigra cod.

NOTÆ

μεριακά, ῥωμαϊστὶ δὲ πρακκόκια: eadem Armeniaca, et præcocia Latine dicuntur: forte quæ præcoqua Martiali XIII. 46. Gallice, des Abricots. Sunt qui malint esse des Avant-pêches.

^o Denariis] Denarius Romanorum vetus Gallicæ monetæ, ut nunc est argenti pretium, efficit asses æreos octonos, uti dictur in summo XXXIII. 13.

^p Supernatia] Quæ ex Sabinis, qui Superum mare accolebant, sive Adriaticum, in Urbem advehebantur. Sic vetus inscriptio apud Reines. p. 337. NEGOTIANTES. VINI. SPERNAT. ET ARIMIN.

^q Triceni nummi] Hoc est, triceni sestertii: monetæ nostræ asses sexaginta.

^a A comitatu] Quoniam ea tum matura sunt ad decerpendum, cum hordeum metitur: quod cum solstitio fere fiat, in quod Divo Joanni sacer dies incidit, inde ei prunorum generi nomen apud nos, Prunes de

S. Jean.

^b Asinina] Prune jaune sans goût. His sues rura saginant. Pedicularia nonnulli vocant.

^c Sunt et nigra] Carne dura: Iberica, et Pertigona vocitata: Prunes de Perdigon, sive Perdrigon.

^d Cerina] Quæ Virgilio Ecl. II. 53. 'Cerea pruna.' In Priapeiis, 'Magisque cera luteum nova prunum.' Nonius c. 16. num. 6. 'Cerinum a ceræ colore.' Unde Græcis κερινὸν χρῶμα. Nigra, cerinaque, carmine Naso complexus Met. XIII. 817. 'Prunaque non solum nigro liventia succo, Verum etiam generosa novas imitantia ceras.'

^e Atque purpurea] Eaque sapore jucundo: Mirololans. Arborique nomen idem, Prunier mirololan.

^f Armeniaca] Eadem hæc esse quæ Persica præcocia (les abricots) frustra scriptores novitii censuere.

tia³ est nucibus insitorum, quæ faciem parentis succumque adoptionis exhibent, appellata ab utroque nucipruna.⁵ Et hæc autem,^h et Persica, et cerina, ac sylvestria, ut uvæ, cadis condita,⁴ usque ad alia nascentia ætatem sibi prorogant: reliquorum velocitas cito mitescentium transvolat. Nuper in Bætica malinaⁱ appellari cœperunt malis insita, et alia amygdalina amygdalis. His intus in ligno nucleus amygdalæ^j est: nec aliud pomum ingeniosius geminatum est.^k In peregrinis arboribus dicta sunt^l Damascena, a Syriæ Damasco cognominata, jam pridem in Italia nascentia, grandiore quanquam ligno,^{5 m} et exiliore carne, nec unquam in rugas siccata, quoniam Soles suiⁿ desunt.⁶ Simul dici possunt populares eorum^o myxæ, quæ et ipsæ nunc cœperunt⁷ Romæ nasci insitæ sorbis.

XIII. In totum quidem Persica peregrina^p etiam Asiæ Græciæque esse, ex nomine ipso apparet, atque ex Perside advecta. Sed pruna sylvestria^q ubique nasci certum

//////////

Dalec.—3 Cod. Dalec. *odore commendantur peculiari. Impudentia.*—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *ut uvæ, autumnno cadis condita* Gronov. et vulgg. Paulo post, Dalec. *cito maturescentium, &c.*—5 Dalec. *grandiore ligno.*—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *quanquam soles sui non desint.*—7 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *cæpere* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

⁵ Nucipruna] *Prunes noix, καρβο-κοκκύμηλα.*

^h Et hæc autem] Nempe nucipruna.

ⁱ Malina] *Prunes-pommes: amygdalina, Prunes-amandes.*

^j Nucleus amygdalæ] Subintellige, similis. Quid nucleus sit, diximus XIII. 18.

^k Geminatum est] Multiplici insitionis genere variatum. Apud Gallos certe innumeræ fere prunorum differentia sunt.

^l Dicta sunt] Lib. XIII. 10. *Prunes de Damas.* Syriaca dicta Petronio in Sat. p. 102.

^m Grandiore . . . ligno] Alii ossicu-

lum, alii nucleum vocant.

ⁿ Soles sui] Quoniam alieno cælo soloque nata.

^o Populares eorum] In Syria pariter nata, ut dictum est XIII. 10. *Æginetæ, lib. VII. Μύξα δένδρου καρπός ἐστὶ μικρότερος μὲν κοκκυμήλων, δυνάμει δὲ παραπλησίως. Μύξα arboris fructus, pruno quidem minor, facultate tamen persimilis.* In officinis *Sebestes*. Dictæ nonnullis etiam *Nixæ*. Vide *Onomast. Rosweydi, p. 1042.*

^p Persica peregr.] *Les pêches*, de quibus dictum est c. 11.

^q Pruna sylvestria] Gallis, *Prunelles*, quibus contusis rustici potionis genus efficiunt.

est. Quo magis miror, hujus pomi mentionem a Catone non habitam, præsertim cum condenda demonstraret quædam et sylvestria. Nam Persicæ arbores^r sero et cum difficultate transiere, ut quæ in Rhodo nihil ferant, quod primum ab Ægypto earum fuerat hospitium. Falsum est,^s venenata cum cruciatu in Persis gigni, et pœnarum causa a regibus translata in Ægyptum, terra mitigata.^t Id enim de Persea^u diligentiores tradunt, quæ in totum alia est, myxis^r rubentibus similis, nec extra Orientem nasci voluit. Eam quoque eruditiores negaverunt ex Perside propter supplicia translata, sed a Perseo Memphi satam. Et ob id Alexandrum illa coronari victores ibi instituisse, in honorem atavi sui:^v semper autem^w folia habet et poma, subnascentibus aliis. Sed pruna quoque omnia post Catonem cœpisse manifestum est.

XIV. (XIV.) Malorum plura sunt genera. De citreis^a



CAP. XIII. I 'Ms. myrtis. Lego, pyris folio et ramis similis, e Theophr.' Dalec.

NOTE

^r Persicæ arbores] *Les Pêchiers*, e quibus pendent Persica mox appellata. Vide quæ dicturi sumus lib. XVI. sect. 47.

^s Falsum est] Columellam sugillat, cujus hoc carmen, lib. x. sub finem: 'Et pomis quæ barbara Persis Miserat, ut fama est, patriis armata venenis.' Idem tradit et Plato Anthol. I. 20. Epigrammate scripto εἰς τινὰ θανάτῳ ὑπὸ πλησμονῆς Περσικῶν μήλων, in eum qui mortuus erat nimio esu Persicorum malorum: Ἐκ φονίων Περσῶν φόνιον φυτὸν ἤγαγε Περσεὺς, Παιδὶ Θεογνώστου τοῦ θανάτου πρόφασιν. Quod ita reddidit feliciter Grotius, *Nate Theognosti, mortis tibi causa fuisse A Persis Perseus quæ mala mala tulit.*

^t Terra mitigata] Soli Ægyptii bonitate facta esse meliora ac saniora.

^u Id enim de Persea] Sic Diosc. I. 187. Πέρσεα δένδρον ἐστὶν ἐν Αἰγύπτῳ, καρπὸν φέρον ἐδώδιμον... Τοῦτο δὲ ἰσθόρησάν τινες ἐν Περσίδι ἀναρετικὸν εἶναι, κ. τ. λ. Galenus de Alim. Facult. II. 36. p. 356. tom. VI. vidisse se Perseam arborem Alexandriae prodit: cujus fructus, haud aliter ac poma, pyraque, esulentus in Ægypto foret: in Perside, ut quidem ferebat tum fama, noxius. Ignotam sibi prorsus arborem fatetur Anguillara de Simp. lib. I. p. 79.

^v Atavi sui] Persei. Macedonum reges ab Hercule genus duxere, ut Curtius, IV. 7. Hercules a Perseo, ut Diodorus Sic. Bibl. lib. IV. p. 217. prodidere.

^w Semper autem] De Persea arbore loquitur, quam XIII. 17. Persicam Ægypti peculiarem vocavit.

^a De citreis] Lib. XII. c. 7.

cum sua arbore diximus. Medica autem Græci vocant patriæ nomine.^b Æque peregrina sunt zizipha,^c et tuberes,^d quæ et ipsa non pridem venere in Italiam: hæc ex Africa,^e illa ex Syria. Sex. Papinius, quem consulem^f vidimus, primus utraque attulit, Divi Augusti novissimis temporibus, in castris sata,^g baccis similiora, quam malis, sed aggeribus^h præcipue decora, quoniam et in tecta jam sylvæ scandunt. Tuberum^h duo genera: candidum, et a colore syricumⁱ dictum.² Pæne peregrina sunt in uno Italiæ agro Veronensi nascentia, quæ lanata^j appellantur. Lanugo ea obducit,³ strutheis quidem Persicisque plurima: his tamen peculiare nomen dedit, nulla alia commendatione insignibus.⁴

XV. Reliqua cur pigeat nominatim indicare, cum conditoribus suis æternam propagaverint memoriam, tanquam ob egregium aliquod in vita factum? Nisi fallor, apparebit ex eo ingenium inserendi: nihilque tam parvum esse, quod non gloriam parere possit. Ergo habent^k originem a



CAP. XIV. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. temporibus. In castris hæc sata Dalec. temporibus, in castrorum aggeribus sata Gronov. et vulgg.—2 Ita Harduin. et recentt. sericum dictum Gronov. et edd. vett.—3 Vet. Dalec. iis obducta.—4 Cod. Dalec. nulla alia commendatione insigni.

NOTE

^b Patriæ nomine] Mediæ.

^c Zizipha] *Jujubes*: arbor Ziziphus, *le jujubier*. Rutilam, albamque ziziphum agnoscit Colum. IX. 4. p. 320. Simeon Sethi Ζιζίφα vocat.

^d Tuberes] Nucipersica vulgus appellat, *Pêches-noix*.

^e Hæc ex Africa] Tuberes nimirum: quod Martialis significat gemino Epigrammate a nobis allato XIII. 34. Zizipha ex Syria: unde τὰ Ἐδεσσηνά maxime commendat Simeon Sethi, tit. Ζιζίφα. Philoxenus in Glossis: Ζιρικὰ, Zizipha, forte pro Συρικὰ.

^f Consulem] Anno Urbis DCCLXXIX. Collega Q. Plantio, ex Tacito Annal. vi. p. 147. extremis Tiberii temporibus.

Extat hujus inscriptio apud Gruter. p. 447. SEX. PAPINIO. Q. F. ALLENIO. TRIB. MIL. Q. LEG. TIB. CÆSARIS. AVG. . . COS. &c.

^g Sed aggeribus] Juxta domos areis excitatis, *des terrasses*.

^h Tuberum] Mss. Reg. *Tuburum*.

ⁱ A colore syricum] Hoc est, rutilum. De colore syrico dicemus XXXV. 24. Vide Notas et Emend. num. 7.

^j Quæ lanata] De quibus Hesy-chius, Λασίμαλον, μῆλον τὸ ἔχον χροῦν. Virgilius Ecl. II. 51. 'Ipse ego cana legam tenera lanugine mala.'

^k Ergo habent] Quæ fuerint hæc poma veteribus, vix nobis hodie exploratum: alia fere in eorum vicem

Matio,¹ Gestioque,^{1m} et Manlio, item Scandio:^{2 n} quibus^o cotoneo insito ab Appio e Claudia gente, Appiana sunt cognominata. Odor est his cotoneorum, magnitudo quæ Scandianis,^{3 p} color rubens. Ac ne quis id ambitu valuisse claritatis et familiæ⁴ putet, sunt et Sceptiana ab inventore libertino, insignia rotunditate. Cato adjicit Quiriana,^q et quæ tradit in doliis condi, Scantiana.^r Omnium autem nuperrime adoptata sunt parva, gratissimi saporis, quæ Petisia^s nominantur. Patrias nobilitavere Amerina,^t et



CAP. XV. 1 'Ita quidem libri scripti et editi. Emendandum tamen videtur, *Cestioque*. G pro C sæpe occurrit in Mss. et Cestiana mala Romæ laudata memorat Galenus, nobis *les Pommes de Courtpendu*.' Brotier. 'Vide num legendum *Cestioque*.' Dalec. Mox, Regg. Brot. 1. 2. et Editio princeps, et *Mallio*.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *item Claudio* Gronov. et al. ante Harduinum. Mox, *quibus cotonea insita* Vet. Dalec. *quin et cotoneo insita* Dalec.—3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *magnitudo quæ Scandianis* etiam Chiffi. *magnitudo quæ Claudianis* Gronov. et al. ante Harduin. *magnitudoque, sed Claudianis color* cod. Dalec.—4 Cod. Dalec. *e familia*; et mox, in eodem,

NOTÆ

genera venire, et nomina: paucis admodum exceptis.

¹ *A Matio*] Matiana dicta Columellæ v. 10. p. 202. et Macrobio Saturn. 11. 15. p. 375. *Ματτιανὰ* Athenæo lib. 11. p. 82. De Matio ipso diximus XII. 6. Et genus obsonii Matianum ab eo dictum laudat Apicius IV. 3. p. 18.

^m *Gestioque*] Ita libri omnes: Forte *Sestioque*: nam Sextiana mala sunt Columellæ loc. cit. Aut *Cestio* potius, nam *Κεστιανὰ καλούμενα μήλα* Romæ laudata fuisse auctor est Galenus *κατὰ τόπους* II. 1. p. 364. et VI. 9. p. 522.

ⁿ *Item Scandio*] Unde Scandiana mala, apud Varron. I. 59. Colum. loc. cit. et Celsum IV. 19. Scandina vocat Scribonius, Compos. 104. In Mss. Reg. Colb. Th. *Scaudio*. In editis perperam *Claudio*.

^o *Quibus*] Nempe Scandianis.

^p *Quæ Scandianis*] Proxime appel-

latis. Ita recte Chiffi. aliique codices: in editis male *Claudianis*: cum Claudiana, si quæ fuere, eadem esse cum Appianis necesse sit.

^q *Quiriana*] Cato de Re Rust. c. 7. p. 13. Quiriniana vocat: Varro quoque de Re Rust. I. 59. *Quiriana* Macrobius, loc. cit. ubi et Scantianorum meminit.

^r *Scantiana*] Cato c. 143. p. 75. 'Scantiana in doliis, et alia quæ condi solent.' Et Scantianorum meminit Varro I. 59.

^s *Quæ Petisia*] Quæ nunc vulgus appellat *Pommes d'Apis*: vel quæ eodem vulgi sermone *Pommes de Paradis* vocitantur. Rectius forte *Peticia*, ab auctore *Peticio*. Id nomen Romanæ gentis apud Gruterum frequens.

^t *Amerina*] Ab Ameria, de qua III. 19. Amerina mala iterum laudat ipse c. 17. et 18. Macrobius quoque et Colum. locis cit. Prius *Camerina*

Græcula.⁵ Cetera e causis traxere nomen: germanitatis,^u cohærentia et gemella, nunquam singula in foetu: coloris, syrica:^v cognationis, melapia.^{6 w} Mustea,^x a celeritate mitescendi:⁷ quæ nunc melimela dicuntur, a sapore melleo. Orbiculata,^y a figura orbis in rotunditatem circumacti. Hæc in Epiro^z primum provenisse argumento sunt Græci, qui Epirotica vocant. Mammaram effigie orthomastia.^{8 a} A conditione castrati seminis, quæ spadonia^b appellant Belgæ. Melofoliis^c folium unum,⁹ aliquando et geminum,



insigni rotunditate.—5 *Temeriana et Gracula* Chiff. *Camerina et Græcula* Gronov. et al. ante Harduin.—6 Ita Harduin. et recentt. *germanitatis c. et g. n. s. in f. coloris serica, cognationis melappia* Gronov. et al. ante Harduin. *germanitate, &c. colore serica, cognatione melappia* cod. Dalec.—7 Cod. Dalec. *maturescendi.*—8 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *orthomastica* Gronov. et al.—9 Vet. Dalec. *appellant Bigemella a foliis. Folium enim unum; margo edd. Dalec. et Gronov. a. B. Mesophyllis folium, &c.*—

NOTE

perperam legebatur.

^u *Germanitatis]* Germanitatis et cohærentiæ causa seu occasione, gemella nuncupata: Gallis, *Pommes jumelles.*

^v *Coloris, syrica]* Hoc est, rutila: ut superius indicavimus. Ita Mss. omnes hoc loco, non *Serica*. Et Columellæ loc. cit. syrica vocantur. Nobis, *Pommes de Caleville*: quæ egregie rubent.

^w *Melapia]* A cognatione seu affinitate quam cum pyris habent ea mala: est enim *μήλον* Græcis *pomum, pyrum ἄπιον*. Gallis, *Pommes-poirs.*

^x *Mustea]* Hæc ex Varrone Rei Rust. 1. 59. *Mustea* pariter Macrobio vocitata: Columellæ, melimela: locis cit. *Μελίμηλα*, in Geopon. x. 76. *Pommes S. Jean.* Martial. 1. 44. 'Dulcibus aut certant quæ melimela favis.'

^y *Orbiculata]* Horum pariter Macrobo. et Colum. meminere, loc. cit. Sic appellare possis, quæ vernaculo

sermone dicimus, *Pommes de Rambure.*

^z *In Epiro]* Diosc. 1. 162. τὰ δὲ Ἑπειρωτικά λεγόμενα, Ῥωμαῖοι δὲ ὀρβικυλάτα, κ. τ. λ. Ὀρβικύατα Athenæo, et Μορδιανὰ, ab Apollonia Epiri civitate, quam incolæ Μόρδιον vocant, lib. III. p. 80.

^a *Orthomastia]* Sic Mss. *Μαστὸς mammam* Græcis; ὀρθὸς elegantem sonat.

^b *Spadonia]* Quod nullum semen intus habeant: quorum non semel nec parva copia potestas nobis experiundi facta est: in toto vehe veterini dossuarii nullo invento, præter unum, quod semen obtineret. Sic palmæ quædam spadonum nomine discernuntur a reliquo genere, quod nullo intus sint pomi ligno, ut dictum est XIII. 8.

^c *Melofoliis]* Pyra similia vidisse se haud procul Lugduno Dalecampius prodit, quorum e medio corpore folium exiret.

erumpit e latere medio. Celerrime in rugas marcescunt pannucea.^d Stolide tument pulmonea. Est quibusdam sanguineus color,¹⁰ origine ex mori insitu tracta. Cunctis vero, quæ fuerunt a Sole, partes rubent. Sunt et parva^e gratia saporis atque etiam acutiora odore, sylvestria. Id peculiare improbitatis et acerbitatis¹¹ convicium, et vis tanta, ut aciem gladii perstringat. Dat et farina^f vilissimis nomen,¹² quanquam primis adventu, decerpique properantibus.

XVI. (XV.) Eadem causa^g in pyris taxatur superbæ¹ cognomine. Parva hæc, sed ocysissima. Cunctis autem Crustumia^{2 h} gratissima. Proxima iis Falerna,ⁱ a potu, quoniam tanta vis succi abundat: (lacte hoc vocatur:)^{3 j} in iisque



10 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. *sunt quibus sanguineus color est* Gronov. et al. ante Harduin.—11 *Id p. improbitatis acerbitatis* Chiffli. *Iis peculiare, &c.* Vet. Dalec. Mox, *sed vis tanta* Dalec.—12 *Dalec. vilissimum nomen*; Gronov. et al. ante Harduin. *Dacis ferme vilissimis nomen.*

CAP. XVI. 1 *Taxantur superba* margo edd. Dalec. et Gronov. Vide Colum. v. 10.—2 Ita Harduin. et recentt. *Crustumina* Gronov. et al. vett. *Grustumina* Chiffli. Mox, *quoniam magna vis* Dalec.—3 Ita Harduin. et re-

NOTE

^d *Pannucea*] Et hæc nota quoque Macrobio loc. cit. Quasi in pannos fatiscientia, et rugarum plicas, inquit Turnebus Advers. XXVIII. 32. c. 1019.

^e *Sunt et parva*] *Pommes de Malingre.*

^f *Dat et farina*] Ut farinacea vocentur, vel farinaria. Mss. omnes, Reg. Colb. Th. Paris. *Datis farina.* Salmant. teste Pintiano, *Dat et farina.* An *ferina* legendum, quod superba mox pyra eadem causa appellantur? Libri hactenus editi inepte, *Dacis ferme.*

^g *Eadem causa*] Quoniam sunt prima adventu, ocysissimaque: idcirco superba cognominata, etiam a Columella v. 10. pag. 202. quod cetera pyrorum genera antevertant. *Poire*

Muscate, ou Muscadelle.

^h *Crustumia*] Ita Mss. et ipse Maro Georg. II. 87. ‘Nec surculus idem Crustumii, Syriisque pyris, gravibusque volemis.’ Hæc Crustumina vocat Macrobius Saturn. II. 15. pag. 375. et Colum. loc. cit. A Crustumio Italiæ oppido nomen habent, ubi præcipua bonitate, et copia. ‘Hæc,’ inquit Servius, ‘ex parte rubent.’ Crustumia pyra Celsus fragilia appellat. E minorum hæc genere fuere, ut superba, et Falerna.

ⁱ *Falerna*] Nunc saccharata vocant, a suavitate succi, *Poire sucre.*

^j *Lacte hoc vocatur*] Sic Mss. Reg. Colb. Th. Paris. &c. ut lacte sit succi nomen nominandi casu, antiquis familiare. Plautus in Menæch. v. 9. 30. ‘Neque aqua aquæ, neque lacte

alia colore nigro donantur Syriæ.^k Reliquorum nomina aliter in aliis atque aliis locis appellantur. Sed confessis Urbis vocabulis auctores suos nobilitavere Decimiana,^l et ex eo tractum quod Pseudodecimianum vocant. Dolabelliana^{4m} longissimi pediculi. Pomponiana⁵ⁿ cognomine mammosa, Liceriana,^o Seviana,^{6p} et quæ ex iis nata sunt, Turrani-
ana,^{7q} longitudine pediculi distantia. Favoniana^r rubra, paulo superbis majora. Lateriana,^{8s} Aniciana^t postautum-
nalia^u acidulo sapore jucunda. Tiberiana appellantur, quæ maxime Tiberio principi placere: colorantur magis Sole, grandescuntque: alioqui⁹ eadem essent quæ Liceria-



centt. lactea hæc vocantur Gronov. et al.—4 Dolobelliana Chiff. —5 Ita Har-
duini codd. et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. Pompeiana Gronov. et
al. ante Harduin. Mox, Licerniana Chiff. —6 Ita codd. Harduini et Chiff.
cum edd. Harduin. et recentt. Scauriana Marc. Empir. Severiana Gronov. et al.
—7 Ita Harduin. et recentt. Tyranniana Gronov. et vett. —8 Chiff. Lateriana.
Alii Lateritana; vel Lateresiana.—9 Gronov. alioquin.—10 Nevitana Colum.

NOTE

est lacti, crede mihi, usquam simili-
lius.' Item in Mil. II. 2. 85. Vide
præterea Nonium, Charisium, Pris-
cianum.

^k Donantur Syriæ] Syria dicuntur,
inquit Colum. loc. cit. Syrii pyri præ-
ter Maronem meminit Juvenalis Sat.
XI. 73. Servius locum Virgillii cita-
tum explanans, 'Syriis,' inquit, 'id
est, nigris.' Martialis v. 79. commen-
dat inprimis, inter secundæ mensæ
munera, 'Et nomen pyra quæ ferunt
Syrorum.'

^l Decimiana] Decimiana Macrobio,
loc. cit. A Decimo aliquo nomen ha-
buere.

^m Dolabelliana] Et hæc laudata Co-
lumellæ loc. cit.

ⁿ Pomponiana] Ita Mss. Reg. Colb.
Th. Chiff. non Pompeiana. Eadem a
forma, mammosa: nunc Poirés de
bon Chrétien.

^o Liceriana] In Mss. Licerniana,

Mallem a Licinio Liciniana dici.

^p Seviana] Ita Mss. omnes: non
Severiana: nempe a Sevio, de quo
Gruterus sæpe in Inscript.

^q Turrani] Sic Mss. Reg. &c.
Sic etiam Columella, loc. cit. nempe
a Nigro Turranio, quem ob insigne
agricolationis studium Varro laudat,
in præf. lib. II. de re rust. Apud
Macrob. Turriniana male.

^r Favoniana] Laudata hæc quoque
Columellæ, loc. cit. A Favonio, quod
viri nomen fuit, sic appellata. Grosses
poires Muscadelles.

^s Lateriana] Lateritiana Columel-
læ XII. 10. pag. 419. Macrobio loc.
cit. Lateresiana. A Laterano mal-
lem Laterana nuncupari.

^t Aniciana] Macrobio. loc. cit. Co-
lum. v. 10. pag. 202. Cato cap. 7.
pag. 13.

^u Postautumnalia] Aniciana, inquit,
post autumnum decerpi solita.

na. Patriæ nomina habent, serissima omnium Amerina, Picentina,^v Numantina, Alexandrina, Numidiana,¹⁰ Græca,^w et in his Tarentina: Signina, quæ alii a colore testacea appellant: sicut onychina,^x purpurea.^y Ab odore, myrapia,^z laurea, nardina. A tempore,^a hordearia: a collo,^b ampullacea: a corio laneo, bruta.^c Gentilitatis,^d cucurbitina: ¹¹ acidula, succi. Incerta nominum causa est barbaricis, Venereisque,^e quæ colorata dicunt: regiis, quæ minimo pediculo sessilia: ^f patriciis, voconiis,¹² [§] viridibus



Numiniana Chiffli.—11 Ita Harduin. et recentt. *hordearia*: *collo ampullacea*, et *Coriolana*. *Brutæ gentilitatis cucurbitina* Gronov. et al. et *corio Coriolana* margo edd. Dalec. et Gronov.—12 Chiffli. *vocimis*.—13 Ita codd. Harduini, cum edd.

NOTÆ

^v *Picentina*] Pyra Picena inprimis laudat Juvenalis loc. cit. et Signinis confert, 'Signinum Syriumque pyrum, de corribus iisdem, Æmula Picenis.'

^w *Græca*] A Magna Græcia. Græcula, Macrob. loc. cit. Tarentina, Columellæ loc. cit. et Celso iv. 19. Celsus ii. 24. 'Pyra quæ reponuntur, Tarentina, atque Signina.' Pomorum genera quælibet quæ reponuntur, Galli vocant, *Fruits de garde*.

^x *Onychina*] Quæ gemmam onychem coloris similitudine referant. De onyche dicemus xxxvii. 24. Pruna similiter onychina commendat Colum. xii. 12.

^y *Purpurea*] Laudata hæc inprimis a Columella v. 10. pag. 202.

^z *Myrapia*] Celso quoque nota hæc loc. cit. Ab unguenti odore, quod Græci *μύρον* vocant, nomen traxere: ut a lauro, nardoque, laurea, nardinaque. Myrapia, *Poires parfums*. Laurea Macrobio nota, loc. cit.

^a *A tempore*] Quoniam eodem tempore decerpuntur, quo demeti hordeum solet. Eadem causa cap. 12. pruna hordearia appellata. Columel-

læ loc. cit. Hordeacea pyra vocitantur. *Poires S. Jean*.

^b *A collo*] Quæ oblongiore collo, quale est fere ampullæ vitreæ.

^c *A corio laneo, bruta*] Quæ corium habent lanuginosum, brutorum animalium more, et pecoris lanati, sive lanuginosi. Sunt sane et in pyrorum genere lanuginosa, uti malorum, quæ ob id lanata dicta sunt cap. 14. Vide Notas et Emend. num. 8.

^d *Gentilitatis*] Sunt deinde pyra, inquit, gentilitatis seu affinitatis nomine cum cucurbitis insignia: *Poires courges*: ab oblonga cucurbitæ figura. Horum Cato meminit cap. 7. pag. 13. Sic poma melapia a cognationis causa sup. cap. traxisse nomen dicuntur.

^e *Venereisque*] Laudat hæc Colum. loc. cit. et Regia.

^f *Sessilia*] Minus oblonga: atque adeo compactilis rotunditatis, sapore præstanti: nunc habent a Bergomo Italiæ oppido nomen, *Poires Bergamotes*.

[§] *Voconiis*] Colb. 1. 2. Th. Chiffli. *vocimis*. Eadem viridia, et oblonga.

oblongisque. Præterea dixit volema Virgilius,^h a Catoneⁱ sumta, qui et sementiva,^l et mustea^j nominat.

XVII. Pars hæc vitæ jam pridem pervenit ad culmen,^k expertis cuncta hominibus. Quippe cum Virgilius^l insitam nucibus arbutum, malis platanum, cerasis ulmum dicat. Nec quicquam amplius excogitari potest. Nul- lum certe pomum novum diu jam invenitur. Neque omnia insita^{2 m} misceri fas est, sicut nec spinas inseri, quando fulgura expiariⁿ non queunt facile: quotque genera^{3 o} insita fuerunt, tot fulgura uno ictu pronuntiantur.

Turbinator pyris figura. In iis serotina^p ad hyemem usque ad matrem^{4 q} pendent gelu maturescentia, Græca, ampullacea, laurea: sicut in malis Amerina, Scandiana.⁵



Harduin. et recentt. et sementina Chiffi. Gronov. et al. Mox, Colum. *mulsa pro mustea.*

CAP. XVII. 1 Ita Gronov. et vulgg. ante Harduin. Codd. Regg. Brot. 1. 2. Colb. Chiffi. Thuan. et Dalec. *ad columen*; et sic Editio princeps, edd. Harduini et recentt. 'Potior tamen videtur recepta in mediis editionibus emendatio, *ad culmen.*' Brotier.—2 Dalec. *insitu.*—3 Vet. Dalec. *quotquot enim genera*; et mox in eodem Vet. *tot. f. nec uno ritu procurantur.*—4 Vet. Dalec. *a matre*; alii ap. Dalec. *in matre.*—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum

NOTÆ

^h Virgilius] Loco ante allato. Sunt autem volema, quæ libralia superius velut a pondere appellata sunt: nunc eadem, a mole, quod manus volam implent, volema.

ⁱ A Catone] Cap. 7. pag. 13.

^j Et mustea] Quæ perperam murtea Macrobius vocat, loc. cit. Mustea pyra sunt novella pyra, ut quidem videtur: nam mustum, non modo vinum dicitur, sed et quicquid novellum, inquit Nonius.

^k Ad culmen [columen] Sic Mss. Reg. Colb. Chiffi. Th. non *culmen*, ut editi.

^l Cum Virgilius] Georg. II. 69. Sed vide Notas et Emend. num. 9. Et Plutarchum consule Sympos. II. 2. pag. 640.

^m Neque omnia insita] Rectius *insitu.*

ⁿ Fulgura expiari] Procurari et expiari fulgura dicuntur, cum eorum vis infesta a capitibus nostris, agrisque, vel tectis, precibus quibusdam, ritibusque sacris depellitur.

^o Quotque genera] Varro de Re Rust. I. 40. 'Videndum, qua ex arbore in quam transferatur. . . Hæc sequuntur multi, qui aruspices audiunt multum, a quibus proditum, in singulis arboribus quot genera insita sint, uno ictu tot fulmina fieri in illud quod fulmen concepit.' His extrican- dis nugis piget immorari.

^p In iis serotina] *Poires tardives.*

^q Ad matrem] Sive in matre, hoc est, in arbore.

Conduntur^r vero pyra, ut uvæ,^s ac totidem modis: neque aliud in cadis, præterquam pruna.⁶ Pomis^t proprietates pyrisque vini: similiterque in ægris^u medentes cavent: ac vino et aqua coquuntur, atque pulmentarii^v vicem implent: quod non alia præter cotonea, et struthia.⁷

XVIII. (XVI.) In universum vero¹ de pomis servandis præcipitur: pomaria^a in loco frigido ac sicco contabulari: septemtrionalibus^b fenestris sereno die patere: Austros specularibus^c arcere, Aquilonis quoque afflatu poma deturpante rugis. Colligi mala post æquinoctium autumnale,² neque ante XVI. Lunam,³ neque ante primam horam. Cadiva^d separari: stramentis, storeis, paleisve sub-

edd. Harduin. et recentt. *Scantiana* Gronov. et vulgg.—6 Vet. Dalec. *modis*, non aliter quam in cadis. Præterea quæ pomis, &c. Paulo post, in eodem Vet. similiter iis agris med. calentia in escam dant: ac vicinio; Parm. similiter iis agris med. in escam dant, &c. Deinde, at vino et aqua margo edd. Dalec. et Gronov.—7 Chiff. ac struthia.

CAP. XVIII. 1 In universum autem Chiff.—2 Idem codex, *autumnale*.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *ante octavam*

NOTÆ

^r *Conduntur*] Ita nunc Cato cap. 145. pag. 75.

^s *Ut uvæ*] Quot modis condantur uvæ dicitur cap. seq.

^t *Pomis*] Et e pomis pyrisque portionis genus exprimitur, in Normannia inprimis Galliæ provincia, quod vini saporem acidulum refert: *Pommé*, *le cidre qu'on fait avec des pommes*: *Poiré*, *cidre de poires*.—⁶ Istud ⁶ pyracium⁶ ab Hieronymo dicitur, adv. Jovinian. lib. II. Ed. sec.

^a *Similiterque in agris*] Pyra præsertim. Plinius XXXIII. 62. 'Pyrorum omnium cibus etiam valentibus onerosus: agris quoque vini modo negatur.'

^v *Pulmentarii*] Quanquam vel sic cocta pultis quandam similitudinem obtinent, *Une marmelade*: non a pulte tamen pulmentarii petenda originatio est, ut dicemus XVIII. 19. Celso II. 33. 'Contrita pyra, vel mala, præci-

pue cydonia.'

^a *Pomaria*] Pomarium locus est in quo poma reponuntur: ut vestiarius diximus cap. 8. in quo vestes. Varro de Re Rust. I. 59. 'Conditiva mala struthea, cotonea . . . omnia in loco arido et frigido supra paleas posita servari recte putant.' Contabulari est tabulatis communiri. Sic contabulatae turres apud Cæsarem, Liviumque.

^b *Septemtrionalibus*] Varro loc. cit. 'Ideo oporothecas qui faciunt ad Aquilonem ut fenestras habeant, atque ut aëre perflentur, curant: neque tamen sine foriculis, ne cum humorem amiserint, pertiuaci vento vieta fiant.'

^c *Specularibus*] Cui fenestris vitreis. De specularibus dicitur XXXVI. 45.

^d *Cadiva*] Quæ per se cecidere, non manu decerpta, aut decussa per-

sterni. Rara componi,^c ut limites pervii spiritum æqualem accipiant. Amerina^{4 f} maxime durare, melimela minime.

(XVII.) Cotoneis in concluso^{5 g} spiramentum omne adimendum, aut incoqui melle ea, immergiver oportere.⁶ Punica aqua^h marina fervente indurari: mox triduo Sole siccata, ita, ne nocturno rore contingantur, suspendi: et cum libeat uti,⁷ aqua dulci perlui. M. Varroⁱ et in doliis arenæ servari jubet: et immatura^j obrui terra in ollis fundo effracto, sed spiritu excluso,^k ac surculo pice illito: sic etiam crescere amplitudine majore, quam possint⁸ in arbore. Cetera mala^l foliis ficulnis, præterquam cadivis,



lunam cod. Dalec. ante XV. lunam Gronov. et vulgg.—4 *Camerina* margo edd. Dalec. et Gronov.—5 Ita Harduin. et recentt. *Cotoneis interclusis* Gronov. et edd. vet. *Cotoneis inclusis* Dalec. *Cotoneis inconclusos* Chiff. —6 Dalec. oportet.—7 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *suspendi: cum libeat uti* Gronov. et vulgg.—8 Ita codd. Harduini et Chiff. cum

NOTÆ

tica. Et hæc vox *Cadivus* in Notis quæ vulgo ascribuntur Tironi, reperitur, pag. 18.

^c *Rara componi*] Laxe disponi, relicto inter singula intervallo, ut aëre æquabiliter cuncta perflectentur.

^f *Amerina*] De his, et de melimelis cap. 15.

^g *In concluso*] Loco concluso, quo nullus vento sit aditus. Vide Notas et Emend. num. 10.

^h *Punica aqua*] Sic Geopon. auctor x. 38. p. 272. Columella, quem Plinius sequitur, XII. 44. p. 448. 'Pænus quidem Mago præcipit aquam marinam vehementer calefieri, et in ea mala granata, lino spartove illigata, paulum demitti, dum decolorentur: et exemta per triduum in Sole siccari: postea loco frigido suspendi: et cum res exegerit, una nocte, et postero die, usque in eam horam, qua fuerit utendum, aqua frigida dulci macerari.' Eadem habet Palladius

lib. IV. in Martio, tit. 10. pag. 93.

ⁱ *M. Varro*] De Re Rust. I. 59. pag. 71. 'Mala Punica demissis suis surculis in dolio arenæ.' Sic etiam auctor Geopon. loc. cit.

^j *Et immatura*] Varro loc. cit. 'Etiam immatura cum hærent in sua virga, et demiseris in ollam sine fundo, eamque si conjeceris in terram, et obteris circum ramum, si extrinsecus spiritus afflet, ea non modo integra eximi, sed etiam majora, quam in arbore unquam pependerit.'


^k *Spiritu excluso*] Ne ventus afflet.

^l *Cetera mala*] Columella XII. 45. pag. 450. 'Nonnulli foliis ficulneis illigant, deinde cretam figularem cum amurca subigunt, et ea linunt mala, quæ cum siccata sunt, in tabulato, frigido loco et sicco reponunt.' Habet eadem Palladius lib. III. in Febr. tit. 25. p. 76.

singula convolvi, cistisque vitilibus condi, vel creta^m figularum illini.

Pyra in vasis fictilibus⁹ picatis inversis obrui inter scrobes.ⁿ Tarentina serissime legi. Aniciana^o servari et in passo. Sorba quoque^p et scrobibus,¹⁰ gypsato operculo, dum pedum terra superinducta,^q in loco aprico, inversis vasis, et in doliis, ut uvas, cum ramis suspendi.

E proximis^r auctoribus quidam altius curam petunt: deputarique statim poma ac vites¹¹ ad hunc usum præcipiunt, decrescente Luna, post horam diei tertiam,¹² t^t cœlo sereno, ac siccis ventis. Similiter deligi et ex locis siccis, et ante perfectam maturitatem, addito ut Luna infra terram sit: uvas cum malleolo^u sarmenti duro,



edd. Harduin. et recentt. *possunt* Gronov. et vulgg.—9 Cod. Dalec. *sictilibus*. Mox, *intra scrobes* Dalec. *inter scobes* Gronov. et al. ante Harduin.—10 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *Scoba, vero ut in scrobibus* Gronov. et edd. vett. Mox, Chiffi. *terra superintecta*; Dalec. *terra superinjecta*.—11 Dalec. *ac uvas*.—12 Chiffi. *post horam ceu tertiam*.—13 Cod.

NOTÆ

^m *Vel creta*] Sic Apuleius Romanus in Geopon. x. 21. p. 262. Τινὲς δὲ κεραμικῇ γῆ περιπλάσαντες, καθ' ἐν μῆλον ξηραίνουσι, καὶ ἀποτίθενται. *Quidam terra figulina singula mala oblinunt, siccant, et reponunt.*

ⁿ *Inter scrobes*] Sic Mss. Reg. Colb. &c. Quare mox etiam sequitur, ex iisdem codd. *Sorba quoque et scrobibus*: hoc est, perinde ac pyra, de quibus dictum est proxime.

^o *Aniciana*] Varro loc. cit. 'In spa condita manere pyra Aniciana et sementiva.'

^p *Sorba quoque*] Colum. xii. 16. p. 424. unde hæc manarunt: 'Sorba,' inquit, 'manu lecta, curiose in urceolos picatos adjicito, et opercula picata imponito, et gypso linito: tum scrobibus bipedaneis sicco loco intra tectum factis urceolos ita collocato, ut oblita ora eorum deorsum spectent: deinde terram congerito, et modice desuper calcato.' Habet

eadem Palladius lib. ii. in Januar. tit. 15. p. 45.

^q *Superinducta*] Ita Reg. 1. At Reg. 2. Colb. Th. et Chiffi. *superintecta*, ut sorba subintelligas.

^r *E proximis*] E recentioribus, ac novitiis scriptoribus. Columellam tacite signat, cujus hæc verba, xii. 43. p. 445. 'Omnis autem uva sine noxa servari potest, si Luna decrescente et sereno cœlo post horam quartam, cum jam insolata est, nec roris quicquam habet, viti detrahatur.' Idem de pomis præcipit c. 45.


^s *Ac vites*] Ita Mss. omnes. Aut vites dixisse pro uvis, aut neutro genere ipsam arborem videtur pomum appellasse, ex qua demetuntur mala. Deputari vero arborem vitemve, vindemiari est.

^t *Diei tertiam*] Mss. omnes, *post horam ceu tertiam*. Columella, 'quartam.'

^u *Cum malleolo*] Malleolus dicitur

dentis forfice^v corruptioribus acinis, in dolio picato recenti suspendi, exclusa omni aura^w operculo et gypso: sic et sorba, ac pyra: illitis omnium surculis^x pice. Dolia procul ab aqua esse. Quidam sic^y cum palmite in gypso condunt, capitibus ejus scillæ infixis utrimque.^a Alii etiam^z vina habentibus doliis, dum ne contingant ea uvæ. Aliqui mala^a in patinis fictilibus fluitantia: quo genere et vino odorem acquiri putant. Aliqui omnia^b hæc in milio servare malunt. Plerique vero in scrobe duum pedum altitudinis arena substrato,¹³ et fictili operculo, dein terra aperto. Creta quidam etiam figlina uvas illinunt, siccatasque Sole suspendunt: in usu, diluentes cretam. Eandem pomis vino subigunt.^c Mala vero generosissima eadem ratione crustant gypso vel cera: quæ nisi maturaverint,¹⁴ d

^a *Utroque capite rami illius, ex quo uva pendet, in scillæ radicem infixo.*



Dalec. arena substrata.—14 Chiff. quæ nisi maturaverint.—15 Dalec. operculo

NOTE

palmes vitis novus, prioris anni flagello sive sarmento innatus.

^v *Dentis forfice*] Colum. loc. cit. p. 447. 'Vitiosa grana forficibus amputantur.'

^w *Exclusa omni aura*] Ne introire spiritus possit. Colum. p. 451.

^x *Omnium surculis*] Hoc est, pediculis, sive petiolis. Colum. pag. 445.

'Uvas cum deseceris a vite, continuo pediculos eorum impicato dura pice.' Et infra, 'Pix ferveat, in qua pediculi uvarum statim demittantur.'

^y *Quidam sic*] Colum. p. 447. 'Nonnulli sicco flore gypsi obruunt uvas: quas non nimium maturas vitibus detraxerunt.'

^z *Alii etiam*] Colum. p. 445. multo uberius hunc modum explanat, quem consule

^a *Aliqui mala*] In ollam fictilem novam immissa, olla deinde in vini dolium immersa, ita ut ei innatet:

id enim si fiat, et recentia semper mala erunt, et vinum ipsum odoratum, inquit Apuleius Romanus in Geopon. x. 21. p. 263. Εἰς χύτραν καυὴν ἐντιθέμενα, πίφθ οἰνηρῶ τῆς χύτρας ἐμβληθείσης, ὥστε πλείν ταύτην, τοῦ πίθου ἐπιχρισθέντος, ἔσται νέα, ὃ δὲ οἶνος εὐώδης. Quod et Democritus repetit l. c. cap. 28. p. 267.

^b *Aliqui omnia*] In milio, Palladius lib. III. in Febr. tit. 25. p. 76. In hordeo, ne putrescant, Apuleius loc. cit.

^c *Vino subigunt*] Vel aqua. Colum. XII. 44. p. 448. 'Sed et Mago Carthaginiensis auctor est creta figulari bene subacta recentia mala crasse illinire, et, cum argilla exaruit, frigido loco suspendere. Mox, cum exegerit usus, in aquam demittere, et cretam resolvere. Hæc ratio tanquam recentissimum pomum custodit.'

incremento calycem rumpunt. Semper autem^e in pediculos collocant ea. Alii decerpunt cum surculis,^f eosque in medullam sambuci abditos obruunt, ut supra^g scriptum est. Alii singulis^h malis pyrisque singula vasa fictilia assignant, et opercula eorum picata¹⁵ dolio iterum includunt. Necnon aliqui in floccisⁱ capsisque,¹⁶ quas luto paleato illinunt. Alii hoc quidem¹⁷ in patinis fictilibus: aliqui et in scrobe subjecta arena, ita sicca¹⁸ operiunt mox terra. Sunt qui cotonea cera Pontica^j illita melle demergant. Columella^k auctor est,¹⁹ in puteos cisternasve in fictilibus vasis pice diligenti cura illitis mergi. Liguria maritima Alpibus proxima uvas Sole siccatas²⁰ junci fasciis involvit, cadisque conditas, gypso includit. Hoc idem Græci^l pla-



eorum picato.—16 Dalec. in fossis capsisque.—17 Alii hoc idem cod. Dalec.—18 Dalec. sita; margo edd. Dalec. et Gronov. sepulta.—19 Ita ex eodd. Harduin. et recentt. Columella auctor, omisso est, Gronov. et al. ante Harduin.—20 Sole siccata Harduin. 2. 3. et Franz. Sole siccata Gronov. et vett.

NOTE

^d *Quæ nisi matur.*] Maturissima idcirco legi præcipit Columella loc. cit. p. 450. In Mss. Reg. Colb. 2. Chiff. Th. maturaverint.

^e *Semper autem*] Colum. pag. 451. ‘Substrata prædicta poma sic debent componi, ut flosculi sursum, pediculi deorsum spectent: quemadmodum etiam in arbore nata sunt.’

^f *Alii d. cum surculis*] Hoc est, cum pediculis, seu ramulis, e quibus ea pendunt. Columella p. 449. ‘Omne autem pomum, quod in vetustatem reponitur, cum pediculis suis legendum est: sed, si sine arboris noxa fieri possit, etiam cum ramulis: nam ea res plurimum ad perennitatem confert.’ Et p. 448. fossam fieri loco siccissimo præcipit, eoque infigi sambuci ramulos: deinde sereno cælo granata legi cum suis pediculis, et sambuco inseri: ‘quoniam sambucus,’ inquit, ‘tam apertam et laxam medullam habet, ut facile malorum

pediculos recipiat.’

^g *Ut supra*] Hoc est, in scrobe duum pedum altitudinis, arena substrato, et fictili operculo, dein terra operto. Sic etiam Colum. loc. cit. ‘Tum factæ scrobi operculum imponitur, et paleato luto circumlinitur,’ &c.

^h *Alii singulis*] Apuleius loc. cit. p. 262. et Pallad. l. III. in Febr. tit. 25. p. 72.

ⁱ *In floccis*] In lanarum floccis. Vide Notas et Emend. num. 11.

^j *Cera Pontica*] Dicitur de eo ceræ genere XXI. 49.

^k *Columella*] Id quidem de uvis præcipit XII. 43. quas eadem arte ac poma Plinius admonuit.

^l *Hoc idem Græci*] Colum. XII. 16. p. 424. ‘Quidam uvam passam foliis ficulneis involvunt, et assiccant: alii foliis vitigineis: nonnulli plataninis semivietas uvas contegunt, et ita in amphoras recondunt.’

tani foliis, aut vitis ipsius, aut fici, uno die in umbra siccat, atque in cado vinaceis^m interpositis. Quo genere Coa uva, et Berytia servantur, nullius suavitati postferendæ. Quidam, ut has²¹ faciant, in cinere lixivioⁿ tingunt protinus quam detraxere vitibus, mox in Sole siccant: tum foliis (ut supra dictum est) involutas vinaceis stipant. Sunt qui malunt^o uvas scobe²² ramentisve abietis, populi, fraxini servare. Sunt qui suspendi procul malis,^{23 p} protinusque in granariis jubeant, quoniam optime sit operimento pulvis pensilibus. Contra vespas^q remedio est, oleo aspergi ex ore. De palmis^r diximus.

XIX. (XVIII.) E reliquo genere pomorum^a ficus amplis-



item Harduin. 1. Miller. et Bipont.—21 Dalec. nullis, &c. ut hoc. Mox, *lixivo tingunt* Gronov. et al. ante Harduin.—22 Gronov. et al. ante Harduin. *uvas in scobe*. Mox, pro *abietis*, quod servant codd. Regg. Brot. et al. *abjectis* legitur in ed. Harduin. 1.—23 Vet. Dalec. *malint*. Mox cod. Dalec. *jubent*, *b. optime*, &c. Vet. Dalec. *jubeant*, *b. optimum sit operimentum*; alii vet. ap. Dalec. *jubeant*, *b. optimo sit operimento*.

NOTÆ

^m *Vinaceis*] Quid sint vinacea diximus XIV. 3.

ⁿ *In cinere lixivio*] Colum. loc. cit. ‘Sunt qui culmos fabæ exurant, et ex eo quod cremaverint, cinere lixiviam faciunt,’ &c. Ex cinere ficulneo aut vitigineo lixiviam fieri monet auctor Geopon. IV. 14. p. 115. qua tingebantur uvæ, ut Coæ quodammodo ac Berytiæ fierent.

^o *Sunt qui malunt*] Colum. XII. 43. p. 447. ‘Quidam arida populnea vel abiegna scobe virides uvas custodiunt.’ Vide et c. 44. p. 449.

^p *Procul malis*] Procul a pomorum vicinio. Docet hoc ipsum auctor Geopon. IV. 14. p. 115. *Φυλάττονται δὲ αἱ σταφυλαί*, &c. ‘Servantur,’ inquit, ‘uvæ multo tempore, in horreis sive granariis frumenti suspensæ, præsertim si frumentum sæpius moveatur: pulvis enim inde excitatus, uvis quæ pendent insidens, plurimum confert


ad diurnitatem.’ Pirasimiliter commendat Martialis I. 44. ‘Quæ lenta pendent religata genista.’

^q *Contra vespas*] Ita Geopon. auctor ex Democrito IV. 9. p. 108. Ἐλαιον ροφήσας πρόσρανον ὡσπερ ἐμφυσῶν ταῖς ἀμπέλοις, καὶ ταῖς σταφυλαῖς, καὶ ταῖς ἄλλαις ὀπάραις. Lemma capitis erat: ὥστε σφήκας μὴ ἄπτεισθαι ἀμπέλων, κ. τ. λ. quanquam est proprie, ut suo loco monuimus, crabro, non vespa, σφήξ.

^r *De palmis*] Lib. XIII. c. 9.

^a *E reliquo . . . pomorum*] Pomî appellatione venit etiam ficus, et apud Palladium I. IV. in Martio, tit. de ficu. Elegantem de ea re disceptationem vide apud Macrob. Saturn. II. 16. p. 378. At tenuit deinde usus, ut quemadmodum caulium appellatio deflecteret a generis significatione ad brassicam privatim designandam, ita pomum pro malo caperetur.

sima est, quædamque et pyris magnitudine æmula. De Ægyptiæ Cypriæque miraculis retulimus^b inter externas. Idæa^c rubet olivæ magnitudine, rotundior tantum, sapore mespili. Alexandrinam hanc ibi vocant, crassitudine cubitali:^d ramosam, materie^e validam, lentam,^f sine lacte, cortice viridi, folio tiliæ,^g sed molli. Onesicritus tradit in Hyrcania multum nostris esse dulciores, fertilioresque, ut quæ modios CCLXX. singulæ ferant. Ad nos ex aliis transiere gentibus,² Chalcide,^h Chio: quarum plura genera.ⁱ Siquidem et Lydiæ,^j quæ sunt purpureæ, et mamillanæ,^k similitudinem earum habent: et callistruthiæ^l parum sa-



CAP. XIX. 1 'Ms. cubitali: ramosa materie: validam, &c. Lege, ramosam, materie valida, lenta.' Dalec.—2 'Ita bene cod. Reg. 1.' Brotier. Edd. ante Brotier. transire gentibus, &c. Cod. Dalec. exhibet, transire gentibus Chalci-

NOTÆ

^b Retulimus] Lib. XIII. cap. 14. et 15.

^c Idæa] Ab Ida monte Troadis Idæa, ab Alexandria ejusdem regionis oppido, Alexandrina nominata. Theophr. Hist. III. 17. de lauro, ficu, et vite Alexandrina: Ἰδία δὲ καὶ τὰδε περὶ τὴν Ἰδὴν ἔστιν. Οἶον ἢ τε Ἀλεξανδρεία καλουμένη δάφνη, καὶ συκὴ τις καὶ ἔμπελος. Sunt qui ab Alexandro Paride malint nomen traxisse, quem ea coronatum ferunt. Hanc porro ficus Idææ descriptionem hausit ex Theophrasto Plinius: hausit et Athenæus l. III. p. 77.

^d Crassitudine cubitali] Sic locum hunc interpunximus, ut cubitali ambitu, non ramos, seu caudicem, intelligeres: ex Theophr. loc. cit. Ἡ δὲ συκὴ, θαμνώδες μὲν, καὶ οὐχ ὑψηλὸν πάχος δ' ἔχον, ὥστε καὶ πηχυαῖον εἶναι τὴν περίμετρον.

^e Materie] Ligno nunquam putrescente. Theophr. Ἀσαπὲς δὲ ἐστὶ τὸ δένδρον.

^f Lentam] Ξύλον γλισχρὸν, Theophr. viscosam, lubricam.

^g Folio tiliæ] Hoc, simili tiliæ foliis, mollique, et lato. Theophr. τὸ δὲ σχῆμα τῶν φύλλων ὅμοιον τῷ τῆς φύλλου, καὶ μαλακὸν δὲ καὶ πλατύ.

^h Chalcide] Unde Chia ficus, et Chalcidicæ, Herodoto Lycio, in opere De Ficibus, appellatæ, apud Athen. l. III. p. 77. Lydiæ quoque purpureæ, apud eundem, pag. 76. Αἰμῶνια σῦκα Λύδια, a sanguineo colore.

ⁱ Plura genera] Albæ scilicet, et nigræ. Macrobius Saturn. II. 16. p. 377. 'Cloatius,' inquit, 'diversas ficos diligentia suæ more dinumerat: Africa . . . Chalcidica alba, nigra: Chia alba, nigra: Calpurniana alba, nigra,' &c. Scripsit Passeratius carmen haud invenustum de ficu, Kal. Jan. MDXC.

^j Lydiæ] Harum, præter Athen. loc. cit. meminit etiam Macrobius modo laudatus. Columella quoque in Hortulo, 'Et picto Lydia tergo.'

^k Mamillanæ] A mammarum forte similitudine aliqua, ut pira mammosa, de quibus c. 19. nomen traxere.

^l Callistruthiæ] Julius Capitolin. in

pore³ præstantiores, ficorum omnium frigidissimæ. Nam de Africanis,^m quas multi præferunt cunctis, magna quæstio est: cum id genus in Africam nuperrime transierit, patriæ nomen obtinent. Nam Alexandrinaⁿ e nigris est, candicante^o rima, cognomine delicatæ.⁴ Nigra et Rhodia^p est, et Tiburtina de præcocibus.^q Sunt et auctorum^r nomina iis, Liviæ, Pompeiæ: siccandis hæc^s Sole in annuos usus aptissima, cum mariscis,^t et quas arundinum^u folii macula variat.⁶ Est et Herculanea,^v et albicerata,^w et aratia^x alba,

//////////

dicæ, quarum, &c.—3 Chiffi. *et c. fartim sapore.*—4 ‘*Nam Alexandrinæ enixiores Candicans, Terina (Theriana) cogno. delicata* Parm.’ Dalec.—5 Cod. Dalec. *siccantur hæc*; Vet. ejusdem, *siccandæ hæc*. Mox, *aptissimæ* cod. Dalec. *aptissima* Vet. ejusdem.—6 Vet. Dalec. *hurundinei folii mac. variant*. Mox, *et*

NOTÆ

Albino, pag. 83. ‘Quingentas ficus passarias, quas Græci callistruthias vocant, jejunum comedisse aiunt,’ &c. Καλλιστρουθίαι Athenæo l. III. p. 75. quarum suavitatem nulli postferendam pronuntiat. Columella in Hortulo, ‘Et callistruthis roseo quæ semine ridet.’

^m *Africanis*] De his Martialis VII. 52. ‘Et Libyæ fici pondere testa gravis.’ Africanas vocat Colum. v. 10. p. 201.

ⁿ *Alexandrina*] Ab Ægypti Alexandria: nam alterius fructus rubet, ut dictum est ex Theophr.

^o *Candicante*] Cum liat, albet. Hæc, opinor, ea ficus est quæ Columellæ in Hort. l. x. p. 359. ‘Scissa Libysa’ dicitur.

^p *Rhodia*] Meminit hujus Athenæus lib. III. p. 75.

^q *De præcocibus*] *Figues hastives*. Sunt in horto Regio.

^r *Sunt et auctorum*] Dedere iis sua nomina, quibus eæ maxime placuere. Liviis quidem Liviæ, quæ Augustum maritum ficibus venenatis sustulisse ferebatur, inquit Dio lib. LVI. p. 589. Hæc Macrobio loc. cit. Livianæ: istæ Pompeianæ vocantur. De Liviæ Co-

lumella, in Hortulo: ‘At gravis Arcturi sub sidere parturit arbos Liviæ, Chalcidicis et Caunis æmula Chiis.’

^s *Siccandis hæc*] Hæc, inquit, genera apta sunt quæ Sole siccentur, condanturque in annuos usus. Ita Mss. omnes.

^t *Cum mariscis*] Pingues mariscas appellat Columella in Hortulo. Italis *Fico lardare*, auctore Jo. Bapt. Porta: sapore injucundo, stolidamagnitudine, pinguedine eximia. Soles passa ad servandum aptior, quam viridis ad escam. Fatuas idcirco mariscas appellat Martialis, nec habet in pretio, VII. 24. contra Chias commendat: ‘Infanti melimela dato, fatuasque mariscas: Nam mihi, quæ novit pungere, Chia sapit.’

^u *Et quas arundinum*] Quæ arundinis Laconicæ in morem diversicolas maculosæque sunt. De hoc arundinum genere Theophr. Hist. IV. 12. Genera ficuum ex elementorum serie dinumerans Macrobius loc. cit. ‘Africa,’ inquit, ‘albula, arundinea, asinastra,’ &c.

^v *Herculanea*] Macrobius loc. cit.

^w *Albicerata*] Quod ex albo cerino

pediculo minimo, latissima. Primo autem provenit porphyritis,^y longissimo pediculo. Comitatur eam e minimis et vilissimis popularis dicta. Contra novissima sub hyeme maturatur chelidonia.^z Sunt præterea^a eadem⁷ serotinæ et præcoces, biferae, alba ac nigra, cum messe vindemiaque maturescentes. Serotinæ et a corio^b appellatae duro:⁸ ex Chalcidicis quarundam trifero^c proventu. Tarenti tantum prædulces nascuntur, quas vocant onas.⁹ ^d

Cato de ficis^e ita memorat: ‘Ficos mariscas in loco cretoso aut aperto serito. In loco autem crassiore aut stercorato Africanas, et Herculaneas, Saguntinas, hybernas,^f Telanas atras¹⁰ § pediculo longo.’ Postea tot subiere nomina atque genera, ut vel hoc solum æstimantibus appareat, mutatam esse vitam. Sunt et hybernae, quibusdam provinciis, sicuti Mœsiæ, sed artis, non naturæ.¹¹ Parva-



aritia alba cod. Dalec.—7 Vox *eadem* deest in cod. Dalec.—8 ‘Alii e Macrobo. *Serotinæ et appellatae cydoniæ*. Lego, *Serotinæ duraciæ a corio appellatae*.’ Dalec. Mox *ex C. quædam* Vet. Dalec. *ex C. quorundam* Gronov. et edd. vet. *ex C. quarundam* Chiffli. et edd. recentt.—9 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. *omas* Gronov. et al. ‘Lego, *ænadas*, quasi vini sapore.’ Dalec.—10 Ita Cato; item edd. Harduin. et recentt. *Tellianus, atras* Gronov. et vet.—11 Cod. Dalec. *arte, non natura*.—

NOTÆ

colore est. Columella in Horto, ‘Albaque, quæ servat flavæ cognomina ceræ.’

^x *Aratia*] Sic Th. et Colb. *Aritia*, Reg. Athenæus ex Theophr. lib. 111. p. 77. Charitiam, et Arateam vocat, ἡ Χαρίτιος Ἀράτειος καλουμένη.

^y *Porphyritis*] Nigricans in modum purpuræ ficus, πορφυρίτις.

^z *Chelidonia*] Purpureæ Chelidoniæ, apud Colum. in Hort. lib. x. p. 359.

^a *Sunt præterea*] Sunt præterea, inquit, biferae, alba, nigraque, quæ et serotinum eadem cum vindemia, et præcocem pariter cum messe fructum ferant.

^b *Serotinæ et a corio*] Serotinæ, inquit, duricoriæ sunt: sic enim eas appellat Macrobius Saturn. 11. 16. pag. 377.

^c *Trifero*] Biferas ac triferas agnoscit Colum. v. 10. p. 201.

^d *Vocant onas*] Sic Mss. omnes, non *omas*. Forte ὄντας, *venales, pretiosas*.

^e *Cato de ficis*] De Re Rust. c. 8. pag. 14.

^f *Hybernas*] Quæ superius Chelidoniæ nominata: quæque sub hyeme novissimæ maturantur.

^g *Telanas atras*] Sic ista conjunctim legenda, ex Macrobio loc. cit. non *Telanas, atras*, vel *Tellianus atras*.

rum genus arborum post autumnum fimo contegunt, deprehensasque^b in hyeme grossos, quæ mitioreⁱ coelo refossæ¹² cum arbore, atque in lucem remissæ, novos Soles, aliasque, quam quibus vixere, avide, tanquam iterum natæ, accipiunt: et cum venientium^j flore maturescunt, alieno præcoces anno, in tractu vel gelidissimo.

XX. Sed a Catone appellata jam tum Africana, admonet et Africæ, ad ingens documentum uso eo pomo.^a Namque pernicali odio Carthaginis flagrans, nepotumque securitatis anxius, cum clamaret omni senatu¹³ Carthaginem delendam, attulit quodam die in curiam præcocem ex ea provincia ficum: ostendensque patribus, ‘Interrogo^b vos, inquit, quando² hanc pomum^c demtam putetis ex arbore?’ Cum inter omnes recentem³ esse constaret: ‘Atqui tertium, inquit, ante diem scitote decerptam^{4d} Carthagine: tam prope a muris habemus hostem.’ Statimque sumtum est

^a Cum ad documentum ingens Romanorum usus sit eo pomo Cato.



12 Chiffi. colore fossæ.

CAP. XX. 1 Cod. Dalec. omnis senatus.—2 Vet. Dalec. quam dudum. Mox, Gronov. et al. ante Harduin. hoc pomum demtum.—3 Cod. Dalec. recens.—4 Gronov. decerptum. Mox, tam prope nos habemus.—5 ‘Ita bene codd.

NOTÆ

^b *Deprehensasque*] Et quas in arbore pendentes grossos, hoc est, virides adhuc nec maturas ficus, hyems deprehendit.

ⁱ *Quæ mitiore*] Vere inennte.

^j *Et cum venientium*] Ex quo tempore alterius anni ficus vix florem ex arbore exerunt, ipsæ maturescunt, alieno anno: sic eæ præcoces vulgo creduntur: quoniam justum maturescentium tempus antevertunt.

^a *Omni senatu*] Hoc est, omni Senatus consessu, quoties convenirent Patres, de re aliqua deliberaturi, ad suam sententiam semper id adjiciebat Cato, delendam Carthaginem. Ita Florus II. 15. p. 84. Plutarchus in Catone Maj. p. 352. ‘Quacumque de re sententiam rogaretur, responde-

bat, Hoc censeo, et Carthaginem præterea excidendam.’ Δοκεῖ δὲ μοι, καὶ Καρχηδόνα μὴ εἶναι. Contra P. Scipio Nasica, Δοκεῖ μοι Καρχηδόνα εἶναι. Vide Livium in Epit. lib. XLIX.

^b *Interrogo*] Hæc iisdem ferme verbis Plutarchus loc. cit. narrat. Attigit Tertull. ad Nation. II. 16. ‘Ficum viridem Romæ nemo noverat . . . Ficum Cato Senatui intulit, ut quo jam Provincia hostilis esset, cui sub . . . semper instabat, exprimeret.’

^c *Hanc pomum*] Sic Mss. omnes, Reg. Colb. Th. &c. hanc pomum demtam. Et sane mox recentem eadem lege sequitur, etiam in iis libris vulgaris, in quibus hoc pomum demtum legitur.

^d *Decerptum*] Sic Mss. omnes.

Punicum tertium^e bellum, quo Carthago deleta est: quam Catone anno sequente^f raptō. Quid primum in eo miremur? curam ingenii,^g an occasionem fortuitam, celeritatemque cursus, an vehementiam viri? Super omnia est,⁵ quo nihil equidem duco mirabilius, tantam illam urbem, et de terrarum orbe per cxx. annos æmulam,⁶ unius pomi argumento eversam: quod non Trebia,^h aut Trasymenus, non Cannæ busto insignes Romani nominis perficere potuerunt: non castra Punicaⁱ ad tertium lapidem vallata, portæque Collinæ adequitans ipse Annibal. Tanto propius Carthaginem pōmo Cato admovit.⁷

Colitur ficus^j arbor in foro ipso ac comitio^k Romæ nata,

Regg. Editio princeps, et Cl. Rezzonicus.' Brotier. Ita quoque codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *Super omnia quiddam est Gronov.* et vett. *Super omnia quidem est* al. ap. Dalec. *Super omnia, omissis ceteris, cod. Dalec.*—6 Vet. Dalec. *urbis æmulam.*—7 'Ita optime cod. Reg. 2. In cod. Reg. 1. et Editione principe, admonuit. Male Cl. Rezzonicus, *adiri monuit.*' Brotier. *adiri cod. Dalec. adit Dalec. adiri monuit Vet. Dalec.* 'Hic locus, *Cato admovit, non est sollicitandus.*' Nic. Heinsius *Adv. l. 14. p. 146.*—

NOTÆ

^e *Punicum tertium*] Epitome Livii lib. XLIX. Obsideri, oppugnarique cœpta est Carthago, L. Marcio, M. Manilio Coss. hoc est, anno Urbis DCV.

^f *Anno sequente*] Hoc est, anno post hanc concionem sequente jam exacto. Nam, ut Velleius ait lib. 1. p. 5. 'Ante triennium, quam Carthago deleteretur, M. Cato, perpetuus diruendæ ejus auctor, L. Censorino, M. Manilio Coss. mortem obiit.'

^g *Curam ingenii*] Quæsitane ea ficus fuerit meditatione ingenii, an oblata fortuito.

^h *Trebia*] De clade Romanorum ad Trebiam, Trasymenum, et Cannas, vide Florum II. 6. p. 60. et seq.

ⁱ *Non castra Punica*] Livius l. XXVI. p. 282. 'Inter hæc Hannibal ad Anienem fluvium, tria millia passuum ab Urbe, castra admovit. Ibi, stativis positus, ipse cum duobus millibus equitum ad portam Collinam usque ad Herculis templum est progressus: at-

que unde proxime poterat mœnia situmque Urbis obequitans contemplabatur.' Nomen habet porta Collina a collibus Quirinali et Viminali, æquata ibi planitie, conjunctis.

^j *Colitur ficus*] De ea Varro de Re Rust. II. 11. p. 93. Cave porro vel Scaligero credas, hunc locum ita corumpenti: *Colitur ficus arbor in foro Romina, jam sacra fulguribus ibi conditis: magisque ob memoriam ejus quam tanquam in comitium sponte transivisset, ubi Accio Navio. Illico arescit, &c.* Aut alteri scriptori novitio, sic refingenti: *Colitur ficus arbor in foro ipso Romina, tam sacra quam fulguribus ibi conditis.* Neuter enim ut eum locum integritati suæ restitueret, mentemque scriptoris assequeretur, codices conditivos consuluit, sed ingenii conjecturæ emendandique libidini plus æquo indulisit.

^k *Ac comitio*] Victor, in Regione Urbis octava, 'Ficus Ruminialis in Comitio, ubi et Lupercal.'

sacro¹ fulguribus ibi conditis:^b magisque ob memoriam ejus,^m quæ nutrix fuit Romuli ac Remi conditoris, ruminalis appellata:^s quoniam sub ea inventa est lupa infantibus præbens rumen,ⁿ (ita vocabant mammam,) miraculo ex

^b *Et sacrum idcirco Comitium est, quod ibi condita sunt fulgura.*

//////////

8 Gronov. et al. ante Harduin. *sacra*. Mox, Vet. Dalec. *Rom. cond. ac Ruminalis appellata*; Gronov. Harduin. et recentt. *R. ac R. conditoris appellata*.
^c Abest a codd. et editis libris vox *ruminalis*. At supplenda certe est; et

NOTE

¹ *Sacro*] Ita Mss. Reg. Colb. Th. &c. non *sacra*. Subintellige, comitio, foroque. Seneca Natur. Quæst. lib. II. scribit Romanos olim cum crederent nisi fato fulmina non decidere, cæsis hostiis, exstructisque aris, adhibito sacerdote, velut in procurationem malorum, condere ea solitos, ubi decidissent. Condi enim dicebantur, cum Sacerdos dispersos ignes in unum redigeret, et quadam tacita prece conderet, et consecraret. Hunc morem Lucanus insinuat l. 606. 'Arms dispersos fulminis ignes Colligit, et terræ mæsto cum murmure condit.' Loco sacro, fulguribus ibi conditis, Puteal imponebatur, hoc est, sacellum, et ara. Sacer autem ac religiosus fieri statim putabatur locus, qui fulgure ictus esset, quod eum sibi Deus dicasse videretur, inquit Festus, verbo 'Fulguriturum.' Nisi tamen Mss. exemplaria, quæ proxime laudavimus, et alia quæ Salmasius vidit, ipso prodente in Solin. p. 1136. *sacro* exhiberent, *sacra* legi hoc loco, vel ex ipsa orationis structura ac serie, præstabilius videretur: cum et ipsa ficus, juxta quam et fulgura condita fuere, et ara imposita, perinde sacra idcirco, ac forum ipsum, existimari merito possit.

^m *Ob memoriam ejus*] Alterius ficus, quæ vere ac proprie Ruminalis fuit, quod rumim, hoc est, mammam, Ro-

mulo Remoque præbuit: non in Comitio sata, ut illa prior: sed ad Tiberis ripam, in Cermalo sive Germalo, quo aqua hyberna Tiberis infantes detulerat, in alveolo expositos, inquit Varro de Ling. Lat. lib. IV. p. 16. Et ob hujus memoriam, altera illa, quæ in Comitio fuit, Ruminalis quoque est appellata, cum ab aliis Navia diceretur, quod esset ibi ab Atto Navio Augure sata, ut Festus refert. Hanc ficum sacram pro Curia positam vocat Dionys. Halic. lib. III. p. 204. Prioris, quæ vere Ruminalis fuit, meminit Aurel. Victor in Origin. Gentis Rom. p. 40. Remus porro, perinde ac Romulus, Urbis conditor appellatur: quod et Livius facit, mox laudandus. Fuerit hæc sane vulgi opinio, quam Plinius, veritatis sedulus investigator, osorque fabularum, haud obscure sugillat, cum ait, juxta ficum Naviam miraculum lupæ pueros lactantis ex ære dicatum, tanquam in comitium, ubi Navia ficus fuit, Ruminalis a Cermalo sponte transisset.

ⁿ *Rumen*] Ita Colb. 1. At *rumin* Reg. Th. &c. Festus, verbo 'Ruminalis:' 'Mamma autem rumis dicitur.' Nonius c. 2. p. 756. 'Rumam veteres mammam dixerunt.' Hinc jocus Pomponii apud eundem Nonium, 'Ego rumorem parvifacio, dum sit rumen qui impleat.' Plutarch. in Romulo p.

ære^o juxta dicato, tanquam in comitium sponte transisset, ^vAtto Navio^q augure. Illic arescit: ^rrursusque cura⁹ sa-

//////////

suppletam reperi in Editione principe antiqua manu.' Brotier.—9 Ita Turneb. cum edd. Harduin. et recentt. *transerisset, ab Accio Navio. Illico arescit, rursus cura, &c.* Scaliger. *transisset. Adacto navigio illico arescit: rursusque cura, &c.* Gronov. et al. ante Harduin. *illa cum arescit, rursus cura* margo edd.

NOTÆ

19. et in Quæst. Rom. p. 278. Τὴν θηλὴν βούμαν ἀνόμεζον οἱ παλαιοί.

^o *Ex ære*] Et cancellis æneis Curiae circumdatam hanc in foro Comitioque ficum, scribit Dionys. Halic. ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς . . . τοῦ βουλευτηρίου κίχλισι χαλκαῖς περιειργομένη. Livius lib. x. p. 178. 'Ad Ficum Ruminalem simulaera infantium conditorum Urbis sub uberibus lupæ posuerunt.'

^v *Sponte transisset*] A Cermalo ut dictum est, et Tiberina ripa. Cui prodigio aliud plane par narratur a Plinio Neronis principatu accidisse, xvii. 38. Vectii Marcelli oliveto universo viam publicam transgresso, arvisque inde e contrario in locum oliveti profectis. Id sane Tacitus existimasse videri possit *Annal.* lib. xiii. p. 217. qui Nerone tertium, Valerio Messala Coss. scribit Ruminalem arborem, in Comitio, mortuis ramalibus, et arescente trunco deminutam esse, idque prodigii loco habitum, donec in novos fœtus revivisceret: eamque ipsam esse 'quæ super dcccxxx. annos Remi Romulique infantiam tlexerat,' quam a Comitio procul positam fuisse vidimus.

^q *Atto Navio*] De hoc augure, vide Festum, verbo 'Navia:.' 'Ficus quoque in Comitio appellatur Navia ab Attio augure. Nam cum Tarquinii Priscus institutas tribus a Romulo mutare vellet, deterrereturque ab Attio per augurium, ut eluderet ejus prudentiam, interrogavit eum, an fieri posset id quod animo proposuisset suo: cui ille, permittente augurio,

cum respondisset effici posse, jussit rex cotem ac novaculam,' &c. Et Tullium de Divin. i. p. 170. Hunc locum prior Turnebus emendavit Advers. xxvii. 17. p. 961. cum prius *adacto navigio* legeretur. In Reg. 2. cod. tum hoc loco *Atto navio*, tum xxxiv. 11. *Atti Navii*, scriptum reperimus. Est qui locum integrumita concinnet, *Atti Navii augurio. Si quando arescit, rursus cura sacerdotum severitur, &c.* Sed recedere is longius videtur a vestigiis veteris scripturæ. Navii cotem novacula præcidentis effigiem exhibet nummus antiquus, Antonino Pio principe cusus, in Cimelio Christianissimi Regis.—'Est ex ære maximæ molis nummus antiquus, Antonino Pio principe cusus, in cimelio Christianissimi Regis, cum isto lemmate in imo margine, NAVIUS. Cave porro ad hunc Navium augurem referas. Stat imperator inter duos montes, qui sunt ad pedes positi, et situm urbis indicant; laureato capite, togatus, brachio sinistro extento pacifici more; dextero autem, digitoque indice præcipientis more extento, ad virum, qui pæne nudo corpore, palliatus tamen, pronus procumbit in genua, læva tenens lituum auguralem, dextra cultellum haruspicum. Sententia est, 'Narbonenses AVgures Imperatorem Venerantes Salutarunt.' *Ed. sec.*

^r *Illic arescit*] In Comitio sinitur ea arescere, nec ante succiditur. Aruisse Neronis principatu, ex Tacito ante didicimus.

cerdotum scitur. Fuit et ante Saturni ædem,^s Urbis anno CCLX. sublata, sacro a Vestalibus facta, cum Sylvani simulacrum subverteret.^t Eadem fortuito satu vivit^o in medio foro, qua sidentia imperii fundamenta ostento fatali Curtius^u maximis bonis, hoc est, virtute ac pietate, ac morte præclara, expleverat. Æque fortuita eodem loco est vitis atque olea, umbræ gratia, sedulitate^v plebeia satæ. Ara inde^v sublata¹² gladiatorio munere Divi Julii, quod novissime^w pugnavit¹³ in foro.

XXI. (XIX.) Admirabilis est pomi hujusce festinatio, unius in cunctis ad maturitatem properantis arte naturæ. Caprificus^a vocatur¹ e sylvestri genere ficus nunquam maturescens, sed quod ipsa non habet, aliis tribuens: quoniam est naturalis causarum transitus, atque e putrescentibus identidem generatur aliquid.^a Ergo culices^b parit: hi

^a Sponte sua causæ, quibus aliquid gignitur, eo transeunt, quo vocal natura.

//////////

Dalec. et Gronov.—10 'Ms. Sylvani et Isidis simulacrum subverterent. Eadem autem fortuito vivit; Vet. satu advivit. Lego, satu adhuc vivit.' Dalec. Parm. habet, satu advivit in m. f. quasi s. i. f. o. fatali, quæ Curtius, sc. explevit.—11 Cod. Dalec. sed utilitate.—12 'Ira inde sublata Chiff. ab irato nimirum populo post necem Julii Cæsaris. Non placet.' Dalec.—13 Dalec. quo novissime pugnatum.

CAP. XXI. I Verbum vocatur deest in Vet. Dalec. Paulo post, Chiff.

NOTE

^s Saturni ædem] Fuit in imo clivo Capitolino, ubi nunc ædes est S. Hadriani.

^t Sylvani simulacrum subverteret] Radicum rigore, et crassitudine, vel ramorum proceritate; vel denique, quod in simulacrum ipsum incumbere.

^u Curtius] Quem se devovisse, concitatoque equo immisisse sese in vastam specum, medio ferme foro, cum ingenti hiatu ibi terra discessisset, narrat Romani scriptores, Livius in primis lib. VII. p. 122. Festus: 'Curtius lacus appellatur a Curtio, qui ex eo loco in profundissimum se ob salutem populi Romani projecit hia-

tum.'

^v Ara inde] Ita Reg. et Colb. In Chiff. ira male. Puteal intelligit, de quo supra diximus, nota l.

^w Quod novissime] Paulo ante necem. De hoc gladiatorio munere Tranquillus in Julio c. 10.

^a Caprificus] Arbori Græce nomen ἐπιπύδος, Figuiér sauvage: ἐπιπύδον pomo: Athen. lib. III. p. 76.

^b Ergo culices] Rem totam uberissime Theophrastus explanat de Causis Plant. II. 12. p. 246. unde hæc manarunt, Aristot. quoque Histor. Anim. v. 27. pag. 633. Culices hi Græco scriptori ψήγες.

fraudati^a alimento in matre,^c putri ejus tabe,^b ad cognatam^d volant: morsuque ficorum^e crebro, hoc est, avidiore pastu aperientes ora earum,^e atque ita penetrantes, intus Solem primo secum inducunt, cerealesque^f auras immittunt foribus adapertis.⁴ Mox lacteum humorem, hoc est, infantiam pomi, absumunt: quod fit et sponte.⁵ Ideoque^h ficetis caprificus præmittitur⁵ ad rationem venti, ut flatus evolantes in ficos⁶ ferat.^c Inde repertum, ut illatæ quoque aliunde, et inter se colligatæ injicerentur fico: quod in macroⁱ solo et aquilonio non desideratur: quoniam sponte arescunt loci situ, rimisque⁷ eadem, quæ culicum opera, causa perficit:⁸

^b Quoniam tota intus tabe putruerit.

^c Ut ventus culices evolantes in ficus ferat.

alii tribuens.—2 Parm. parti frudati; Cod. Dalec. parvi fraudati. Mox, Parm. hoc est putri ejus tabe, ex qua nati ad cognatam; cod. Dalec. et cognati.—3 Dalec. ficuum. Mox, coria carum Dalec. Vox atque deest in codd. Dalec. et Chiffi.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. foribus apertis Gronovius et al. ante Harduin.—5 Dalec. permiscetur.—6 Ita codd. Regg. Brotier. et Editio princeps. Gronovius, Harduin. 1. 2. 3. et recentt. in ficus.—7 Vet. Dalec. rimasque. Mox, culicum opere cod. Dalec.—8 ‘Hic mihi videtur vox una excidisse, et legendum; causa perficit maturitatem. Nempe his rimis, ut culicum morsibus, cerealis aura seu Solis vapor immittitur; ac proinde rimis eadem, quæ culicum opera, causa perficit maturitatem. Sic quoque locum hunc emendatum volebat eruditus Petavius.’

NOTÆ

^c In matre] In caprifico.

^d Ad cognatam] Ad ficum sativam.

^e Ora carum] Ficuum cacumina morsu vellicant, adaperiuntque: τὰς κορυφάς. Theophrast. Hist. Plant. II. 9.

^f Cerealesque] Aditum auris frugiferis ac vitalibus præbent, interiusque inclusus spiritus libere permeat. τῶ ἐξωθεν ἀέρι διόδον διδῶσαι, καὶ τὸ ὄλον εὐπνύστερα ποιῶσαι. Theophrast. de Causis, II. 12. Cereales auræ dicuntur quæ Cereri ac frugibus sunt admodum salutare. Ita Mss. omnes. Risum movent, qui aërialesque reponunt.

⁵ Quod fit et sponte] Absumitur, in-

quit, et sponte hic lacteus humor, sine caprifici ope, solo loci macri situ, ut mox dicitur.

^h Ideoque] In summo, inquit, ficeti limite conserunt caprificos, in quibus culices gignuntur: unde in ficos proximas deferri vento secundo possint. Theophr. loc. cit.

ⁱ Quod in macro] In macro solo, inquit, et Aquiloni ostento, caprificatio non desideratur: quia propter alimenti exiguitatem, ipsa loci siccitate sponte arescunt, ac dehiscunt poma: rimarumque eadem opera est, quæ culicum foret. Theophr. iisdem verbis, de Causis Plant. II. 12. pag. 246.

(necnon ubi multus pulvis : ^j quod evenit maxime frequenti via apposita : ^k namque et pulveri vis siccandi, succumque lactis absorbendi :) quæ ratio ^l pulvere et caprificacione hoc quoque præstat, ne decidant, absumto humore tenero, et cum quadam fragilitate ponderoso.

Ficis mollis omnibus tactus : maturis frumenta ^m intus : succus maturescentibus lactis, percoctis mellis. Senescunt in arbore, anusque distillant gummium lacryma. ⁿ Siccas honos ^o laudatas servat in capsis, ^p Ebuso ^p insula ^q præstantissimas, amplissimasque, mox in Marrucinis. At ubi copia abundat, implentur orcæ ^r in Asia, cadi autem in Ruspina Africæ urbe : panisque ^r simul et obsonii vicem siccatae implent : utpote cum Cato, ^s cibaria ruris operariis justa ceu lege ^t sanciens, minui jubeat per fici maturita-



Brotier.—9 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *distillant gummi modo lacrymam, siccanturque. Honos laudatus servat in capsis* Gronov. et edd. vett.—10 *Vox insula* deest in cod. Dalec.—11 *Vet. Dalec. orcæ.*—12 *Gronov. seu*

NOTÆ

^j *Multus pulvis*] Quoniam pulvis excitatus a transeuntibus via publica ac frequenti desiccatur maturaturque ficos : neque ibi caprifico opus. Theophr. loc. cit.

^k *Apposita*] Subintellige, fico.

^l *Quæ ratio*] Hæc, inquit, ratio, quæ macro solo aquilonioque constat, supra eam quæ fit pulvere seu caprifico admota, habet hanc etiam utilitatem adjunctam, &c.

^m *Frumenta*] Sic vocat grana fici interiora, tum hoc loco, tum XVII. 44.

ⁿ *Gummium lacryma*] Simili gummium lacryma stillant. Ita Mss. Thuanus, Paris. et alii. Veteres hæc gummis, hujus gummis dixere.

^o *Siccas honos*] Quæ laudantur e siccis, eæ honoris causa servantur in capsis. Ἰσχάδας Græci vocant.

^p *Ebuso*] De Ebuso III. 11. De

Marrucinis eodem libro, cap. 17. Canas seu albas ficos ex Ebuso laudat Statius in Saturnal. Sylv. lib. I. Sic enim legendum, non *cannas*, vel *caunas*.

^q *Orcæ*] Sic appellabant vas lata alvo, in quo ficus asservarentur. Colum. XII. 15. 'In orcæ bene picatas meridiano tempore calentem ficum condere, et calcare diligenter oportebit.'

^r *Panisque*] Eleganter Seneca Ep. 87. p. 378. 'De prandio ... nusquam sine caricis ... Illæ, si panem habeo, pro pulmentario sunt : si non, pro pane.'

^s *Utpote cum Cato*] De Re Rust. cap. 56. p. 43. 'Familia cibaria ... Ubi vineam fodere cœperint, panis pondo v. usque adeo dum ficus esse cœperint, deinde ad pondo IV. redito.'

tatem.^{d 13} Cum recenti fico salitis^e vice cascī vesci, nuper excogitatum est. Ex hoc genere sunt, ut diximus,¹ cottana,¹⁴ et caricæ, quæque conscendenti navim adversus Parthos omen fecere M. Crasso,^u venales prædicantis voce, caunææ.¹⁵ Omnia hæc in Albense^v rus e Syria intulit L. Vitellius, qui postea censor^w fuit, cum legatus in ea provincia esset, novissimis Tiberii Cæsaris temporibus.¹⁶

XXII. (XX.) Malorum pirorumque generi annumerentur¹ jure mespila atque sorba. Mespilis^a tria genera, anthedon, setania :^b tertium degenerat, anthedoni tamen simi-

^d *Eo tempore quo ficus sunt maturæ, minui, tum rusticis cibaria Cato jubet.*

^e *Carnibus sale maceratis.*

//////////

lege.—13 ‘Verba illa, per fici maturitatem, glossema esse opinabatur eruditus Petavius, et ad superiora pertinere. Quod tamen minime crediderim.’ Broctier. ‘Vet. maturitatem, cum et obsonii vicem habeant recentes ficus. Sale siccatiss et cascī loco vesci nuper; alii vet. maturitatem. Recenti fico salito vice, &c. Ms. maturitatem, cum obsonii vice recentii ficu (alias, vice cascī) vesci nuper excog. sit.’ Dalec.—14 Chiff. castanea.—15 Gronov. caunææ.—16 Cod. Dalec. novissimis Titi C. temp. Chiff. novissimis Cæsaris temp.

CAP. XXII. 1 Chiff. adnumerantur.—2 Ita codd. Harduini, Dalec. et

NOTÆ

¹ *Ut diximus*] Lib. XIII. c. 10.

^u *M. Crasso*] Refert hoc Cicero de Divin. lib. II. p. 245. ‘Cum M. Crassus,’ inquit, ‘exercitum Brundisii imponeret, quidam in portu caricæ Cauno advectas vendens, Caunæas clamitabat. Dicamus, si placet, monitum ab eo Crassum, caveret ne iret: non fuisse periturum, si omni paruisset.’ Omen ex illis verbis ducit ‘Cave ne eas’ in ‘Caunæas’ contractis: omen autem non fuisset, nisi penultima producta vocem hanc ille pronuntiasset, ‘Caunæas.’ A Cauno certe ficus advectæ Cauniæ dicebantur, vel Caunææ. Sic enim Stephanus: Καῦνος ... τὸ ἔθνικόν, Καῦνιος, καὶ Καυναῖος. Sic a Κύρνος Κυρναῖος, ab Ἐχῖνος, Ἐχίναῖος, &c. Tamen et ‘caunææ’ scriptum reperias passim. Petron. in Sat. pag. 160. ‘Non habemus ædi-

lem trium caunearum: qui sibi mavult assem, quam vitam nostram.’

^v *Albense*] De quo III. 9.

^w *Qui postea Censor*] Claudii Cæsaris principatu, cujus collega in Censura fuit, anno Urbis DCCCI. quo lustrum fecisse LXXIV. in Fastis dicuntur, A. Vitellio, (hujus Lucii F.) qui postea gessit imperium cum Nerone, L. Vipsanio Poplicola, Coss.—‘Fuit is patruus A. Vitellii Imp. Nummus argenteus: A. VITELIVS GERM. IMP. In aversa nummi area, L. VITELIVS COS. III. CENSOR.’ *Ed. sec.*

^a *Mespilis*] Theophr. Hist. III. 12. Μεσπίλης δ’ ἐστὶ τρία γένη ἀνθηδών, σητάνειος, ἀνθηδωνοειδής, ὡς οἱ περὶ τὴν Ἰδην διαίρουσι, ut quidem solent Idæi dividere. Arbori μεσπίλη nomen est, un néstier: μέσπιλον pomon, une néfle.

^b *Setania*] Hæc Theophr. loc. cit.

lius, quod Gallicum² vocant. Setaniæ majus³ pomum candidiusque, acini molliore^c ligno: ceteris minus^d pomum, sed odore præstantius, et quod diutius servetur. Arbor ipsa^e de amplissimis. Folia,^f antequam decidant, rubescunt: radices multæ atque altæ, et ideo inextirpabiles. Non fuit hæc arbor in Italia Catonis ævo.

XXIII. (XXI.) Sorbis^g quadruplex differentia. Aliis enim eorum rotunditas mali, aliis turbinatio piri, aliis ovata species, ceu malorum¹ aliquibus: hæc obnoxia^h acori. Odoreⁱ et suavitate rotunda præcellunt: ceteris^j vini sapor. Generosissima, quibus circa pediculos tenera² folia. Quartum genus torminale^k appellant, remedio tantum pro-



Chiff. *tametsi anhedoni similis est, quod Gronov. et al. ante Harduin.—3 Setaniæ tamen majus Vet. Dalec.*

CAP. XXIII. 1 Gronov. *seu malorum. Mox, cod. Dalec. obnoxia acri odore, et suavitate jocunda præcellunt; Vet. ejusdem, nec suavit. jocunda. Ceteris, &c.—2 Vox tenera deest in cod. Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum*

NOTE

Galenus tom. II. in Explic. Vocum Hippocr. p. 90. Σιτάκιον vocat id genus, ex Dioscoride. Setanium Plautus in Trucul. v. 15. ‘Non enim possunt militares pueri setanio educier.’ Nostra ea est mespilus vulgaris. Anhedon Italis est Pomo imperiale: Galis, Azarolier.

^c *Acini molliore*] Hoc est, molliore nucleo, πυρήνας ἔχοντα μαλακωτέρους, Theophr. loc. cit.

^d *Ceteris minus*] Iisdem verbis hæc Theophr. loc. cit.

^e *Arbor ipsa*] Theophr. Μεγέθει μέγα τὸ δένδρον, καὶ περίκομον. De amplissimis dicitur, quoniam est περίκομος, in orbem ramosa, late ramis in orbem expansis.

^f *Folia*] Theophr. loc. cit. Πρὸ τοῦ φυλλορῥοεῖν, ἐρυσθαίνεται σφόδρα πολὺ ῥίζον δὲ τὸ δένδρον καὶ βαθύ ῥίζον, διὰ καὶ χρόνιον, καὶ δυσάλεθρον.

^g *Sorbis*] Arboris sorbi pomis. Arborem Græci ὄαν, un cormier: pomum

ὄον dixere, une corme. Arboris genus agnoscit duplex Theophr. Hist. III. 12. pomorum multiplex, fere ut Plinius.

^h *Hæc obnoxia*] *Ovata*, inquit, sæpenuero acida, minusque odorata: τὰ ὡσεὶ δὴ πολλακίς ὀξεῖα, καὶ ἦπτον εὐώδη, Theophr. De potionis genere et succo ex iis expresso Virgilius Georg. III. 379. ‘Hic noctem ludo ducunt, et pocula læti Fermento, atque acidis imitantur vitea sorbis.’

ⁱ *Odore*] Theophr. loc. cit.

^j *Ceteris*] Ovatis scilicet, ac turbinatis.

^k *Torminale*] Hæc sylvestris sorbus est, torminalis dicta, quod dysenterix, ventrisque inde enatis torminibus, medetur. Ad ventris fluxum sedandum sorba torminalia commendat inprimis Celsus IV. 19. Sunt qui velint sorbum torminalen esse eratægum Theophrasti Hist. III. 15. ab Italia olim aquifoliam appellatam, ut di-

babile, assiduum proventu, minimumque pomo, arbore dissimile, foliis pæne³ platani. Non ferunt¹ ante trimatum ex ullo genere. Cato^m et sorba condi sapa tradit.⁴

XXIV. (XXII.) Ab his locum amplitudine vindicaverunt, quæ cessere auctoritati,¹ nuces juglandes:^a quanquam et ipsæ nuptialium Fescenninorum^b comites, multum pineis minores universitate,^c eademque portione ampliores nucleo. Necnon et honor his naturæ² peculiaris, gemino protectis operimento, pulvinati^d primum calycis, mox lignei putaminis. Quæ causa^e eas nuptiis fecit religiosas, tot modis foetu munito: quod est verisimilius, quam quia cadendo tripudium sonivium^{3 f} faciant. Et has e Perside a

//////////

edd. recentt. *dissimili foliis plane* Gronov. et al. ante Harduin.—4 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. *sapa condiri jubet Dalec. sapa condi jubet* Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. XXIV. 1 Chiffli. *vindicaverint, quæ cess. auctoritate*.—2 Cod. Dalec. *honoris naturæ*. Mox, in eodem, *protectæ operimento*.—3 Ita Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. ita quoque e Festo Turneb. et Scalig. *tripudium sonumve*

NOTÆ

cetur xxvii. 40. quibus haud ægre assentimur.

¹ *Non ferunt*] Theophr. Hist. III. 12.

^m *Cato*] De Re Rust. cap. 7. p. 13. 'Sorba in sapa cum vis condere, belle sicca et arida facias.' Item c. 145. pag. 75. 'Sorba in sapa, et pira, et uvas in doliis.' Palladius quoque lib. II. in Januar. tit. 15. p. 45. 'Alii sorba,' inquit, 'in sapa asserunt diu posse servari.'

^a *Nuces juglandes*] Arbor ἡ καρβία, *le noyer*: nux, seu fructus, vel, ut Plinius loquitur, pomum, τὸ κάρπον, *la noix*.

^b *Fescenninorum*] Carminum id genus fuit, inter nuptiales jocos cantari solitum. Festus: 'Fescennini versus, qui canebantur in nuptiis, ex urbe Fescennina (Etruriæ) dicuntur allati: sive ideo dicti, quia fascinum putabantur arcere.'

^c *Universitate*] Totius corporis mole nux juglans multo minor quam pinea est: nucleo haud paulo major.

^d *Pulvinati*] Ad pulvini similitudinem mollis, atque convexi.

^e *Quæ causa*] Tot operimentis nucleo, qui intra nucem est, munito, voluere veteres id argumento esse, quanta sit cautio adhibenda, ut illibatus sit conjugum torus.

^f *Tripudium sonivium*] Habet hanc vocem Festus, pro sono quo terra pavitur, hoc est, pulsatur: unde terripavium, mox terripudium, tripudiumque demum olim dixere. In Mss. Reg. Colb. &c. *Somnium* pro *sonivium*. In Chiffli. *sonivium*. In editis male *sonumve*. De hoc nucum in cadendo strepitu vide Servium in illud Poëtæ, 'Sparge, marite, nuces.' Et hanc nucum sparsionem in aliis quoque epulis de more receptam vetus lapis indicat apud Gruterum, p. 461.

regibus⁴ translatas, indicio sunt Græca nomina. Optimum quippe earum Persicum⁵ atque Basilicon vocant. Et hæc fuere prima nomina. Caryon a capitis^b gravedine, propter odoris gravitatem, convenit dictum. Tinguntur cortice earum lanæ, et rufatur capillus primum prodeuntibus nuculis: id compertumⁱ infectis tractatu manibus. Pinguescunt vetustate.

Sola differentia generum in putamine duro fragilive, et tenui ac crasso, loculoso,^j et simplici. Solum hoc pomum^k natura compactili^l operimento clausit. Namque sunt bifidæ putaminum carinæ, nucleorumque^m alia quadripartita⁶ distinctio, lignea intercursante membrana. Ceterisⁿ quicquid est, solidum est, ut in avellanis,⁷ et ipso^o nu-

Gronov. et al. ante Harduin.—4 Cod. Dalec. *e Persidis regionibus*; Chiff. *e Persidis regibus*.—5 Ita Reg. Brot. 1. *Persicon* edd. ante Brotier.—6 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *alia quadripartita* Chiff. *nucleorumque illis quadripartita* Gronov. et al. vett.—7 Chiff. *abellanis*. Mox, *ex ipso* Dalec.—8 Ita

NOTE

SI. PVER. PLEBEIS. SINE. DISTINC-
TIONE. LIBERTATIS. NVCVM. SPAR-
SION. MOD. XXX. *Nucum sparsioni*
modios XXX.

^ε *Persicum*] Diosc. I. 178. *Κάρνα βασιλικὰ, ἔ ἔνοι Περσικὰ καλοῦσιν, κ. τ. λ.*

^h *Caryon a capitis*] *Κάρος* Græcis *soporem, veternumque* significat: *κάρη, caput*. Hinc fortassis etiam *nux* Latinis a nocendo dicta, quod capiti nocent. *Diphilus* apud Athen. lib. II. p. 54. *τὰ κάρνα τὰ βασιλικὰ κεφαλαγῆ ἔστιν, καὶ ἐπιπολαστικὰ, κ. τ. λ.*

ⁱ *Id compertum*] Quod querula *Nux* Ovidii testatur, 'Nostra notat fusco digitos injuria succo, Cortice contactas inficiente manus.'

^j *Loculoso*] *Loculis* intus pleno. Sex nucum juglandium genera carptim attingit: durum, fragile, tenue, crassum, loculosum, simplex.

^k *Solum hoc pomum*] Et pomum *Delph. et Var. Clas.*

etiam de nuce dici alias monuimus. Nunc quoque suffragatur Ovidius, carmine de Nuce, quam ait 'Annuæ cultori poma referre suo.' Nec minus late patet apud Græcos vox *μηλον* pro fructu omni accepta, qui sit edulis. *Hesychius*, *Μηλον, πᾶς καρπός*.

^l *Compactili*] Testa seu putamine gemino coëunte, atque connexo. Sic trabes compactiles, postesque, *Vitruvius* dixit lib. IV. et X.

^m *Nucleorumque*] Rursumque nucleis, inquit, intus inclusi, qui sunt edules, et ipsi quoque lignea intercursante membrana quatuor veluti in partes dividuntur.

ⁿ *Ceteris*] In *avellanis*, inquit, et putamini et nucleo intus incluso solida rotunditas est: non, uti juglandibus, bifidus cortex, quadripartitusve nucleus.

^o *In avellanis*] Mss. omnes, *abella-*

Plinius.

7 R

cum genere, quas antea Abellinas patrio^q nomine appellabant.⁸ In Asiam Græciamque e Ponto venire, et ideo Ponticæ nuces^r vocantur. Has quoque mollis protegit barba. Sed putamini nucleisque solida rotunditas inest. Eæ et torrentur. Umbilicus illis intus in ventre medio.⁵ Tertia ab his natura amygdalis,^t tenuiore, sed simili juglandium summo operimento:^u item secundo^v putaminis. Nucleus dissimilis latitudine, et acriore callo.^w Hæc arbor an fuerit in Italia Catonis ætate, dubitatur: quoniam Græcas^x nominat, quas quidam et in juglandium genere servant. Adjicit præterea avellanas, et galbas,^y Prænestinas, quas maxime laudat, et conditas ollis^z in terra servari

codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. *vocabant* Gronov. et

NOTÆ

nis. Gallis *Avelines*, ou *grosses noisettes*. Cave cum corylo avellanam misceas, ut plerique faciunt: est enim avellanæ, quam coryli, specialius nomen: etsi Macrobius Saturn. II. 14. p. 371. nucem avellanam ex ea arbore esse ait, quæ dicitur corylos, de qua Virgilius dixit, 'corylum sere.'

^p *Et ipso*] Quod ipsum quoque, ait, nucum genus est aliquod.

^q *Abellinas patrio*] Servius ad Georg. II. 'Avellanæ,' inquit, 'ab Avellano Campaniæ oppido, ubi abundant, nominatiæ sunt.' Malim ego ab Abellino ejusdem Campaniæ oppido, de quo III. 9. traxisse nomen abellinas.

^r *Ponticæ nuces*] Κάρνα Ποντικά, et λεπτόκαρνα, Diosc. I. 179. Philoxenus in Glossis, Ποντικόν, *nux avellana*. Cave tamen cum Heracleotica nuce confundas, quæ castanea est, ut recte Opilius animadvertit, de sylvestr. arboribus, apud Macrob. loc. cit. pag. 373. quanquam ei ab oppido Ponti Heraclea nomen.

⁵ *In ventre medio*] In medio nucleo germen ceu umbilicus inest.

^t *Amygdalis*] *Des amandes*.

^u *Summo operimento*] Extimo, pulvinato, ut dictum est antea de juglande, calyce.

^v *Item secundo*] Interiore ligneo putamine.

^w *Acriore callo*] Carne, seu corpore ad morsum duriore.

^x *Quoniam Græcas*] Incertum ait, an, Græcas nuces appellando, amygdalas intellexerit. Macrobius affirmat mox a nobis laudandus. Catonis locus est de Re Rust. c. 8. p. 14. 'Nuces calvas, avellanas, Prænestinas, et Græcas, hæc facito uti serantur.'

^y *Et galbas*] Ita Mss. omnes. Cato, *calvas*.—'De Prænestinis nucibus, egregius est hic Festi et Pauli locus: 'Nuculas Prænestinas appellabant: quod inclusi a Pœnis Casilini famem nucibus sustentarunt: vel quod in eorum regione plurima nux minuta nascitur.' De Prænestinis, qui cum paucis Romanorum obsessi ab Hannibale in Campania Casilini fuere, famemque sustentavere nucibus, vide Livium lib. XXI. Ed. sec.

^z *Et conditas ollis*] Cato c. 145. p. 75. 'Et nuces Prænestinas recentes

virides tradit. Nunc *Thasiæ*,^a et *Albenses* celebrantur, et *Tarentinarum* duo genera: fragili putamine: ^b ac duro, quæ sunt et amplissimæ, et minime⁹ rotundæ. Præterea *molluscæ*^c putamen rumpentes. Sunt qui^d honoris nomen interpretantur, et *Jovis glandem* esse dicunt.¹⁰ Nuper consularem virum audivi biferas et juglandes nuces habere se profitentem. De *pistaciis*^e et ipsi retulimus. Et hæc autem idem *Vitellius*^f in Italiam primus intulit eodem tempore: simulque in Hispaniam *Flaccus Pompeius*, eques Romanus, qui cum eo militabat.

XXV. (XXIII.) Nuces vocamus^g et castaneas, quanquam

vulg.—9 Chiff. ac minime.—10 Ita cod. Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. interpretentur et J. g. esse dicant Gronov. et edd. vett.

NOTÆ

in urceo in terra obrutas habeat.’

^a *Nunc Thasiæ*] *Nempe* nuces, quas laudat et *Gellius* VII. 16. p. 435. Et *amygdalas* quoque *Thasias* commendat *Florentinus* in *Geopon.* x. 57. p. 282. *Θασίας τὰς ἀμυγδαλάς, κ. τ. λ.* *Macrobius Saturn.* II. 14. pag. 373. *Thasiam*, Græcamque nucem, *amygdalam* esse censet. ‘Nunc dicendum est,’ inquit, ‘quæ sit Græca nux: ac simul hoc dicens, *amygdalam* de lance tulit, et ostendit: Nux Græca hæc est, quæ et *amygdale* dicitur: sed et *Thasia* eadem nux vocatur. Testis est *Cloatius* in *ordinatorum Græcorum* libro quarto, cum sic ait, Nux Græca *amygdale*.’ Genus Albense ab *Alba* nomen traxit, de qua III. 9.

^b *Fragili putamine*] De hoc *Tarentino* genere *Palladius* lib. II. in *Januar.* tit. 16. p. 48.

^c *Molluscæ*] Quæ sine strepitu franguntur, quia fragile putamen est. Harum maximus in Italia proventus esse dicitur. *Molluscæ* nucem *Suevius* in *Moreto Persicum* interpretatus olim est, *une Pesche*, teste *Macrobio Saturn.* II. 14. p. 373. Verum, ut idem recte animadvertit, c. 15. p. 375. cum

omnes ‘de agricultura scriptores nuces et mala sic dividant, ut nuces dicant omne pomum, quod foris duro tegatur, et intus habeat quod esui est: malum vero quod foris habeat quod esui, et durum intus includat: secundum hanc definitionem, *Persicum*, quod *Suevius* poëta superius inter nuces numerat, est inter mala numerandum.’ Verissime id sane.

^d *Sunt qui*] Sunt qui honoris causa *juglandem* appellatam velint. *Varro* de *Ling. Lat.* I. IV. p. 26. ‘Nux *juglans*, quod hæc nux, antequam purgetur, similis glandi. Hæc *glans* optima et maxima ab *Jove* et *glande juglans* est appellata.’ Hæc multo uberius a *Macrobio* disputantur, *Saturn.* II. 14. p. 371. *Cloatius* apud eundem *juglans*, *di* prætermisso, quasi *dijuglans*, *Διὸς βάλανος*, dici arbitratur.

^e *De pistaciis*] Lib. XIII. 10.

^f *Idem Vitellius*] De quo libri hujus c. 21.

^g *Nuces vocamus*] *Virgilius* sane, *Ecl.* II. 52. ‘Castaneas nuces’ appellat.

accommodatiores^a glandium generi. Armatum iis echinato^h calyce vallum, quod inchoatum glandibus. Mirumque, vilissima esse quæ tanta occultaverit cura naturæ.¹ Trini quibusdam partus ex uno calyce, cortexque lentus. Proxima vero corpori membrana, et in his, et in nucibus saporem, ni detrahatur, infestat. Torrere has in cibis gratius.² Moluntur etiam,ⁱ et præstant jejunio^j fœminarum quandam imaginem panis. Sardibus eæ provenere primum. Ideo apud Græcos Sardonios³ balanos^k appellant: nam Dios balanum^l postea imposuere⁴ excellentioribus satu factis. Nunc plura earum genera. Tarentinæ faciles, nec operosæ cibo,⁵ planæ figura. Rotundior, quæ balanitis^m vocatur, purgabilisⁿ maxime, et sponte prosiliens. Pura et plana^o est ex eis et Salaria: Tarentina minus tractabilis: lau-

^a Propiores, similiores, magis affines.

^b Nec difficilis ad conquendum cibi.

CAP. XXV. 1 Dalec. quæ natura tanta occultaverit cura.—2 Vet. Dalec. gratius etiam.—3 Turneb. Sardinianos.—4 Nam Διὸς βάλανον postea nomen imposuere Dalec. Διὸς βάλανον Salmas. divus balanum postea imposuere Chiffi. Nam Divus Tiberius postea balanum nomen imposuit Gronov. et al. ante Harduinum.—5 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. recentt. nec operoso sunt cibo Gronov. et vett. Mox, Chiffi. planæ figura rotundior. Quæ, &c.

NOTÆ

^h Echinato] Echinorum more tegmine spinoso, et aculeato.

ⁱ Moluntur etiam] Vide Notas et Emend. num. 12.

^j Jejunio] Has, inquit, in jejunio fœminæ religiosiores vice panis adhibent. Ita Mss. omnes. Nugantur qui ingenio fœminarum legunt.

^k Sardonios balanos] Sic Diphilus apud Athen. l. II. p. 54. τὰ κάστανα Σαρδιανὸς βαλάνους appellat. Diosc. I. 145. Σαρδιανὰς βαλάνους, fœmineo genere, et Διὸς βαλάνους.

^l Nam Dios balanum] Διὸς βάλανον. Ejusmodi sativas castaneas Marrons vulgo vocamus: vulgaribus reliquis castanearum nomen mansit. Vide Notas et Emend. num. 13.

^m Balanitis] A figura glandis nomen traxit, quæ βάλανος Græcis. Hanc omnium deterrimam, et suum potius, quam hominum esæ natam, scribit Galenus de cibis boni et mali succi, c. 4. p. 426. ubi προμήκη oblongam vocat.

ⁿ Purgabilis] Quæ purgari facile, et exui echino suo seu calyce potest. Hunc locum præpostere Salmasius interpungit, in Solin. p. 603.

^o Pura et plana] E castanearum genere, inquit, pura, seu maxime purgabilis, est Salaria, æque ac Tarentina: quare geminam utriusque dotem una colligit. An a Salaria porro via, quæ Romæ fuit, id nomen ei generi inditum sit, adhuc obscurum est.

datior Corelliana,⁶ et ex ea facta,^p quo dicemus in insitis modo, Etereiana,⁷ quam rubens^q cortex præfert triangulis, et popularibus nigris, quæ coctivæ vocantur. Patria laudatissimis Tarentum, et in Campania Neapolis.^r Ceteræ suum pabulo gignuntur, scrupulosa^s corticis intra nucleos quoque ruminatione.

XXVI. (XXIV.) Haud procul abesse videantur et prædulces siliquæ,^a nisi quod in iis cortex ipse manditur. Digitorum omnis longitudo^t illis, et interim^a falcata, pollicari latitudine. Glandes^b inter poma numerari non possunt: quamobrem in sua natura dicentur.^b

XXVII. Reliqua carnosissimi sunt generis: eaque baccis^c

^a Interdum.

^b Ubi de natura glandiferarum arborum dicitur.

—6 Corellina Chiffi.—7 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Meterana* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, Dalec. *rubenti cortice, quam vulgus præfert, vel, quam præferunt.*

CAP. XXVI. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *digitorum hominis longitudo* edd. vett. et Gronov. Mox, *illis interim falcatis margo* edd. Dalec. et Gronov.

CAP. XXVII. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin.

NOTÆ

^p *Et ex ea facta*] Et altera, inquit, Corellianæ insita, ut dicitur xvii. 26. ubi et de *Etereiana* (sic enim legendum, non *Meterana*, ut hactenus,) dicturi sumus.

^q *Quam rubens*] Quæ ob rubentem corticem ceteris anteponitur. Coctivæ a coctura nomen habent.

^r *Neapolis*] Martialis v. 79. ‘Et quas docta Neapolis creavit, Lento castaneæ vapore tostæ.’

^s *Scrupulosa*] Scrupuloso, inquit, scabroque cortice intra nucleos quoque ipsos se insinuante, atque intercursante. Ita Mss. omnes, ut plane nugæ agere videantur, qui pro ruminatione hoc loco ferruminatione scribunt. Ruminatio Plinio replicatio esse videtur, et quasi iteratio. Sic xvii. 35. ‘Ruminatio quædam hymis.’

^a *Siliquæ*] *Κεράτια*, *carobes*, vel *carouges*, ut diximus xiii. 16. ubi de arbore, quæ ficus *Ægyptia*, diximus. Hesychius, *Κερατωνία, συκή Αἰγύπτου*, id est, *κερωνία*, vel *κερατία*. Nam alibi idem p. 873. *Συκή Αἰγυπτία, ἣ λεγομένη κερατία τὸ δένδρον*. Cave enim vero putes leguminum siliquas hic describi (Gallis, *des gousses*) quales habent pisa, fabæ, lupini, phaseoli: nam hæ leguminum siliquæ non sunt Græcis *κεράτια*, sed *λοβοί*. Glossæ, *Siliqua*, *κεράτιον*, et *ξυλόγλυκον*, a suavitate fructus. Columella v. 10. pag. 202. ‘Siliquam Græcam, quam quidam *κεράτιον* vocant,’ &c. Hæ sunt siliquæ, quibus prodigus adolescens repleri cupiebat, Luc. xv. 16. *ἀπὸ τῶν κερατίων ὧν ἤσθιον οἱ χοῖροι*.

^b *Glandes*] De his dicitur xvi. 6.

^c *Eaque baccis*] Baccæ sunt minu-

atque carnibus distant. Alia acinis^d caro, alia moris, alia unedonibus:^e et alia acinis inter cutem succumque,² alia myxis, alia baccis, ut olivis. Moris succus,^f in carne vinosus: trini colores,^g candidus primo, mox rubens, maturis niger. In novissimis^h florent, inter prima maturescunt. Tingunt manus succo matura, eluunt acerba. Minimum in hac arbore ingenia profecerunt, nec nominibus, nec insi-
tis,³ nec alio modo, quam pomi magnitudine. Differunt mora Ostensia, et Tusculana Romæ. Nascuntur⁴ et in rubis, multum differente callo.^j

XXVIII. Aliud corpus est terrestribus fragis,^k aliud congeneri eorum unedoni:^l quod solum pomum simile frutici,^m terræqueⁿ gignitur. Arbor ipsa fruticosa. Fructus anno^o maturescit: pariterque floret subnascens, et prior coquitur.^p Mas sit, an fœmina sterilis, inter auctores non con-



et recentt. ea baccis Gronov.—2 Dalec. acinorum cuti succoque.—3 Dalec. insitu.—4 Tusculana mora nascuntur Philander.

CAP. XXVIII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. simile fructui, terra gignitur. Arbor, &c. et prior cogitur edd. vett. et Gronov. 'Lege cum Chiffletiano, et prior coquitur: hoc est, maturescit; sed et pro anno corrigendum forte, maturescit; nisi mavis, autumnno. De ceteris non video cur homines

NOTE

tiores quivis arborum fructus, ut lauri, olivæ, &c.

^d Alia acinis] Uvarum granis, hederæ, sambuci, Punici mali, aliorumque.

^e Unedonibus] De his cap. seq. De myxis dictum est c. 12.

^f Moris succus] Theophr. Hist. 1. 19: Τῶν δὲ χυλῶν, οἱ μὲν εἰσω οἰνώδεις, ὡσπερ συκαίνου, κ. τ. λ. Des mûres: Morus arbos, le mûrier.

^g Trini colores] Præter viridem, qui primo advenit: sed is negligitur, quoniam cum aliis omnibus communis est moro.

^h In novissimis] Ob id dicta sapientissima arborum, ut Plinius ait xvi. 41.

ⁱ Nascuntur] Ovid. Met. 1. 105. 'Et in duris hærentia mora rubetis.'

^j Differente callo] Carne, corpore: quæ vox alibi haud semel usurpata. De his rubis, morisque, dicitur xxiv. 73. Describit ea eleganter Phantias apud Athen. 1. 11. p. 51.

^k Fragis] Des fraizes. Ad unedonis sive arbuti affinitatem cum fragis alluisse Naso videtur, cum ea copulat, Met. 1. 104. 'Arbuteos fœtus, montanaque fraga legebant.'

^l Unedoni] L'Arbousier. Pingitur a Dalec. Hist. Plant. 11. 36. p. 195.

^m Simile frutici] Vide Notas et Ement. num. 14.

ⁿ Terræque] Humique, ceu fraga, fîsum nascitur.

^o Fructus anno] Sic Theophr. Hist. 111. 16.

^p Et prior coquitur] Hoc est, simul

stat. Pomum inhonorum, ut cui nomen¹ ex argumento fit,² unum tantum edendi. Duobus tamen hoc nominibus appellant Græci, comaron^r et memecylon: quo apparet totidem esse genera. Et apud nos alio nomine arbutus vocatur.³ Juba auctor est, quinquagenum cubitorum altitudine in Arabia esse eas.

XXIX. Acinorum quoque magna est differentia. Primum inter uvas ipsas callo, teneritate, crassitudine, interiore ligno, aliis parvo, et aliis etiam gemino, qui minime feraces musti. Plurimum vero differunt hederæ sambucique acini: et figura etiam Punici,^a angulosi quippe soli. Nec cutis^b ulla singulis, præter communem, quæ est candida. Totisque^c succus et caro est, iis præcipue, quibus parvulum inest ligni.

Magna et baccis differentia. Aliæ namque sunt olivis, lauris: et alio modo loto, cornis: alio myrtis, lentisco.



eruditi tanta mole hunc locum invadant. Arbutus inter arbores habetur, quæ una fructum fert persimilem iis quæ nascuntur in plantis ac herbis. Si quid mutandum, legam, *fructui terreo; vel, terreno.* Nic. Heins. Adv. II. 6. p. 147. Vet. Dalec. et prius colligitur; Gronov. et al. ante Harduin. et prius cogitur.—2 'Ita codd. Regg. Ambrosian. Editio princeps, et Cl. Rezzonicus.' Brotier. ex argumento sit edd. ante Brotier.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *totidem esse genera et apud nos. Alio nomine, &c.* Gronov. et edd. ante Harduin.

CAP. XXIX. 1 *Totusque* cod. Dalec. et Vet. ejusdem, sub. 'acinus.' Mox,

NOTÆ

et floret fructus subnascens, et prior maturescit. Theophr. loc. cit. 'Ο δὲ καρπὸς ἐνιαυτῷ πεπαίνεται ὥσθ' ἅμα συμβαίνει τοῦτόν τ' ἔχειν, καὶ τὸν ἕτερον ἀνθεῖν.

^r *Ut cui nomen*] Unedonis inditum ei pomu nomen affirmat, quod cum unum esitaveris, edere præ fastidio plura nolis: et idcirco minime sit in honore mensarum.

^r *Comaron*] Scriptores alii a Plinio dissident. Galenus de Fac. Simp. Med. lib. VII. p. 193. arborem κόμαρον, fructum μημέκλον vocat. Theophrastus quoque μιμάκλον fructum

appellat. Hesychius, Μιμάκλον, ὁ καρπὸς τοῦ κόμαρον. Tamen Glossaria et pro ipso pomu κόμαρον accipiunt.

^a *Punici*] Punicorum malorum acini, sive grana, ea re a ceteris distant, quod soli omnium plurimos habent angulos.

^b *Nec cutis*] Sic tenuem vocat, qua vestiuntur grana, membranam.

^c *Totisque*] Succo, inquit, et carne acini toti constant: in iis præcipue quæ lignum, hoc est, nucleum, aut nullum omnino, aut exiguum, aut tenerum habent: ut sunt hederæ, et uvarum acini.

Aquifolio enim ac spinæ sine succo: medioque etiamnum genere inter baccas acinosque cerasis: pomum his primo candidum, et fere² omnibus baccis. Mox aliis virescit, ut olivis,³ lauris: rubet vero moris, cerasis, cornis. Deinde nigrescit moris, cerasis, olivis.

XXX. (XXV.) Cerasi ante^d victoriam Mithridaticam L. Luculli non fuere in Italia, ad Urbis annum¹ DCLXXX.^e Is primum vexit e ponto: annisque CXX. trans Oceanum in Britanniam usque pervenere. Eadem, ut diximus,^{2 f} in Ægypto nulla cura potuere gigni. Cerasorum^g Aproniana maxime rubent: ^h nigerrimaⁱ sunt Lutatia: Cæciliana vero et rotunda.^{3 j} Junianis^{4 k} gratus sapor, sed pæne tantum sub arbore sua, adeo teneris, ut gestatum non tolerent.

//////////

Dalec. *parrulum inest lignum.*—2 Dalec. *ut fere.*—3 Chiffi. *ut oliva.*

CAP. XXX. 1 *At urbis anno* cod. Dalec. ‘Bene codd. Regg. 1. 2. *in Italia ad U. annum.*’ Brotier. Editiones ante Brotier. *in Italia. Ad, &c.*—2 ‘Verba, *ut diximus*, redundare mihi videntur. Frustra eruditus Harduinus indicat lib. XIII. cap. 21.’ Brotier.—3 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *sunt Actia, ut et Cæciliana, rotunda* margo edd. Dalec. et Gronov. c Theophr. Hist. III. 21. *sunt, ut Actia: C. v. et rotunda* Gronov. et al. ante Harduin.—4 Ita codd. Harduini et recentt. *Vinianus Chiffi. Julianis* Gronov. et al.—

NOTE

^d *Cerasi ante*] Sic Athen. lib. II. p. 51. ‘Tertull. in Apolog. c. 11. p. 12. ‘Ceterum si propterea Liber Deus, quod vitem demonstravit, male cum Lucullo actum est, qui primus cerasa ex Ponto Italiae promulgavit, quod non est propterea consecratus, ut novæ frugis auctor, quia inventor et ostensor.’

^e *Annus DCLXXX.*] Quo anno Mithridaticum bellum suscepit Lucullus, Mithridatemque anno post tertio fugere in Armeniam et ad Tigranem compulit. Vide Velleium II. 33.

^f *Eadem, ut diximus*] *Eadem* vero, quasi *cerasa* ante, non *cerasi* dixisset. *Cerasi* tamen in omnibus Mss. legitur. Quem nunc locum signat, is est XIII. 21. ubi in Ægypto, seu Delta, saltem ubi Sebennyticus nomus est, nihil

nasci omnino ait, præter papyrum.

^g *Cerasorum*] Insignis in Gallia horum differentia est, quæ quotidie insitione et cultura augetur. De his Ruellium vide de Natura Stirp. lib. I. p. 138.

^h *Maxime rubent*] Et idcirco ceteris ea anteponit Diphilus Medicus apud Athen. lib. II. p. 5. E ceraso ea sunt racemosa rubra: pendentque ex uno pediculo plura. *Cerisier à trochets.*

ⁱ *Nigerrima*] E sylvestri ac majore ceraso: quæ nigro succo manus et ora inficiunt Lutatia, ceteraque, ab auctoribus nomen habent. Prius, *ut Actia*, male.

^j *Et rotunda*] Quæ proprie cerasa vocamus, *Cerises.*

^k *Junianis*] Cerasa sunt carne tenera et aquosa: *Guignes.*

Principatus duracinis,¹ quæ Pliniana Campania appellat : in Belgica vero Lusitanis.¹⁰ In ripis etiam Rheni, tertius⁵ iis colos e nigro ac rubenti viridique, similis maturescentibus semper. Minus quinquennium est,⁶ quod prodiere, quæ vocant laurea,¹¹ non ingratae amaritudinis, insitæ in lauro. Sunt et Macedonica parvæ arboris, raroque tria cubita excedentis : et minore etiamnum frutice, chamæcerasi.⁹ Inter prima hoc e pomis colono gratiam annuam^p refert. Septemtrione^q frigidisque gaudet : siccatur etiam Sole, conditurque, ut oliva, cadis.

XXXI. (XXVI.) Quæ cura^r et cornis,^s atque etiam lentisco adhibetur, ne quid non hominis ventri natum esse videatur. Miscentur saporos, et alio alius placere cogitur. Miscentur vero et terræ cœlique tractus. In alio cibi genere India advocatur, in alio Ægyptus, Creta, Cyrene, singulæque terræ. Nec cessat in veneficiis^t vita, dummodo omnia devoret. Planius hoc fiet in herbarum natura.

XXXII. (XXVII.) Interim, quæ sunt communia et pomis omnibusque succis, saporum genera XIII. reperiuntur : dulcis, suavis, pinguis, amarus, austerus, acer, acutus, acerbus, acidus, salsus. Præter hæc, tria sunt genera mi-

5 Rheni rubent. Tertius cod. Dalec. Rheni terni. Tertius Chiff.—6 Minus quinquennio est cod. Dalec.

NOTE

¹ Duracinis] Quæ callo præstant, seu pulpa duriore : *Bigarots*.

¹⁰ Lusitanis] Nunc Hispanica herbarii vocant, et ea sunt majora sativis vulgaribus : *Griottes*.

¹¹ Vocant laurea] *Amarasia* dici vulgo, quod amarorem non injucundum resipiant, Ruellius est auctor, loc. cit.

⁹ Chamæcerasi] *Cerasi pumilæ, Cerasiers nains*. Odoratum harum fructum esse instar moschi, εὐώδη λανώσπερ μόσχος, ait Diosc. 1. 154.

^p Gratiam annuam] Laborem coloni annuo proventu compensat.

^q Septemtrione] Ita Palladius lib. xi. in Octob. tit. 12. p. 152.

^r Quæ cura] Adhibetur, inquit, eadem cura cornis, atque lentisco : ut nempe Sole siccentur, et condantur cadis.

^s Et cornis] *Arbos ἡ κρῆνεια, cornus, un cornouiller* : pomum vero cornum dicitur, *une cornouille*. Lentiscus nomen etiam in Gallica lingua tenet : *Lentisque*.

^t In veneficiis] Nec venenis quoque parcunt, aut abstinent homines, ejusmodi venena fungi sunt, boleti, tubera, aliaque, de quibus inferius.

rabili maxime natura. Unum, in quo plures pariter sentiuntur sapes, ut vinis. Namque in his et austerus, et acutus, et dulcis, et suavis: omnes alieni.^a Alterum est genus, in quo sit et alienus quidem, sed et suus quidam ac peculiaris, ut in lacte. Siquidem inest ei, quod tamen jure dici dulce, et pingue, et suave non posset, obtinente^b lenitate,^c quæ ipsa succedit in saporis vicem. Nullus hic^c aquis, ne succus quidem, ut tamen eo ipso fiat aliquis, ac suum genus faciat. Sentiri quidem aquæ saporem illum succumve, vitium est. Magnum his omnibus in odore momentum, et magna cognatio, qui ipse² nullus est aquis: aut si sentitur, omnino vitium est. Mirum, tria naturæ præcipua elementa sine sapore esse,³ sine odore, sine succo aquas, aëra, ignes.^d

XXXIII. (XXVIII.) Ergo succorum^e vinosi¹ piro, moro, myrto: minime (quod miremur)^f uvis. At pingues^g olivæ lauro, nuci juglandi, amygdalis: dulces² uvis,^h ficis, pal-

//////////

CAP. XXXII. 1 Cod. Dalec. *quod jure dicitur dulce et pingue et suave obtinente tamen lenitate.*—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *qui et ipse* Gronov. et al. ante Harduin.—3 Verbum *esse* non habetur in cod. Dalec. Mox, idem codex habet, *aqua, aër, ignis.*

CAP. XXXIII. 1 Ita ex codd. emendavit Harduinus, eumque secuti sunt recentt. *vinosus* Gronov. et al. Mox *non* pro *minime* cod. Dalec.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *At pinguis dulcis* Gronov. et vulgg.—

NOTÆ

^a *Omnes alieni*] Trahit ad se vinum omnes alienos odores ex rebus vicinis, ut dictum est XIV. 27.

^b *Obtinente*] Vincente.

^c *Nullus hic*] Nullus sapor. De hoc argumento uberius multo dicitur XXXI. 22. Tertium illud est, quod ante proposuit genus: eorum nempe, quæ per se nullum saporem, aut succum habent: etsi peculiare quoddam aquosi succi in ceteris sæpe deprehendimus, ut in prunis, ex humore sane, ut apparet, aqueo ipso natum.

^d *Aquas, aëra, ignes*] Mss. omnes, *aqua, aër, ignis.*

^e *Ergo succorum*] Accepta hæc a Theophr. Hist. I. 19. τῶν δὲ χυλῶν, οἱ μὲν εἰσιν οἰνώδεις· ὡσπερ ἀμπέλου, συκαμίνου, μύρτου.

^f *Quod miremur*] Cum ex iis vinum ipsum exprimatur. Habent tamen vinoso succum affinem uvæ, ut Theophrastus vidit, loc. cit.

^g *At pingues*] Ἐλαιώδεις, oleosi, Theophr. loc. cit. Διπαροὶ, pingues, auctori operis De Plantis lib. I. c. 5. τῶν χυλῶν οἱ μὲν εἰσι λιπαροὶ, ὡς οἱ τῆς ἐλαίας, τῆς πεύκης, καὶ τῆς καρύας.

^h *Dulces uvis*] Rectius quam μελιτώδεις, mellei, ut Theophr. dixit.

mis : aquosus prunis. Magna differentia et in colore succi. Sanguineusⁱ moris, cerasis, cornis, uvis nigris. Idem albis candidus. Lacteus³ in capite ficis, in corpore non item : spumeus malis : nullus Persicis, cum præsertim duracina succo abundant : sed quis ejus ullum dixerit colorem ? Sua et in odore miracula. Malis acutus, Persicis dilutus, dulcibus nullus : nam et vinum tale sine odore : tenue odoratius : multoque celerius talia ad usum^{4j} veniunt, quam pingua. Quæ odorata, non eadem in gustu tenera : quia non sunt pariter^k odor et sapor. Quamobrem citreis odor acerrimus, sapor asperrimus : quadamtenus⁵ et cotoneis : nullusque odor ficis.

XXXIV. Et hactenus sint species ac genera pomorum, naturas arctius colligi par est. Alia siliquis¹ gignuntur, ipsis dulcibus, semenque complexis amarum : cum in pluribus semina placeant, in siliqua¹ damnentur. Alia baccis, quarum intus lignum, et extra caro, ut olivis, cerasis. Aliquorum intus baccæ, foris lignum, ut his quæ² in Ægypto diximus^m gigni. Quæ baccis natura, eadem et pomis. Aliorum intus corpus, et foris lignum, ut nucum. Aliis foris corpus, intus lignum, ut Persicis et prunis : vitiumqueⁿ cinctum fructu, cum fructus alibi muniatur vitio. Putamine clauduntur nuces, corio castaneæ. Detrahitur hoc



3 *Lactens* cod. Dalec.—4 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. *ad nasum* Gro-nov. et al. ante Harduin.—5 Cod. Dalec. *asperrimus quidam, tenuis*.

CAP. XXXIV. 1 Dalec. *et siliquæ*.—2 ⁴ Vet. *Aliquorum intus lignum, foris bacca, ut Persicis, quæ* ; Ms. *Alia baccis, quarum intus lignum, &c.* Alii nihil

NOTE

ⁱ *Sanguineus*] Unde αἱμώδεια μόρα Athenæus vocat lib. II. p. 51.

^j *Talia ad usum*] Tenuia vina scilicet, in usu frequentiora, quam pingua.

^k *Non sunt pariter*] Non sunt pari modo : odor et sapor in eodem fructu non eundem modum habent.

¹ *Alia siliquis*] Λοβοῖς, *des gousses*.

Hæc Plinius multo explanatius, quam Theophrastus, qui in eodem habitat argumento Hist. Plant. I. 18.

^m *In Ægypto diximus*] Lib. XIII. c. 17. Baccam vocat edulem Persici Ægyptii nucleum.

ⁿ *Vitiumque*] Id quod projici necesse est, quod mandi non potest.

iis: at in mespilis manditur. Crusta teguntur glandes: cute uvæ, corio et membrana Punica. Carne et succo mora constant, cute et succo cerasi. Quædam statim a ligno recedunt, ut nuces, et palmæ. Quædam adhærent, ut olivæ, laurique. Quorundam generi utraque est natura, ut Persicis. Etenim duracinis^o adhæret corpus, e lignoque avelli nequit: ³ cum in ceteris facile separetur. Quibusdam nec intus, nec extra lignum, ut in palmarum genere.^p Aliquorum lignum ipsum in usu ⁴ et pomi vice, ut generi amygdalæ, quam in Ægypto gigni diximus.^q Quorundam extra gemina geminantur vitia,^r ut in castaneis, amygdalis, nucibusque juglandibus. Quorundam natura trigemina est: corpus, deinde lignum, rursusque semen in ligno, ut Persicis. Quædam inter se densa, ut uvæ, sorba: quæ ramos circumdata ex omni parte uvarum modo degravant. Alia rara, ut in Persicis. Quædam alvo continentur, ut granata. Dependent alia pediculis, ut pira. Alia racemis, ut uvæ, palmæ. Alia et pediculis et racemis, ut hederæ, sambuci. Alia ramo adhærent, ut in lauro. Quædam utroque modo, ut olivæ. Nam et breves pediculi et longi. Quædam vasculis^s constant, ut Punica et mespila, lotosque in Ægypto et Euphrate.

Jam vero diversa gratia et commendatio. Carne palmæ placent, crusta Thebaicæ, succo uvæ, et caryotæ: callo pira ac mala, corpore melimela, mora cartilagine, nuclei



mutant, Ægyptiam myrobalanum intelligentes.' Dalec.—3 Chiffi. *avelli non quit.*—4 Idem codex, *in usum.*—5 *Quædam in Ægypto cute caricæ* Vet. Dalec.

NOTÆ

^o *Etenim duracinis*] *Les presses*, de quibus dictum est c. 11.

^p *In palmarum genere*] Quas spado-nes idcirco nuncupavit, XIII. c. 8.

^q *Gigni diximus*] Lib. XIII. c. 17.

^r *Geminantur vitia*] Crustæ, seu cortices, quæ detrahi oportet ac pro- jici, in quibusdam geminæ sunt: qui-

bus nucleus seu bacca obvolvitur.

^s *Quædam vasculis*] Vasculum hoc loco Plinius vocat, quod in summo fructu cavum, et quasi umbilicatum est. Flosculum nominat Columella XII. 45. 'Deinde,' inquit, 'poma sic componi, ut flosculi sursum, pe- diculi deorsum spectent.'

grano. Quædam in Ægypto cute, ut caricæ.⁵ Detrahitur hæc ficis virentibus, ut putamen: eadem in siccis⁶ maxime placet. In papyris et ferulis, spinaque alba, caulis ipse pomum est.⁷^t Sunt et ficulni caules.⁸ In fruticoso genere, cum caule capparidis: in siliquis^u vero quod manditur, quid nisi lignum est? non omittenda seminis earum proprietate: nam neque corpus, nec lignum, nec cartilago dici potest, neque aliud nomen inveniet.⁹

XXXV. (XXIX.) Succorum natura præcipuam admirationem in myrto habet, quando ex una omnium olei vini que bina genera^v fiunt. Item myrtidanum, ut diximus. Et alius usus baccæ^w fuit apud antiquos, antequam piper^x reperiretur, illius obtinens vicem: quodam etiam generosi obsonii nomine inde tracto, quod etiam nunc myrtatum^y vocatur.^y Eademque origine aprorum sapor commendatur, plerumque ad intinctus^z additis myrtis.



—6 Chiff. *eisdemque in siccis*.—7 ‘Chiff. *spinaque alba, caulis ipse ceu pomum estur*. Sic infra xxv. 13. 14. Al. *spinaque Cucto, caulis, &c.* e Theophr. vi. 4.’ Dalec.—8 ‘Vet. *eduntur et ficulnei caules*. Lego, *Sunt et in usu medicinae ficulnei caules*; ut infra xxvi. 4.’ *Idem*.—9 Ita codd. Harduini Dalec. *inveniat* Gronov. et al. ante Harduinum.

CAP. XXXV. 1 Alii ap. Dalec. *murtatum*.

NOTE

^t *Pomum est*] Hoc est, pomi instar manditur, ut dictum est XIII. 22. Sic et teneri ficum caules.

^u *In siliquis*] *Κερατῶν*, de quibus c. 26. diximus.

^v *Bina genera*] De utroque vini genere, quod e myrto sativa fit, tertioque, quod e sylvestris myrti baccis myrtidanum appellarunt, diximus XIV. 19. De oleo utroque c. 7. libri hujus. Sed illud iterum in memoriam revocandum, quod ante monuimus: aliam esse apud scriptores Græcos, quos quidem nunc terimus, acceptionem hujus vocis *Μυρτιδανον*, de qua vide Glossas, et Galenum tom. II. in Explic. Vocum Hippocr. p. 92. et 97. ex Dioscoride Anazarbeo, et al-

tero cognomine Lexicographo junior: ipsunque Hippocr. de Morbis Mulier. II. 84. p. 608.

^w *Usus baccæ*] Pomi seu fructus myrte

^x *Antequam piper*] Abhorruisse veteres a pipere in obsoniis adhibendo auctor est Plutarch. Symp. IX. 9. p. 733. Dryophoni, seu myrti nemoralis, baccæ hodieque piperis loco condiunt rusticorum cibos, ut dicemus XXVII. 49.

^y *Myrtatum vocatur*] Varro de Ling. Lat. lib. IV. p. 28. ‘Myrtatum,’ inquit, ‘a myrto,’ (vel, ut alii legunt, eadem plane sententia, ‘Murtatum a murta,’) quod eo large fartum intestinum crassum.’

XXXVI. Arbor ipsa^a in Europæ citeriore¹ cœlo, quod a Cerauniis montibus incipit, primum Circeiis in Elpenoris^b tumulto visa traditur: Græcumque ei nomen remanet, quo peregrinam esse apparet. Fuit ubi nunc Roma est, jam tum cum conderetur: quippe ita traditur, myrtea verbena^c Romanos Sabinosque, cum propter raptas virgines^d dimi-



CAP. XXXVI. 1 Chiffi. *tetrithore*. Mox, *solo pro celo*, Dalec.—2 Lil. Gy-

NOTÆ

² *Ad intinctus*] Hic intinctus ξυβαμμα est, quod vel ex aceto, oleove, aut alio liquore, vel liquamine fit, quo panem carnemve intingimus, ad saporis gratiam: Galli dicunt, *la sausse*.

^a *Arbor ipsa*] *Le mirte*. Ceraunios montes dici hoc loco palam est, pro Acrocerauniis, de quibus statim initio egimus, lib. III.

^b *In Elpenoris*] Unius ex Ulyssis sociis, quos in porcorum faciem a Circe mutatos finxit Homerus. De Circeiis III. 9. Accepta hæc a Theophr. Hist. v. 9.

^c *Myrtea verbenæ*] ‘Verbena proprie,’ (inquit Servius ad illud Æneid. XII. ‘Verbena tempora vincti,’) ‘est herba sacra, ros marinus, ut multi volunt, id est, λιβαρωτις, sumta de loco sacro Capitolii, qua coronabantur Feciales, et Pater patratus, fœdera facturi, vel bella indicturi. Abusive tamen verbenas jam vocamus omnes frondes sacratas, ut est laurus, oliva, vel myrtus. Terentius, ‘Ex ara sume hinc verbenas:’ nam myrtum fuisse Menander testatur, de quo Terentius transtulit.’ Unde intelligis frustra esse eos, qui *myrto et verbenæ* hic malunt, invitis omnibus libris.

^d *Raptas virgines*] Vide Livium, lib. I.—‘Est in Cimelio Serenissimi Ducis Parmensis nummus Neronis

inscriptus: NERO. CLAUDIVS. CAESAR. AVG. GERM. P. M. TR. P. IMP. P. P. caput laureatum.)(. SABINAE. ‘Raptus Sabinarum pulcherrimus, apud Albertum Principem,’ inquit Occo p. 134. ‘Figuræ pulcherrimæ, in quarum medio tres obelisci.’ Depictus etiam hic nummus est ab Oyselio, Tab. XXVII. n. 9. sed prius ab Erizzo, p. 109. ubi negat hunc nummum Romæ cusum fuisse; et recte negat. Cusus est Arelate. Et literis illis septem hæc subest sententia: ‘Scenicis Arelate Basilicam Imperator Nero Augustus Exstruxit.’ Nam alioquin quid ad Neronem pertinent raptæ quondam Sabinæ virgines? Scenicæ mulieres a militibus coactas esse, non in civitate vagari per diversas ædes, sed intra unam se basilicam, a Nerone eo fine ædificatam, continere, pictura cum titulo eo declarat. Est et alius in Gaza Medicea nummus ex ære maximo: D. N. CONSTANTIVS. P. F. AVG. nempe qui Flavii Julii Constantis frater. Caput cinctum gemmis.)(. Infra SABINAE, ut in nummo Neronis: et raptum Sabinarum similiter pingi hic aiunt, cum obelisco uno tantum. Sed quid, amabo, ad Principem Christianum raptus pertinet Sabinarum? Nihil cum imagine talis ac tanti Principis jungi posset ineptius. Contraria sub his literis subest

micare voluissent, depositis armis purgatos² in eo loco, qui nunc signa Veneris Cluaciæ^e habet. Cluere enim^f antiqui purgare dicebant. Et in ea quoque arbore sufficienti^g genus habetur. Ideo tum electa, quoniam conjunctioni,^h et huic arbori Venus præest. Haud scio, an prima omnium^{3 i} in locis publicis Romæ sata,⁴ fatidico quidem et memorabili augurio. Inter antiquissima namque delubra habetur Quirini, hoc est, ipsius Romuli: in eo sacræ fuere myrti duæ ante ædem ipsam per longum tempus, altera patricia appellata, altera plebeia. Patricia multis annis prævaluit, exuberans⁵ ac læta, quamdiu senatus quoque floruit, illa ingens:^j plebeia retorrída⁶ ac squalida. Quæ posteaquam evaluit, flavescente^k patricia,⁷ Marsico^l bello,



rald. armis pacificatos; et mox pugnare pro purgare.—3 Cod. Dalec. an *prima omnium*; Gronov. et al. ante Harduin. an *prima etiam omnium*.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sata sit Gronov. et al. ante Harduin.*—5 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *prævaluit flavescente plebeia, exuberans* Gronov. et vulgg.—6 Cod. Dalec. *torrida*.—7 Ita

NOTÆ

sententia, quam in priore numismate; hæc nimirum, ‘Scenicæ Arelate Bono Imperii Natus Augustus Ejecit:’ id quod pictura quoque loquitur. Ita literis iisdem geminum facinus, alterum Nerone, alterum Christiano Principe dignum exprimitur.’ *Ed. sec.*

^e *Cluaciæ*] Vel, ut in nummis legitur Mussidiæ gentis apud Patin. p. 182. CLOACIN.—‘Sed cave huc referas. Sententia enim est primis singularum vocum literis expressa, quæ nihil huc attinet. ‘Cymbam Lubentes Obtulerunt Augusto Cæsari Imperatori Narbonenses.’ In altera nummi parte caput est Solis juvenis radiatum, symbolum Orientis ab Augusto pacati sine inscriptione.’ *Ed. sec.*—Lactantius I. 20. a cloaca maxima, ubi id simulacrum repertum est, appellatum putat. Plinio Cluacina Venus quasi purgatrix dicta, et ex-

patrix.—‘Cluaciæ sacrum Romæ fuisse Plautus commemorat Curcul. iv. 1. 10.’ *Ed. sec.*—De purgationibus veterum, suffitibusque, xxv. 59.

^f *Cluere enim*] Quasi contractum ex verbo ‘colluere.’ Sed et alios præterea significatus habet: de quibus Lexica consulenda.

^g *Sufficienti*] In suffitus ipsa quoque assumitur.

^h *Conjunctioni*] Fœderi, et conjunctionis. Supra xii. 2. ‘Veneri dicata myrtus.’ Et Nasoni Fast. iv. 15. ‘Cytherea myrtus.’

ⁱ *An prima [etiam] omnium*] Mss. omnes, an *primæ omnium*.

^j *Illa ingens*] Sic Mss. Reg. &c. In editis, *vigens*.

^k *Flavescente*] Sic Mss. non *flavescente*. Sic xvi. 7. de fagi foliis, et aliarum glandiferarum, ‘celerrime flavescuntibus.’ Et xix. 47. de menta: ‘Æstate viret, hyeme flavescit.’

languida auctoritas patrum facta est, ac paulatim in sterilitatem emarcuit majestas. Quin et ara vetus fuit Veneri Myrteæ, quam nunc Murciam^{8m} vocant.

XXXVII. Cato tria^a genera myrti prodidit, nigram, candidam, conjugulam, fortassis^b a conjuguis, et illo^c Cluacinae genere. Nunc et alia distinctio, sativæ, aut sylvestris: et in utraque latifoliae.^c In sylvestri,^d propria oxy-myrsine. Sativarum genera topiarii^e faciunt: Tarentinam,^f

//////////

Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *flaccescente patricia* Gronov. et al. ante Harduin.—8 *Murtiam* Franz. *Myrciam* Chiffi.

CAP. XXXVII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ex illo* Gronov.—2 Ita eodd. Harduini, Turneb. et Pintian. cum edd. Harduin. et recentt. *exoticum*

NOTÆ

Et ejusdem libri c. 47. de morbis hortensium, 'Omnia accessu mulieris menstrualis flavescunt.' Supraque XIII. 16. 'Et ideo superficie flavescens,' &c.

^a *Marsico*] Sive sociali, de quo diximus II. 85.

^m *Murciam*] In Mss. *Murciam*, et *Murtiam* legas. Plutarch. in Quæst. Rom. p. 268. Καὶ γὰρ ἦν νῦν Μουρκίαν Ἀφροδίτην καλοῦσιν, μυρτίον τὸ παλαιὸν, ὡς εἰκεν, ὠνθαζον. Varro de Ling. Lat. lib. IV. 'Intimus Circus ad Murtium vocatus, ut Procilius aiebat, ab urceis, quod is locus esset inter figulos. Alii esse dicunt a Murteto declinatum, quod ibi id fuerit: cujus vestigium manet, quod ibi sacellum etiam nunc Murtiæ Veneris.' Fuit ædes Murciae, teste P. Victore, in undecima regione Urbis: Romuli, in octava.

^a *Cato tria*] De Re Rust. c. 8. pag. 14. 'Sub urbe hortum omne genus . . . myrtum conjugulum, et album, et nigrum,' &c. Idem repetit cap. 133. pag. 69. 'Myrtum conjugulum, et myrtum album, et nigrum,' &c.

^b *Fortassis*] Haud sane videtur ge-

neris id nomen esse, sed consilii institutique hominum, nempe a conjuguis quibus Venus præest, et expiationibus, purgationibusve, quibus olim myrtus adhibita in eo loco, qui deinde factus ex ea re Veneri Cluacinae sacer. Sunt tamen qui conjugulam dictam malint, quod opere topiario cum pergulis parietibusque hortorum eleganti spectaculo apte conjugatur.


^c *Et in utraque latifoliae*] In utroque, inquit, genere latifolia myrtus est, in sylvestri scilicet, et sativo. Sic quadruplex jam myrti genus: sativum angustifolium, latifoliumque: sylvestre item geminum.

^d *In sylvestri*] In sylvestri genere, peculiaris differentia ac ratio est oxy-myrsines, inquit. Nos de ea dicemus XXIII. 83.

^e *Topiarii*] Qui topiaria faciunt: sicut coronarii, qui coronas. Vetus inscriptio apud Gruterum, pag. 602. LVCRIO. AVG. TOPIARIO. EX. HORTIS. 'Lucrio Augusti Topiario, ex hortis.'

^f *Tarentinam*] Quæ myrtus minor vulgaris. A Clusio pingitur, Hist. lib. I. pag. 67.

folio minuto: nostratem,³ patulo: hexasticham^{2 h} densissimo, senis foliorum versibus. Hæc non est in usu: ramosa utraque alia. Conjugulam³ existimoⁱ nunc nostratem dici. Myrtus odoratissima in Ægypto.^{4 j} Cato docuit^k vinum fieri e nigra, siccata usque in ariditatem in umbra, atque ita musto^l indita.⁵ Si non siccentur baccaë, oleum gigni. Postea compertum,^m et ex alba vinum fieri album, duobus sextariis myrti tusæ, in vini tribus heminisⁿ macerataë, expressæque. Folia et per se siccantur in farinam, ad ulcerum remedia in corpore humano, leniter mordaci pulvere, ac refrigerandis sudoribus. Quinimo oleo quoque (mirum dictu) inest quidam vini sapor, simulque pinguis liquor, præcipua vi ad corrigenda vina, saccis ante^o perfusis. Retinet quippe facem, nec præter purum liquorem transire patitur, datque se comitem præcipua commendatione liquato.^p Virgæ quoque ejus gestataë modo^q



Gronov. et vulgg.—3 *Conjugalem* Chiff.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *odoratissima est in Ægypto* edd. vet.—5 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *atque ita musto indita* Gronov. et al.—6 ⁱ Ita codd. Regg. et Editio princeps. In recentioribus editionibus frustra emendatum, *gestata manu*. Brotier. *gestata modo* habet etiam Chiff.

NOTÆ

^g *Nostratem*] Hæc myrtus Romana, cujus iconem Matthioli exhibet in Diosc. lib. i. pag. 228.

^h *Hexasticham*] Sic Mss. Reg. Colb. Th. et ii quos Turnebus et Pintianus videre: non *exoticam*. A senis, ut statim subditur, foliorum ordinibus, id ei nomen: ut et hordeo hexasticho, apud Colum. ii. 9. Omnino est myrtus latifolia Bætica, quam et *exoticam* Clusius vocat Hist. Plant. i. 43. p. 65. nos in horto Regio vidimus. Vulgaris in hortis est obvia, quæ tetrasticha est: eadem Tarentina superius nominata.

ⁱ *Conjugulam existimo*] Et nos assentimur.

^j *In Ægypto*] Ubi ceteri flores sine odore. Causam hujus rei Theophras

Delph. et Var. Clas.

tus aperit de Causis Plant. vi. 27. p. 385.

^k *Cato docuit*] De Re Rust. cap. 125. pag. 66.

^l *Atque ita musto*] Vide Notas et Emend. num. 15.

^m *Postea compertum*] Hæc fuse tractata a Columella de Re Rust. xii. 38.

ⁿ *Tribus heminis*] Hemina quid sit dicemus xxi. 109. De sextario diximus xiv. 6.

^o *Saccis ante*] Myrteo oleo ante perfusis. Quid saccus sit, et quis sacci usus, diximus xiv. 28.

^p *Liquato*] Vino percolato.

^q *Gestata modo [manu]* Mss. omnes, *gestata modo*.

Plinius.

7 S

viatori prosunt in longo itinere pediti. Quin et virgei annuli^r expertes ferri inguinum tumori medentur.

XXXVIII. Bellicis quoque se rebus inseruit : triumphans-que de Sabinis Postumius Tubertus, in consulatu,^a (qui primus omnium ovans^b ingressus Urbem est,) quoniam rem^c leviter sine cruore gesserat, myrto Veneris Victricis coronatus inaccessit, optabilemque arborem etiam hostibus^d fecit. Hæc postea ovantium^e fuit corona, excepto M. Crasso,^f qui de fugitivis et Spartaco laurea coronatus inaccessit. Masurius^r auctor est, curru quoque triumphantes



CAP. XXXVIII. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Masurius* Gronov. et

NOTÆ

^r *Virgei annuli*] Virgæ, seu ramuli, in annuli modum circum inguina [ligati. Vide Notas et Emend. num. 16.

^a *In consulatu*] Non illo priore, quem cum M. Valerio Publicolæ fratre gessit : sed altero, in quo post biennium a priore collegam habuit Agrippam Menenium Lanatum, anno Urbis CCLI. Vide Livium lib. II. pag. 27. et Dionys. Halic. Antiq. lib. IV. pag. 314.—^c Unico fuisse functum Consulatu Postumium, videtur hic Plinius affirmare : tametsi aliter Livius lib. II. p. 27. et Dion. Halic. A. R. lib. IV. p. 314.' *Ed. sec.*

^b *Ovans*] Ovatio, minor triumphus. Qua re distet a triumpho, mox dicemus e Gellio.

^c *Quoniam rem*] Aliam causam affert Dionysius, loc. cit. quod cladem ante probrosam acceperat : etsi in hac expeditione adversus Sabinos, præclaram navarit operam, cum Agrippa collega, cui decretus a Senatu eam ob rem triumphus.

^d *Optabilemque . . . hostibus*] Sic enim agi de se triumphum potius, quam alio quovis modo, hostis quili-


bet velit.

^e *Hæc postea ovantium*] Gellius v. 6. pag. 327. 'Ovalis corona myrtea est : ea utebantur Imperatores, qui ovantes introibant urbem. Ovandi autem, ac non triumphandi, causa est, cum aut bella non rite indicta, neque cum justo hoste gesta sunt, aut hostium nomen humile et non idoneum est, ut servorum piratarumque, aut, deditione repente facta, impulverea, ut dici solet, incruentaque victoria obvenit : cui facilitati aptam esse Veneris frondem crediderunt : quod non Martius, sed quasi Venerius quidam triumphus foret.' Et olea tamen etiam coronatos esse ovantes Plinius noster admonet libri hujus cap. 5. Myrto et milites redimitos, scripsit Claudius Saturninus de Corona, apud Tertull. de Corona cap. 12.

^f *M. Crasso*] Gellius, loc. cit. 'Myrteam coronam M. Crassus, cum bello fugitivorum confecto ovans rediret, insolenter aspernatus est : Senatusque consultum faciendum per gratiam curavit, ut lauro, non myrto, coronaretur.'

myrtea corona usos. L. Piso tradit, Papirium Masonem,² & qui primus in monte Albano triumphavit de Corsis, myrto coronatum ludos Circenses spectare solitum. Avus maternus Africani sequentis^h hic fuit. Marcus Valeriusⁱ duabus coronis utebatur, laurea, et myrtea, qui et hoc voverat.

XXXIX. (XXX.) Laurus^j triumphis proprie dicatur, vel gratissima domibus, janitrix Cæsarum^k pontificumque: sola et domos exornat,¹ et ante limina excubat. Duo ejus genera^l tradit Cato:² Delphicam et Cypriam. Pompeius Lenæus adjecit quam mustacem appellavit, quoniam mustaceis^m subjiceretur. Hanc esse folio maximo, flaccido-



al. ante Harduinum.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ita quoque Val. Max. III. 6. 5. ubi codd. Leidd. 2. 7. habent *Marcus Papirius Masso*. Vet. Dalec. *Papyrium Nasonem*; Gronov. et al. ante Harduin. *Papyrium Massonem*.

CAP. XXXIX. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *quæ sola et domos exornat* Gronov. et vulgg. non vero, *quæ solæ domos, &c.* ut citatur a Franzio.—2 Chiffli. *tradidit Cato*.—3 *Hæc acutiores* Chiffli.—4 Cod. Da-

NOTÆ

^g *Masonem*] Recitat hæc totidem verbis Valerius Max. III. 5. pag. 173. Unde vero Festus Paulusve id hauserit quod refert, *Myrtea corona Papirius usus est, quod Sardos in campis myrteis superasset*, quive illi campi sint myrtei, non liquet. Consul Maso fuit anno DXXXIII.

^h *Africani sequentis*] Hoc est, Africani minoris, ejus qui Carthaginem Numantiamque delevit.

ⁱ *M. Valerius*] Publicolæ frater, ejus qui post exactos reges primum Consul fuit.

^j *Laurus*] Lauri fere dotes universas, quas oratione prosa Plinius expressit, carmine haud invenusto reddidit Joan. Passeratius, Kalendis Januar. anni MDXCIV. Et Græcos solitos esse pro foribus laurum statuere, auctor est Hesychius, in voce Κώμυ-

θα. Κώμυθα, δάφνην, ἣν ἰστώσι πρὸ τῶν πυλῶν.

^k *Janitrix Cæsarum*] Ovid. Met. I. 562. ‘Postibus Augustis laurus fidissima custos: Ante fores stabis, mediamque tuebere quercum.’ Et Trist. III. 1. 39. de Augusti Palatio: ‘Cur tandem apposita velatur janua lauro, Cingit et Augustas arbor opaca fores? Num quia perpetuos meruit domus ista triumphos?’ &c. Hinc illud Tertulliani in Apolet. ‘Qui sunt qui Imperatores inter duas lauros obsident?’

^l *Duo ejus genera*] Cato cap. 133. pag. 69. Idem tamen cap. 8. pag. 14. tertium genus addit, sylvaticum.

^m *Quoniam mustaceis*] Mustacea sunt levia cibaria, iis præberi solita, qui stomachi imbecillioris forent. De his Cato cap. 121. pag. 65. ‘Musta-

que et albicante: Delphicam æquali colore, viridiorē, maximis baccis atque e viridi rubentibus. Hac victores³ Delphis coronari, et triumphantes Romæ. Cypriam esse folio brevi, nigro, per margines imbricato, crispam. Postea⁴ accessere genera. Tinus:⁵ hanc sylvestrem laurum aliqui intelligunt, nonnulli sui generis arborem. Differt color:⁶ est enim ei cœrulea bacca.⁵ Accessit et regia,^p quæ cœpit Augusta appellari, amplissima et arbore et folio, baccis gustatu quoque non asperis.⁶ Aliqui negant eandem^q esse, et suum genus regię faciunt, longioribus foliis latioribusque. Iidem in alio genere baccaliam appellant hanc quæ vulgatissima^r est, baccarumque fertilissima. Sterilem vero earum (quod maxime miror)^s triumphalem, eaque dicunt triumphantes uti: nisi id a Divo Augusto cœpit,⁷ ut docebimus,^t ex ea lauru, quæ ei missa e cœlo est, minima altitudine,⁸ folio crispo ac brevi, inventu rara. Accedit in topiario opere taxa,^u exerescente in medio folio



lec. *crispam et postea*.—5 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *color: est enim cœrulea bacca* Chiff. *color: est enim, &c.* Gronov. et vulgg.—6 Cod. Dalec. *aspero*.—7 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *cœperit* Gronov. et al. ante Harduin.—8 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *missa e celo, minima est altitudine* Gro-

NOTÆ

ceos sic facito: Farinæ siliginæ modium unum musto conspargito: Anisum, cuminum, adipis P. II. casei libram, et de virga lauri deradito, eodem addito. Et ubi definxeris, lauri folia subtus addito cum coques.⁷ Liba universa, bellariaque lauri foliis veteres invollebant, teste Athen. lib. IV. pag. 140. In Notis quæ Tironi falso ascribuntur apud Gruter. pag. 176. 'Mustacium. Crustulum. Edubium,' pro 'Edulium.' Et paulo ante 'Placenta. Scerbilita,' pro 'Scribilita.'

ⁿ Tinus] *Laurier-tin*. Pingitur a Dalecampio Hist. Plant. II. 43. Vidimus in horto Regio.

^o Differt color] Nempe a ceteris

lauri generibus.

^p Et regia] *Laurier Royal*, cujus iconem Lobelius exhibet in Advers. pag. 424.

^q Aliqui negant eandem] Negant regiam eandem cum Augusta esse.

^r Quæ vulgatissima] *Laurus vulgaris baccifera, Laurier*. Baccalis dicitur XVII. II. Sed nimirum eadem est baccalis et baccalia: ut hortensia et hortensis.


^s Quod maxime miror] Miratur triumphis eam esse destinatum, quæ sit sterilis.

^t Ut docebimus] Cap. 40.

^u Taxa] Sive *Laurotaxa*. A Dalecampio pingitur Hist. Plant. II. 44. pag. 205. Sed accuratius multo a

parvulo, veluti lacinia folii. Et sine ea^v spadonia,⁹ mira opacitatis patientia: ^w itaque quantalibet sub umbra solum implet.

Est et chamædaphne^x sylvestris frutex. Est et Alexandrina,^y quam aliqui Idæam, alii hypoglottion, alii Danaën,^{10 z} alii carpophyllon,^a alii hypelaten vocant. Ramos spargit a radice dodrantes, coronarii^b operis, folio acutiore^c quam myrti, molliore et candidiore, et majore:^d semine inter folia rubro.¹¹ Plurima in Ida, et circa Heracleam



nov. et al. vett.—9 Chiff. *spadonia*.—10 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *daphnitin* Gronov. et edd. vett.—11 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *dodrantes, topiarii ac coronarii operis, folio acutiore quam myrti, molliore et candidiore, majore semine inter folia rubro* edd. vett. et Gronov. Ita quoque cod. Dalec. sed omissis vocibus, *topiarii*

NOTE

Clusio Hist. Plant. II. 64. pag. 278.

^v *Et sine ea*] Sine ea lacinia, hoc est, sine eo folio parvo exeunte de foliis, spadonia est: quæ lacinia spadoniam laurum a taxa secernit, alioqui plane pares.

^w *Mira. . . patientia*] Cui nihil officit opacitas loci: quæ nihilo minus est in opaco, quam in aprico loco, exuberans ac læta, ac solum semper implens.

^x *Chamædaphne*] Non lauri proprie sunt eæ, quæ deinceps appellantur: sed ob foliorum quandam cum lauro similitudinem id nomen ipsæ quoque sortiuntur. De hoc triplici genere, hoc est, de chamædaphne, Alexandrina daphne, et de ea quæ *δαφνοειδής* vocatur, Galenus egit de Fac. Simp. Med. lib. VI. pag. 169. De chamædaphne dicemus XXIIV. 81.

^y *Alexandrina*] Ab Alexandria Troadis, in qua et Ida mons. Theophr. Histor. III. 17. et Diosc. IV. 147. *δάφνη Ἀλεξάνδρεια, οἱ δὲ Ἰδαίαν, οἱ δὲ Δανάην, οἱ δὲ ὑπόγλωττον, κ. τ. λ.* Et in Nothis, pag. 473. *οἱ δὲ δάφνος, οἱ δὲ*

ὑπογλώττιον, κ. τ. λ. nempe a similitudine quadam foliorum cum altera hypoglosso, de qua XXVII. 67. Hæc a Dalecampio recte delineatur Hist. II. 46. pag. 208.

^z *Alii Danaën*] Sic Mss. Reg. I. 2. Colb. &c. non *daphnitin*. Sic etiam Diosc. mox citatus, et Stephanus, ut dicemus statim.

^a *Carpophyllon*] Quod folii dorso fructus insidet, vel dorsi, ut ita dicam, spinæ. Stephanus: *Ἔστι δὲ Ἀλεξάνδρεια . . . τινὲς δὲ Δανάην αὐτὴν καλοῦσι, οἱ δὲ χαμαιδάφνην, οἱ δὲ ἐπιφυλλόκαρπον, ἢ φυλλόκαρπον.* Diosc. loc. cit. *καρπὸν δὲ ἐν μέσοις, fructum fert in mediis foliis: hoc est, in medio folii dorso.* Eadem *ὑπελάτη*, a similitudine quadam cum abiete, quæ Græcis *ἐλάτη*.


^b *Coronarii*] Coronis apta nectendis.

^c *Folio acutiore*] Diosc. IV. 147. hæc totidem fere verbis, eadem certe sententia.

^d *Et majore*] Vide Notas et Emend. num. 17.

Ponti, nec nisi in montuosis.¹² Id quoque, quod daphnoides^e vocatur, genus, in nominum ambitu est. Alii enim Pelasgum,^f alii eupetalon, alii stephanon Alexandri vocant. Et hic frutex est ramosus, crassiore¹³ ac molliore,^g quam laurus, folio : cujus gustatu accenditur os atque guttur, baccis e nigro^h rufis.¹⁴ Notatum antiquis, nullum genus laurus¹⁵ in Corsica fuisse : quod nunc satum et ibi provenit.

XL. Ipsa pacifera, ut quam prætendi etiam inter armatos hostes quietis sit indicium. Romanis præcipue lætitiæ victoriarumque nuntia additur literis,ⁱ et militum lanceis,^j pilisque. Fasces imperatorum decorat. Ex his² in gremio Jovis^k optimi maxime³ deponitur, quoties lætitiā



ac.—12 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. nisi montuosis Gronov. et al. ante Harduinum.—13 Dalec. graciliore. ‘Plinius pro ισχυρότερα legit ισχυρότερα.’ Dalec.—14 Vet. Dalec. baccis nigris vel rufis.—15 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. nullum genus lauri edd. vett. et Gronov.

CAP. XL. 1 Vet. Dalec. additur lituis.—2 Ex hac corona Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. Optimi Maximi Gronov. et al. ante Harduin. Mox,

NOTÆ

^e *Daphnoides*] Diosc. iv. 148. Δαφνοειδές, οἱ δὲ εὐπέταλον. De eo genere magna lis inter herbarios.

^f *Pelasgum*] Πέλασγον, quod ea Græci coronarentur, cum ad Trojam essent. Εὐπέταλον, quod foliis sit eximiiis. Στέφανον Ἀλεξάνδρον, quod, ut Stephanus scribit, ea in certaminibus coronaretur Alexander, qui Paris est appellatus.

^g *Crassiore ac molliore*] Dioscor. loc. cit. Φύλλα δάφνη εὐκόστα, μαλακώτερα δὲ καὶ ισχυρότερα, quæ Oribasii interpretes recte *graciliora, mollioraque* reddidit, loc. cit. At *ισχυρότερα* legisse Plinius in iis auctoribus videtur, quos secutus est : Serapion quoque in ipso Diosc. cum ejus interpretes *tenaciora* verterit.

^h *Baccis e nigro*] Oribasius, Dios-

coridem secutus, ‘bacca nigra, ubi matura est,’ loc. cit.

ⁱ *Additur literis*] Romani Imperatores, reportata de hostibus victoria, literas Romam ad Senatū mittebant, lauri ramo involutas. Vide Notas et Emend. num. 18.

^j *Militum lanceis*] Cum lætæ res essent ac prosperæ : quod factitatum a Pompeii militibus refert Plutarchus in Pomp. p. 640. Martialis de utroque more vii. 5. p. 358. ‘Publica victrices testantur gaudia chartæ, Martia laurigeræ cuspidè pila vident.’

^k *In gremio Jovis*] Quem ad morem respexit Silius Ital. l. xv. ‘Sed dabo, qui vestrum sævo nunc Marte fatigat Imperium, superare manu, laurumque superbani In gremio Jovis

nova victoria attulit. Idque non quia perpetuo viret, nec quia pacifera est, (præferenda ei utroque¹ olea,)⁴ sed quia spectatissima in monte Parnasso: ideoque etiam⁵ grata Apollini, assuetis eo dona mittere jam et regibus Romanis, teste L. Bruto.^m Fortassis etiam in argumentum, quoniam ibi libertatem⁶ publicam is meruisset, lauriferamⁿ tellurem illam osculatus ex responso. Et quia manu satarum receptorumque in domos, fulmine sola non icitur.^o Ob has causas equidem crediderim, honorem ei habitum in triumphis potius, quam quia suffimentum sit cædis hostium et purgatio, ut tradit Masurius.⁷ Adeoque in profanis usibus pollui laurum et oleam fas non est, ut ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria^p aræve debeant. Laurus quidem manifesto⁸ abdicat ignes crepitu, et quadam detestatione: interaneorum^q etiam vitia et nervorum ligno torquente. Tiberium^r principem tonante cælo coronari ea solitum ferunt contra fulminum metus.



latitiam novam victoria, &c. cod. Dalec.—4 Vet. Dalec. utique myrto et olea.—5 Vet. Dalec. Parnasso. Ideoque etiam.—6 Cod. Dalec. ibi in libertatem.—7 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Masurius Gronov. et al. ante Harduin.—8 Cod. Dalec. manifeste.—9 Dalec. e Diosc. ctiam vitiis (vulvæ, vesicæ) et nervo-

NOTÆ

excisis deponere Pænis.' Item Julius Obsequens de Prodig. c. 123. Plinius in Paneg. num. 8. Statius Syl. l. iv. 'Restat Bactra novis, restat Babylona tributis Frænari: nondum gremio Jovis indita laurus.'

¹ *Utroque*] Cum gemina ea dote lauro olea antecellat.

^m *L. Bruto*] Nota ex Livio historia, lib. i. ubi de Tarquinio Superbo: 'Domestico exterritus visu, Delphos ad maxime inclutum in terris oraculum mittere statuit. Neque responsa sortium ulli alii committere ausus, duos filios per ignotas ea tempestate terras, ignotiora maria, in Græciam misit. Titus et Aruns profecti. Comes his additus L. Junius Brutus, Tarquinia sorore regis natus, juvenis

longe alius ingenio, quam ejus simulationem induerat,' &c.

ⁿ *Lauriferam*] Atqui non Delphicam, sed Italiam tellurem osculatum esse refert Dionys. Halic. Antiq. lib. iv. p. 265. Atque id forsitan oraculo congruentius fuit, imperium portendenti ei viro, qui matrem prior oscularetur. Sed Plinio Livius suffragatur, l. i. p. 20.

^o *Sola non icitur*] Id veteribus quidem creditum: negat recentiorum experientia.

^p *Accendi ex his altaria*] Vide Notas et Emend. num. 19.

^q *Interaneorum*] Ligno, seu cortice, si devoretur, interaneis nervisque utili: nam calculos rumpit, aliaque præstat, quæ dicentur XIII. 80.

Sunt et circa ¹⁰ Divum Augustum eventa ejus digna memoratu. Namque Liviæ Drusillæ, quæ postea Augusta ^s matrimonii nomen accepit, cum pacta ¹¹ esset illa Cæsari, gallinam ^t conspicui candoris sedenti aquila ex alto abjecit in gremium illæsam: intrepideque miranti accessit ¹² miraculum, quoniam teneret rostro laureum ramum onustum suis baccis. Conservari alitem et sobolem jussere auspices, ramumque eum seri ac rite custodiri. Quod factum est in villa Cæsarum, fluvio Tiberi imposita juxta nonum lapidem Flaminia via, quæ ob id vocatur Ad gallinas: ^u mireque sylva provenit. Ex ea triumphans postea Cæsar laurum in manu tenuit, coronamque capite gessit: ac deinde imperatores Cæsares cuncti. Traditusque mos est ramos, quos tenerunt, serendi, et durant sylvæ nominibus suis discretæ, fortassis ideo mutatis triumphalibus. ^{13v} Unius arborum Latina lingua nomen imponitur ^w viris. Unius folia ^x distinguuntur appellatione: lauream enim vocamus. Durat et in Urbe impositum loco, quando Loretum ^y



rum lassitudini cedentur. Tiberium, &c.—10 Sed et circa cod. Dalec.—11 Cod. Dalec. nupta.—12 Hæc verba, in gremium illæsam: intrepideque miranti accessit, non leguntur in cod. Dalec.—13 Vet. Dalec. nominatis triumphalibus.—

NOTÆ

^r *Tiberium*] Suetonius in Tiberio c. 66. Vide quæ diximus II. 56.

^s *Augusta*] Nam, ut Tacitus ait Annal. I. p. 7. et in familiam Juliam, et in Augustæ nomen, Augusti testamento, assumpta est.—^t Jure matrimonii cum Augusto in Augustæ nomen assumpta est. *Ed. sec.*—Vide Notas et Emend. num. 20.

^u *Gallinam*] Hoc prodigium verbis totidem fere narrat Dio I. XLVIII. p. 389. Etiam paulo dilucidius Tranquillus in Galba c. 1.

^v *Ad Gallinas*] Suetonius loc. cit. ^w Tanta pullorum soboles provenit, ut hodie quoque ea villa Ad gallinas vocetur: tale vero lauretum, ut tri-

umphaturi Cæsares inde laureas decerperent, &c.

^x *Mutatis triumph.*] Abjecto eo genere laurus sterili, quo dictum est olim triumphantes uti c. 39. laureisque ex hac potius sylva petitis.

^y *Nomen imponitur*] Ut Tullio Ciceronis liberto, Laureæ cognominato, de quo XXXI. 3.

^z *Unius folia*] In hoc uno genere, aliud arbori, aliud folio nomen.

^{aa} *Quando loretum*] In regione Urbis XIII. teste P. Victore, et Aventinus mons fuit, et vici duo Loreti majoris ac minoris. Vide et Tabulam Regionum ac Vicorum Urbis Romæ apud Grut. p. 250.

in Aventino vocatur, ubi sylvā lauri fuit.¹⁴ Eadem² purificationibus adhibetur: testatumque sit obiter et ramo^{15 a} eam seri, quoniam dubitavere Democritus atque Theophrastus.^b Nunc dicemus sylvestrium naturas.



14 Chiff. *laurus fuit*.—15 Idem codex, *atque ramo*.

NOTE

² *Eadem*] De purificationibus veterum dicemus xxv. 59.

^a *Et ramo*] Uti dicemus xvii. 11.

^b *Theophrastus*] Hist. Plant. ii. 1.

NOTÆ ET EMENDATIONES

AD LIBRUM XV.

NATURALIS HISTORIÆ

C. PLINII SECUNDI.

1. CAP. I. *Tarquinio Prisco regnante, ab annis Populi Romani CLXXIII.*] Ita hunc annorum numerum restitui-
mus, tum ope Reg. cod. 2. tum ipsa
temporum ratione ita exposcente:
etsi libri vulgati omnes, plurimi-
que Mss. denarii notam adjiciant,
CLXXXIII. Nam anno Urbis Var-
roniano CLXXVII. Servius Tullius
Prisco successit.—‘*Tarquinio Prisco
regnante, ab annis Populi Romani
CLXXXIII.*] Ita libri omnes editi,
probatissimique et omnes fere codd.
in quibus est et Par. noster: in quo
sine notarum compendio scriptum est,
centum octoginta tribus. Non igitur
ante annum Urbis conditæ CLXXXIV.
successit Tarquinio Prisco Servius
Tullius.’ *Ed. sec.*

2. CAP. III. *Ad Arcturi exortum, a.
d. XVI. Kalendas*] Prius legebatur,
ab Arcturi exortu ad XVI. Errorem
triplici ex fonte correximus: Pri-
mum, ex Mss. Reg. Th. Colb. in qui-
bus *ad Arcturi exortum ad XVI.* scrip-
tum reperimus. Deinde ex Theo-
phrasto de Causis Plant. VI. 11. pag.
363. Λέγουσι γὰρ ὡς οὐδὲν πλέον ἴσχει

τοῦ ἐλαίου μετ’ Ἀρκτουρον, κ. τ. λ. Et
ejusdem operis I. 23. p. 226. Μέχρι
γὰρ Ἀρκτούρου τὸ ἐλαιον ἐγγίνεσθαι δο-
κεῖ· κατὰ δὲ τοῦτο τῆς σαρκὸς ἢ αὔξησις,
κ. τ. λ. *Ad Arcturum usque oleum au-
gescere creditur: postea caro increscit.*
Denique ex ipso Plinio, qui exortum
Arcturi medium hoc fere ipso die sta-
tuit XVIII. 74.

3. CAP. IV. *Muriæ innatant colym-
bades*] Hujus loci sic emendandi no-
bis auctor extitit Columella, ubi de
olivis colymbadibus parandis agens,
XII. 47. p. 454. ‘Quidam,’ inquit,
‘unam partem muriæ et duas aceti
miscent, eoque jure olivas pauseas
colymbades faciunt: quibus si per se
quis uti velit, satis jucundas experie-
tur: quamvis et hæ, cum exeunt de
muriæ, condituras qualemcumque re-
cipere possunt.’ Palladius item, lib.
XII. in Novemb. toto tit. 22. quem
consule, et Athenæus I. IV. p. 133.
quem in Notis ante laudavimus. In
libris hactenus editis *puræ*, non *mu-
riæ*, legebatur: et vitiosa præter id
interpunctione locus laborabat; sic
nempe: *nec non aliqua oleo suo sine*

accersita commendatione puræ innatant colymbades.

4. CAP. VI. *Musco præterea rubro infestari*] In Chiffi. cod. *Musco præterea et robo. In aliis, et robore.* Æque inepte; nam verba Catonis hæc sunt, e cap. 6. 'Et ferundo arbor peribit, et muscus ruber molestus erit.' Quin Plinius ipse rursus alibi de morbis oleæ disputans, xvii. 37. 'Nocere tradit Cato,' inquit, 'et muscum rubrum.' Adde et Colum. v. 9. p. 198.

5. Ibid. *Ob id crebrius vasa mutanda, fiscinas spongia tergendas*] Prius *vasa mundanda*, in editis: in plerisque autem manu exaratis, tum nostris, tum quos Pintianus vidit, *mutanda*: quæ vox sincerior visa est, quod Catonem auctorem habet, a quo hæc Plinius excipere se ipse profitetur; nam c. 67. 'Capulator concha oleum quam diligentissime poterit tollat, nec cesset: amurcam caveat ne tollat. Oleum in labrum primum indito: inde in alterum dolium indito: de iis labris fraces amurcamque semper subtrahito.' Et cap. seq. 'Quotidie lacum oleo commutet, donec in dolium pervenerit.'

6. CAP. VII. *Sicut in Italia Iguvini*] Prius *legebatur, sicut in Italia e gummi.* In Mss. *Eguvini*, qui scilicet et Iguvini appellati, ut monuimus iii. 19. Ita porro scripsisse Plinium, uti emendavimus, ipse fidem facit xxiii. 49. ubi hæc eadem enumerans olei genera, 'Selgiticum,' inquit, 'nervis utile esse diximus: sicut herbaceum quoque, quod Iguvini circa Flaminiam viam vendunt.' Ex certo herbarum igitur ac peculiari genere quodam oleum id, non e gummi, exprimitur.

7. CAP. XIV. *A colore syricum*] Non, ut in libris hæctenus editis, *sericum*: neque enim id coloris nomen. Et in vetere Lexico Iatrico, Σίϋρα τὰ σϋρικὰ, legimus.

8. CAP. XVI. *A corio laneo, bruta. Gentilitatis, cucurbitina*] Prius *legebatur, A collo anpullacæ, et Corio-*

lana. Bruta gentilitatis cucurbitina. A collo Coriolana quemadmodum dici possint, aut quæ sit bruta gentilitas, ne Pythia, credo, ipsa dixerit. Tamen in Mss. *et coriolana bruta*: qua lectione potior multo visa est nobis conjectura nostra. Nam et a corio duro ficus appellatas olim Plinius ipse prodit, libri hujus cap. 19. et a laneo quidem pira bruta cognominari non temere suspicamur, translata ab animalibus videlicet ea nomenclatione, quorum lanata quam stultissima, ut dictum est viii. 75.

9. CAP. XVII. *Quippe cum Virgilius insitam . . . cerasis ulmum dicat*] Virgil. Georg. ii. 69. de insitione loquens: 'Inseritur vero ex fœtu nunc arbutus horrida, Et steriles platani malos gessere valentes, Castaneæ fagos, ornusque incannit albo Flore piri, glandemque sues fregere sub ulmis.' Plinius non *glandemque*, sed *cerasumque* potius legisse mihi in iis versibus videtur. Nec glandis porro, nec cerasi Servius meminit. An Maronis carmen vitiatum dicemus? An cespitasse Plinium memoriæ lapsus? At minore profecto sunt in honore glandes, quam cerasa: nec repertam insitionem facile crediderim, ut suis saginandis glandes, quæ sunt ubique obviæ, potius quam ut pascendis hominibus cerasa quærentur, quæ tum erant rariora. Verum cum sues nominat, glandem dixisse potius Maro videri jure possit, quam cerasum, quod ea libentius vescantur sues. Quod tamen 'fregere' dixit idem, utrique lectioni congruit: nam et glandes, et verius cerasorum franguntur ossicula. Itaque quam lectionem potius in Marone agnoscas, arbitrii tui, lector, judiciumque esto.

10. CAP. XVIII. *Coloneis in concluso*] Libri hæctenus editi, *Cotoneis interclusis.* Mss. Reg. Colb. Th. Chiffi. Paris. *inconclusos spiramentum, &c.* Scripsi, *in concluso*, loco nimirum:

uti prius poma vulgaria in loco frigido siccoque contabulari dixit oportere, et septentrioni sereno patere, nunc contra concludi cotonea jubet. Locum conclusum dixit Lucretius iv. 460.

11. Ibid. *In floccis, capsisque*] Dalecampius *fossis* pro *floccis* reponit. Male. Nam ut floccos Plinius, sic tomenta pura ac nitida, quod idem ferme est, Apuleius ad hunc usum requirit, in Geopon. x. 21. pag. 263. et 264. Καὶ εἰς καμπυρία δὲ, inquit, συντίθενται μετὰ γραφάλων καθαρῶν, καὶ φυλάττεται. Quin et in sinuosas carpsas cum floccis, sive tomentis puris, componuntur, et conservantur. Et Varro ipse de Re Rust. i. 59. pag. 71. 'Mala manere putant satis commode, alii substrata palea, vel etiam floccis,' &c.

12. CAP. XXV. *Torrere has in cibis gratius. Moluntur etiam, et præstant jejuniæ fœminarum quandam imaginem panis*] Pro his vocibus, *Moluntur etiam*, in Ms. Reg. 1. legitur *modolatum*. In Regio 2. *modulantum*. In editionibus vetustis, Parm. Venet. Brix. quam Hermolaus accuravit, ceterisque, *modulantum laturas*. Frobenius primum *Molitura etiam* edidit: mox alii, *moluntur etiam*. Pellicerius in Notis Mss. sic augurabatur legi commode posse, *Modo statum ne ciat*: quod sane nobis haud admodum placet. Magis enim istud arriserit, quod ad veteris scripturæ vestigia accedit quam proxime: *Torrere has in cibis gratius modulantum: et præstant, &c.* Ut sit sententia, prodesse sic inprimis ad vocem canoram: quod eo similitudini veri videtur, quod et fabarum naturæ affines castaneæ jure merito existimari possint, quas voci prodesse M. Varro prodidit, Plinio teste xxii. 69. nec pani sicco esse absimiles, quem vocis studiosis utilissimum esse Plinius ipse asseverat, ejusdem libri c. 68. Hanc tamen conjecturam nostram inserere textui religio est,

ante quam eruditus viris probari eam intelligamus.

13. Ibid. *Nam Dios balanum postea imposuere*] Sic Mss. Reg. Colb. Chiffi. Thuan. id quod ante Turnebus in suis vidit, Advers. xxvii. 17. pag. 961. In libris vulgatis inepte ab interpolatoribus insertum Tiberii nomen, et vox ipsa *nomen*, nullo suffragante codice, hoc modo: *Nam Divus Tiberius postea balanum nomen imposuit*. At multis ante Tiberium sæculis castaneam Theophrastus Δὶς βάλανον appellavit: ex quo Hesychius, Δὶς βάλανοι . . . τὰ καστάνια.

14. CAP. XXVIII. *Quod solum pomum simile frutici, terræque gignitur*] Ita reposuimus, tum Mss. codicum, quos proxime laudavimus, tum Parm. ceterarumque vetustiorum admonitu, quas Barbarus neglexit, ut sic reponeret, *simile fructui terræ gignitur*, fructumque terræ fraga interpretaretur.

15. CAP. XXXVII. *Atque ita musto indita*] Prius *mulso* legebatur. Nos *musto* rescripsimus, tum ex fide codicum Reg. 1. 2. Colb. et Tolet. teste Pintiano, tum, quod multo est certius, ex Catone ipso, quem Plinius laudat, cap. 125. pag. 66. 'Vinum murteum,' inquit, 'sic facito: Murtam nigram arefacito in umbra: ubi jam passa erit, servato ad vindemiam: in urnam musti contundito murteæ semodium: id oblitito: ubi desiverit fervere mustum, murtam eximito.' Adde Columellam ea multo uberius explanantem xii. 38.

16. Ibid. *Quin et virgei annuli*] Sic Parmensis editio, ceteræque omnes, et Reg. 2. cod. Paris. aliique: etsi in Reg. 1. legatur, *virgæ jaculi*: quæ scriptura Turnebo scrupulum iniecit, num de hastilibus jaculisque e myrto hic sermo foret: hæretque plurimum in ea conjectura. Verum ea quæ vulgatis libris continetur lectio, non ope tantum Mss. codicum, sed indubitato Plinii alterius Medici,

quem Valerianum vulgo dicunt, testimonio constabitur: is enim, opus suum de Re Medica ex ipsis Plinii nostri verbis concinnans, locum hunc sic expressit, II. 43. 'Myrtea virga, quæ ferro tacta non fuit, in dolore inguini circumligatur.'

17. CAP. XXXIX. *Folio . . . molliore, et candidiore, et majore: semine inter folia rubro*] Prius legebatur: *molliore, et candidiore: majore semine inter folia rubro*. Emendandi auctor Dioscorides fuit, cujus hæc verba IV. 147. Δάφνη Ἀλεξάνδρεια . . . φύλλα ὀξυμυρσίνη ὅμοια ἔχει, μείζονα δὲ, καὶ μαλακώτερα, καὶ λευκώτερα, καρπὸν δὲ ἐν μέσοις ἐρυθρὸν, ἐρεβίνθου τὸ μέγεθος. Et Oribasii quoque interpretis lib. XI. pag. 195. *Daphne, hoc est, laurus Alexandrina, folia rusco similia, sed majora, et molliora, et candidiora habet: fructum in mediis fert rubrum, ciceris magnitudine, &c.*

18. CAP. XL. *Additur literis*] Ita libri omnes, tum editi, tum manu exarati: quorum fide neglecta *lituis* Hermolaus rescripsit. At morem veterum a nobis laudatum, literas laureo ramulo obvolvendi, plane edocent testimonia haud obscura scriptorum utriusque sermonis. Appianus in Mithrid. pag. 223. Καὶ Λούκουλλος περὶ τῶνδε Ῥωμαίους ἐπέστειλε τὰ γράμματα δάφνη περιβαλὼν, ὡς ἔθος ἐστὶν ἐπὶ νίκαις. *Quibus de rebus Lucullus literas Romam misit, lauro involutas, ut mos est in victoriis.* Livius lib. V. pag. 97. 'Literæ a Postumio laureatæ sequuntur: victoriam Populi Romæ esse: Æquorum exercitum deletum.' Ad eum morem alludere Poëtæ: Naso Amor. lib. I. 'Non ego victrices lauro redimire tabellas,' &c. Et Martial. IX. 36. pag. 488. 'Victricem laurum, quam venit ante, vides.' Ammianus quoque lib. XVI. de Juliano Imp. 'Et si, verbi gratia, eo agente tunc in Italia, dux quidam egisset fortiter contra Persas . . . laureatas literas ad Provinciarum

damna mittebat,' &c. Atque idcirco sane laurus a Plinio 'lætitiaë victoriarumque nuntia' appellatur, quod adderet literis, quibus felices de victoria nuntii continerentur.

19. Ibid. *Ut ne propitiandis quidem numinibus accendi ex his altaria aræc debeant*] Gemino lapsum esse errore hoc loco Plinium nonnemo arbitratus est, et sermonis vitio, qui *accendi altaria* dixerit, et *ταυτολογία* pariter reprehendenda, qui *altaria et aras* copularit, cum ejusdem significatus esse vox utraque videatur. Sed falsa utroque eo nomine hæc criminatio est. Nam et Maro ipse sic locutus Æneid. VIII. 285. 'Incensa altaria circum:' et valet hic potissimum Servii animadversio in illud ejusdem vatis Ecl. VIII. 'Corripuit tremulis altaria flammis:' 'Altaria dicuntur et quæ continent, et quæ continentur ab eis: nunc vero ipsa quæ ponuntur.' Ad alterum vero criminationis caput, quod de *ταυτολογία* est, adeo non eo nomine culpandus auctor videtur, ut insignis potius eruditionis specimen eo ipso dederit. Nam ut apposite idem Maronis interpretis in illud Poëtæ Ecl. V. 'En quatuor aras, Ecce duas tibi Daphni, duoque altaria Phæbo:' 'Feci, inquit, aras quatuor: tibi, o Daphni, duas: et duas aras Apollini, quæ sint altaria. Novimus enim aras Diis esse superis et inferis consecratas: altaria vero esse superiorum tantum Deorum, quæ ab altitudine constat esse nominata, quæ nunc dat Apollini quasi Deo. Daphnidi vero aras ponit: nam licet eum dixerit Deum, tamen mortalem fuisse manifestum est.'

20. Ibid. *Quæ postea Augusta matrimonii nomen accepit*] Id Augustæ nomen Livia, seu Juliæ, passim Plinius noster attribuit: nunc etiam a viva usurpatum testatur. Unde Tranquilli locum vitiatum obiter emendamus, in Claudio c. 11. 'Aviæ Liviæ divinos honores . . . matri carpentum,

et cognomen Augustæ ab avia recusatum.' Lege, *ab viva*, ne ab avia, quæ Livia Augusti fuit, recusatum id cognomen putes:—' aut Tranquillum bis hallucinatum confitere: primum quod Augustæ nomen Liviam habuisse negat, dum viveret: nam id nomen ei adhuc viventi nummi antiqui tribuunt, tum Græci, tum Latini: deinde cum a Claudio Imp. datum matri Augustæ nomen comminiscitur: nam illud ANTONIA AVGVSTA Claudii mater natalium jure gesserat: 'Antonia' a M. Antonio patre dicta: 'Augusta' a matre, Augusti sorore. Fœminæ deinceps ceteræ ab Augustis, seu viris seu fœminis, vel a Cæsaribus natæ, siquidem nummi earum honori cuderentur, Augustæ

appellabantur.' *Ed. sec.*—Spectat ad illam inscriptio vetus apud Reinesium, p. 334. I. AV. D. AV. V. TI. IMP. M. 'Julia Augusta, Divi Augusti uxor, Tiberii Imperatoris mater.' Hunc vero ipsum Plinii locum forte rectius ita legas, *quæ postea Augustæ matrimonio nomen accepit.* Ut ut est, sententia est, matrimonii quasi dotem fuisse Augustæ cognomen: quod et Marcelli Empirici locus haud obscure innuit, in quo et matrimonii vocem accipi pro uxore dignum notatu est: 'Augustam,' inquit cap. 13. 'constat hoc usam Messalinam, deinde aliorum Cæsarum matrimonia hoc dentifricio usa sunt.' Uti nempe 'servitia' pro 'servis,' pro 'ministris' 'ministeria' Latini dixerunt.

C. PLINII SECUNDI

NATURALIS HISTORIÆ

LIBER XVI.

Sylvestrium arborum naturæ.

I. POMIFERÆ Arbores, quæque mitioribus succis voluptatem primæ cibis attulerunt, et necessario alimento delicias miscere¹ docuerunt, sive illæ ultro, sive ab homine didicere blandos sapes adoptione² et connubio, idque munus³ etiam feris volucrisque dedimus,² intra prædictas constant. Proximum erat narrare glandiferas quoque, quæ primæ victum mortalium aluerunt, nutrices inopis³ ac feræ sortis, ni præverti cogeret admiratio usu comperta, quænam qualisque esset vita, sine arbore ulla, sine frutice ventium.

(I.) Diximus et in Oriente^c quidem juxta Oceanum com-

//////////

CAP. I. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *immiscere* Gronov. et al. vett.—2 Codd. Dalec. et Chiff. *didicimus*.—3 Ita ex codd. Harduin. et recentt. ita quoque Chiff. *quoque, quæ primo, &c.* Gronov. et al. *quoque, primo victu mortalium aluerunt nutrices inopis* cod. Dalec.

NOTE


^a *Adoptione*] Insitione.
^b *Idque munus*] Ut jucundioribus nempe jam fructibus, mitioribusque, opera nostra, vescantur.

^c *Diximus et in Oriente*] Lib. XIII.

cap. 50. 'At in oriente mirum est, statim a Copto per solitudines nihil gigni, præter spinam, quæ sitiens vocatur, et hanc raram admodum.'

plures ea in necessitate gentes. Sunt vero in Septemtrione visæ nobis Chaucorum,^{4 d} qui majores minoresque appellantur. Vasto ibi meatu,^e bis dierum⁵ noctiumque singularum intervallis, effusus in immensum agitur oceanus, æternam^f operiens rerum naturæ controversiam: ⁶ dubiumque terræ sit, an pars maris. Illic misera gens tumulos^g obtinet altos, aut tribunalia^{7 h} structa manibus ad experimenta altissimi æstus, casis ita⁸ impositis: navigantibus similes, cum integant aquæ circumdata: ⁹ naufragisⁱ vero, cum recesserint: fugientesque cum mari pisces circa tuguria venantur. Non pecudem his habere, non lacte ali, ut finitimis,¹⁰ ne cum feris quidem dimicare contingit,¹¹ omni procul abacto frutice. Ulva et palustri junco funes nectunt ad prætexenda piscibus retia: captumque manibus lutum ventis^k magis quam Sole siccantur.

^a Cum integant aquæ circumjectam planitiem.



—4 Chiffi. et in *S. v. n. Chaucorum*; Gronov. in *S. v. n. Chaucorum*.—5 Cod. Dalec. *meatu perpetuis bis dierum*.—6 ^c *Lego, externam operiens r. n. faciem controversam.* Dalec. Mox, pro, *dubiumque t. sit, an pars maris, quod exhibent cod. Dalec. et Editio princeps, dubiumque t. sit, an parte in maris legitur in edd. Gronov. Elz. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. dubiumque t. sit, an pars maris* in aliis ap. Dalec. *an partus maris* ed. Brotier. lapsu typothetarum.—7 Dalec. *ut tribunalia*.—8 *Vox ita deest in cod. Dalec.*—9 ^c *Vet. circumdantes; lege, circumdata.* Dalec.—10 *Parm. pcedes hos hab. non lacte*

NOTÆ

^d *Chaucorum*] De his dictum est IV. 29.

^e *Vasto ibi meatu*] Cursu, fluctuque late discurrentis aquæ: diei unius noctisque spatio bis ibi maris æstu ex alto sese incitante ad ingentem altitudinem eodemque impetu, quo effusus est, relabente.

^f *Æternam*] Tractum ingentem obtegit oceanus, de quo lis esse æterna possit, terræne an maris pars sit appellanda.

^g *Tumulos*] Terrenæ molis aggeres.

^h *Aut tribunalia*] Tuguriola, et ca-

sas, quæ aggerum parti imponuntur, quo altissimum maris æstum minime pertingere sæpe experti sunt, sive εἰρωνικῶς, sive μεταφορικῶς, quod sint in loco sublimi posita, tribunalia vocat.

ⁱ *Naufragis*] In vado hærentibus.

^k *Lutum ventis*] Bituminosas nigrasque glebas intelligit, cespitesque utiles, quos Belgæ *Turfas* vocant, nostri *des Tourbes*. Hæ, in segmenta quadrata sectæ, sic apte disponuntur, ut vento perflante magis quam Sole siccantur. Harum usus in Belgio et Picardia frequens: nec iis aliter in

tes, terra cibos, et regentia septemtrione viscera sua urunt. Potus non nisi¹² ex imbre servato scrobibus in vestibulo domus. Et hæ gentes,¹³ si vincantur hodie a populo Romano, servire se dicunt! Ita est profecto: multis fortuna parcit in pœnam.^{14 f}

II. Aliud e sylvis miraculum: totam reliquam Germaniam replent,¹ adduntque frigori umbras: altissimæ tamen haud procul supra dictis Chaucis,² circa duos præcipue lacus.³ Littora ipsa obtinent quercus, maxima³ aviditate nascendi: suffossæque fluctibus, aut propulsæ flatibus, vastas complexu radicum insulas secum auferunt: atque ita libratae stantes navigant, ingentium ramorum armamentis,^b sæpe territis classibus nostris, cum velut industria fluctibus agerentur in proras⁴ stantium noctu,^b inopesque remedii illæ, prælium navale adversus arbores inirent.

(II.) In eadem septemtrionali plaga Hercyniæ sylvæ roborum vastitas intacta ævis,⁵ et congenita mundo, prope immortalis sorte miracula excedit. Ut alia omittantur fide caritura, constat attolli collesⁱ occursantium inter se ra-

^b In proras navium, quæ noctu stabant immolæ.



aii, ut finitimos.—11 Harduin. 1. 2 3. et recentt. *contigit*; codd. Regg. Brot. Editio princeps, aliæ vett. et Gronov. *contingit*.—12 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *potus iis non nisi* Gronov. et vulgg.—13 *Et hæ terræ* cod. Dalec.—14 ‘Ms. *pactior in pœna. Lege, pacatior,*’ &c. Dalec.

CAP. II. 1 ‘Ms. *referunt. Lege, replerunt. Chiffi. reperiunt.*’ Dalec.—2 *Chaucis* Gronov.—3 Chiffi. *maxime*.—4 Idem codex, *in prospera.* Margo edd. Dalec. et Gronov. *ut in prospectu stantes*.—5 Vox *avis* non legitur in

NOTÆ

culina usque domestico, quam ligno, aut carbone utuntur. Singularem de his diatribam Lud. Guicciardinus subiunxit Hollandiæ delineationi Geographicae a se institutæ. Scripsere de hoc argumento et alii, quos laudat V. Cl. Du-Cangius in Glossario, verbo ‘Turba.’

^f *Parcit in pœnam*] Mss. *parcior.*

² *Circa duos p. lacus*] Ubi nunc *Delph. et Var. Clus.*

mare, quod appellant *Zuyderzée*, ut diximus IV. 29.

^b *Armamentis*] Ut ingentibus ramis, seu velis navium, et armamentis, classes, quæ his occurrerent, terre-
rentur.

ⁱ *Attolli colles*] Ob radicum molem et occursum, in colles solum intumescere.

dicum repercussu, aut, ubi secuta tellus non sit, arcus^j ad ramos usque, et ipsos inter se rixantes,^k curvari portarum patentium modo, ut turmas equitum transmittant.

(III.) Glandiferi maxime generis omnes,^l quibus honos apud Romanos perpetuus.

III. (IV.) Hinc civicæ coronæ,^a militum^b virtutis insigne clarissimum: jam pridem vero et clementiæ^c imperatorum, postquam, civilium bellorum profano,^{1 d} meritum^e cœpit videri, civem non occidere. Cedunt his murales, vallaesque, et aureæ,^{2 f} quanquam pretio antecedentes.



cod. Dalec. et Vet. ejusdem.—6 Ita codd. Regg. Brot. Editio princeps, aliæ vett. et Gronov. item Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *omnes* deest in ed. Harduin. 1. ‘Hic versus cum sequenti capite continuatur in Chiffli.’ Dalec.

CAP. III. 1 Cod. Dalec. *profanatio*; Vet. Dalec. *profanatione*.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *murales, vallaesque aureæ*, e Gellio v. 6.—3 Parm.

NOTE

^j *Arcus*] Ubi terra fuerit levior, erumpentibusque radicibus cesserit, ibi arrigere sese radices in arcum, seu fornicem, ad ramos usque.

^k *Rixantes*] Collisu veluti dimicantes.

^a *Hinc civicæ coronæ*] Nempe e glandifero genere arborum. Huic coronæ duplex e re nomen inditum: ut a cive servato, et servatore, civica diceretur: a materia, unde plectebatur, quercea, vel querna.

^b *Militum*] Illi uni seposita hæc olim corona fuit, qui e manibus hostium civem Romanum eripuisset. Sic olim Coriolano data, quoniam sic lege cautum erat, inquit Plutarch. in ejus vita, pag. 214. Τοῦτον γὰρ ὁ νόμος τῷ πολίτην ὑπερασπίσαντι (τῆς δρυὸς) στέφανον ἀποδέδωκεν.

^c *Et clementiæ*] Cæsari Dictatori post bella civilia decretam esse coronam civicam, tanquam patriæ servatori, auctor est Appianus, Bell. Civil. lib. II. p. 494. Καὶ στέφανος ἐκ δρυὸς . . . ὡς σωτῆρι τῆς πατρίδος. Ex eo

deinde postes Augustæ domus sempiterna gloria quercu triumpharunt, ut verbis utar Valerii Max. II. 3. Fuit nempe in vestibulo quercea corona.

^d *Profano*] Scelere, et calamitate. Ita Mss. omnes.

^e *Meritum*] Hanc Imperatorum clementiam oblique perstringit, ad id mihi visus alludere, quod Tullius dixit, Philip. II. ‘Quod est aliud, P. C. beneficium latronum, nisi ut commemorare possint, iis se dedisse vitam, quibus non ademerint?’

^f *Et aureæ*] Tergeminum hic coronæ genus intellige: murale, vallare, aureum. Sic in vetustis inscriptionibus apud Gruterum distinguendæ, p. 375. CORONA. MYRALI. VALLARI. AVREA. quod Scaligero latuit, qui Gruterianum Indicem concinnavit: constatque liquido ex altera inscriptione, p. 430. CORONIS. MYRALIBVS. II. VALLARIBVS. II. CLASSICIS II. AVRATIS. II. Aureas a Plinio intelligi arbitror ‘triumphales,’ quas ex auro fieri solitas Gellius testatur,

Cedunt et rostratæ,^s quamvis in duobus maxime ad hoc ævi celebres: M. Varrone^h e piraticis bellis, dante Magno Pompeio: itemque M. Agrippa,ⁱ tribuente Cæsare e Siculis, quæ et ipsa piratica fuerunt. Antea rostra navium tribunali præfixa fori³ decus erant, veluti populo Rom. ipsi corona imposita: postquam vero tribuniciis seditionibus calcari ac pollui cœpere, postquam vires ex publico in privatum agi, singulisque civium quæri, sacrosancta omnia profana facere,⁴ tum a pedibus eorum subiere in capita



foro. Mox, in eadem, ipsa corona imposita.—4 Ita ex codd. Regg. Chiff. Editione principe, et Rezzon. edidit Brotier. *in privatum magis, singulisque civium quæri, et sacrosancta omnia profana fecere* Dalec. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quæ et sacrosancti* Turneb. sub. 'Tribuni;' et sic cod. Dalec. *facere* etiam cod. Dalec. sub. 'cæperunt.' '*Postquam vires ex publico in privatum agi, singulisque quæri, et sacrosancti omnia profana facere, tum a pedibus eorum, &c.*] Ita locus ille in optimis membranis legitur: ubi vires agi

NOTE

v. 6. quanquam et murales idem, castrensesque seu vallares, et classicas ex auro perinde esse factitatas ait: quod et Plinius ipse videtur innuere, c. 5. Neque tamen semper fuisse: ut ex Tranquillo liquet, in Augusto c. 25. 'Dona militaria aliquanto facilius, phaleras, et torques, quicquid auro argentoque constaret, quam vallares ac murales coronas, quæ honore præcellerent, dabat: has, quam parcissime, et sine ambitione, ac sæpe etiam caligatis tribuit.' Prælatam autem auro civicam præterea declarat hic Augusti jocus apud Fabium vi. 3. 'Cum ei Galli torque aureum centum pondo dedissent, et Dolabella per jocum, tentans tamen joci sui eventum, dixisset: Imperator, torque me dona: Malo te, inquit, civica donare.' Muralis porro corona est, inquit Gellius v. 6. p. 327. qua donatur ab Imperatore, qui primus murum subiit, inque oppidum hostium per vim ascendit: ideirco quasi muri pinnis decorata

est. Castrensis (eademque vallaris) est corona, qua donat eum Imperator, qui primus hostium castra pugnans introivit. Ea corona insigne valli habet.

^s *Et rostratæ*] Sive navales, eademque classicæ: quibus donatur is, qui primus in hostium navem armatus vi transiliret: ea quasi navium rostris insignita est. Ita Gellius loc. cit.

^h *M. Varrone*] De eo diximus vii. 31.

ⁱ *M. Agrippa*] Epitome Livii lib. cxxix. 'M. Agrippa navali corona a Cæsare (Augusto) donatus est: qui honos nemini ante eum habitus est,' nempe a Cæsare. Virgilius *Æneid.* viii. 682. 'Parte alia ventis et Dis Agrippa secundis Arduus agmen agens: cui, belli insigne superbum, Tempora navali fulgent rostrata corona.' Sicula bella sunt, quæ adversus Lepidum et Sextum Pompeium gessit Augustus.

civium rostra. Dedit hanc Augustus coronam Agrippæ: sed civicam^j a genere humano accepit ipse.

IV. Antiquitas quidem nulla, nisi Deo, dabatur: ob id Homerus^k cælo tantum eas, et prælio universo tribuit: viritim vero ne in certamine quidem ulli. Feruntque primum omnium Liberum patrem^l imposuisse capiti suo ex hedera. Postea Deorum honori sacrificantes^m sumserunt, victimisⁿ simul coronatis. Novissime et in sacris certaminibus usurpatæ: in quibus hodieque non victori datur,^o sed patriam^o ab eo coronari pronuntiatur. Inde natum, ut et triumphaturis² conferrentur in templis dicandæ: mox ut et ludis darentur. Longum est, nec instituti operis,³ disserere quisnam Romanorum primus acceperit: neque enim alias noverant, quam bellicas. Quod certum est, uni gentium huic plura sunt genera, quam cunctis.



notandum, tanquam privati cujusque prædam. Fors etiam scribendum, a *pedibus Deorum*. Capitolio enim subjectum forum, et in eo rostra. De 'agere' et 'ferre' vide Gronov. Obs. III. 22.' Nic. Heinsius. Vid. Adv. I. 12. p. 123. 124.

CAP. IV. 1 Cod. Dalec. *non victori dant.*—2 'Ita bene codd. Regg.' Brodier. *ut etiam triumphaturis* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. al. et recentt.—3 Chiff. *nec instituti oneris*; Vet. Dalec. *nec ex institutione*, &c.

NOTÆ

^j *Sed civicam*] Et quidem aspicientibus Augusti domum hæc corona primum sese offerebat, ut quæ esset in ejus fastigio collocata. Vide Suetonium in Augusto, Valer. Max. II. 3. aliosque. Verum non civica modo, sed et obsidionali donavit Augustum Senatus, ut dicitur XXII. 6.

^k 'Ob id Homerus] Quo loco Homerus cælo coronam dederit, nunc quidem non occurrit. 'Prælio universo' tribuit Iliad. N. 736. Πάντη γάρ σε περί στέφανος πολέμοιο δέδωκε. Undique enim te circum corona prælii flagrat.' Ed. sec.

^l *Liberum patrem*] Quem idcirco Æcharnenses Κισσόν, poëta vetus Κισσοστέφανον, Homerus Κισσοκόμην ag-

nominavit.

^m *Sacrificantes*] Lauro, olea, auro. Vide Paschal. IV. 13. p. 244.

ⁿ *Victimis*] Cupressu, pinn, floribus, denique fronde illius numinis propria, cui immolarentur. Paschal. IV. 17. p. 256.

^o *Sed patriam*] Non soli victori, sed ejusdem patriæ decus id parari dicebatur. Quod de Pompeio ante dixit, VII. 27. 'Hos retulit patriæ titulos, more sacris certaminibus vincitum.' Præconium, quo Nero renuntiatus est victor, fuit ejusemodi: *Nero Cæsar certamen vincit, et populum Romanum coronat, et proprium imperium.* Τὸ δὲ κήρυγμα ἦν· Νέρων Καῖσαρ νικᾷ τόνδε τὸν ἀγῶνα, καὶ στεφανοῖ τόν τε τὸν

v. Romulus frondea coronavit Hostum Hostilium,^a quod Fidenam primus irrupisset. Avus hic Tulli Hostilii regis¹ fuit. P. Decium^b patrem, tribunum militum, frondea donavit exercitus ab eo servatus, imperatore Cornelio Cosso^c consule, Samnitium bello. Civica iligna^d primo fuit, postea magis placuit ex æsculo Jovi sacra.^e Variatumque et cum quercu est, ac data ubique,^f quæ fuerat, custodito tantum honore glandis. Additæ leges arctæ,^g et ideo superbæ, quasque conferre libeat cum illa Græcorum summa,^h quæ sub ipso Joveⁱ datur, cuique muros^j patria



CAP. V. 1 'Ita eodd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. Ita Gronov. al. vett. et Franz. *Tulli Hostilii*, omisso τῶν regis, Harduin. 1. 2. 3. Miller. et

NOTÆ

Ῥωμαίων δῆμον, καὶ τὴν ἰδίαν οἰκουμένην. Xiphilin. in Nerone, p. 721. Vide quæ diximus VII. 27.

^a *Hostum Hostilium*] Meminit huius Hostilii Plutarchus in Romulo, p. 29. eumque Hostilii, qui post Numam regnavit, pariter avum facit. Hunc eodem, quo nepotem, nomine, Tullum Hostilium appellat Dionys. Halic. Antiq. I. III. statim initio, p. 136. Hostium Hostilium Livius I. I. p. 6. Ex lapide Capitolino *Hostum* legi debere Sigonius in notis ad Livium asseverat.

^b *P. Decium*] Hæc Livius lib. VII. pag. 133.

^c *Cornelio Cosso*] Anno Urbis ccccxi. M. Valerio Corvino tertium, collega. Cornelio decretum bellum Samniticum est. Livius lib. VII. p. 130. et 131.

^d *Civica iligna*] De ilice hæc Gellius V. 6. p. 326. 'Quod genus superiori, nempe quercui, 'proximum est, sicuti scriptum est in quadam comædia Cæcili: 'Advehuntur, inquit, cum iliginea corona, et chlamyde.'

^e *Jovi sacra*] Urbium præsidi, ac civium: maxime vero rei Romanæ,

et Capitolii: unde ipse Capitolinus dictus est: quamobrem ex arbore ei sacra dari coronam cive servato justum esse veteres fortassis censuerunt, inquit Plutarch. in Coriolano, p. 214. Διὸς Πολιέως ἱερὸν ὄντα τὸν τῆς δρυὸς στέφανον οἰόμενοι ἐπὶ σωτηρίᾳ πολίτου δίδοσθαι πρεπόντως. Hæc 'Sacra Jovi quercus, de semine Dodonæo,' ut canit Ovid. Met. VII.

^f *Ac data ubique*] Mos, inquit, demum invaluit, dandi civicam e qualibet quercu: hoc tantum e prisca institutione religiose servato, ut glans in ea eligeretur optima, et grandissima.


^g *Leges arctæ*] Arduæ ac difficiles.

^h *Græcorum summa*] Præcipua, atque adeo unica lege.

ⁱ *Sub ipso Jove*] Jove ipso Olympico teste advocato, cujus ante statuam a Phidia elaboratam ea lex recitabatur. Nugantur, qui *sub Jove*, hoc loco, sub dio, vel in arena media, interpretantur.

^j *Cuique muros*] Disjicere mœnia certo quodam loco veteres solebant, qua transvectio Olympionicæ, et tri-

gaudens rumpit: 'Civem servare, hostem occidere: utque eum locum,^k in quo sit actum, hostis obtineat eo die, ut servatus² fateatur: alias testes nil prosunt. Ut civis fuerit:¹ auxilia,^{3m} quamvis rege servato, decus id non dant. Nec crescit honos idem imperatore conservato: quoniam conditoresⁿ in quocumque cive summum⁴ esse voluere. Accepta licet uti perpetuo. Ludos⁵ ineunti semper assurgi, etiam ab senatu, in more est. Sedendi jus in proximo senatui. Vacatio munerum omnium ipsi, patrique, et avo paterno.' Quatuordecim eas accepit Siccus



Bipont.—2 Harduinus et recentt. ex codd. *obtineret hostis eo die. Ut servatus*; Gronov. et vulgg. *hostis obtineat eo die: Utque servatus*. Vet. Dalec. habet etiam *obtineret*; Chiffli. *ut servatus*.—3 Parm. *auxiliis*.—4 Codd. Dalec. et Chiffli. *civem summum*.—5 *Ludis* Vet. Dalec.—6 *Sicinius Dentatus*

NOTÆ

umphalis in urbem curru super mœnia disjecta ingressus foret: quod Plutarchus aperte docet Sympos. II. 5. p. 639. causamque subdit eam fuisse, quod significare eo ritu voluerint, non magnam in ea civitate utilitatem murorum esse, in qua viri essent, qui pugnare possent, et vincere Xiphilinus de Reditu Neronis in Urbem: 'Quiddam,' inquit, 'murorum disjectum est, ac portarum: quibusdam asseverantibus ita sancitum esse, ut ita fieret iis qui e certaminibus coronati revertuntur.' *Νενομίσθαι τινῶν λεγόντων ἑκάτερον τοῖς ἐκ τῶν ἀγώνων στεφανηφόροις γίνεσθαι*. In Nerone, p. 723. In patriam suam quadrigis sic invehī solenni pompa, Græci *εἰσελαύνειν* dicebant. Hinc in nummis antiquis, CERT. ISEL. hoc est, 'Certamina Iselastica.' Et Plinius alter ad Trajanum, *εἰσελαστικόν, Iselasticum*.

^k *Utque eum locum*] Has leges luculenter Gellius his verbis exponit, v. 6. p. 326. 'Masurius Sabinus,' inquit, 'civicam coronam tum dari solitam dicit, cum is, qui civem serva-

verat, eodem tempore etiam hostem occiderat, neque locum in ea pugna reliquerat: aliter jus civicæ coronæ negat concessum. Tiberium tamen Cæsarem consultum, an civicam coronam capere posset, qui civem in prælio servasset, et hostes ibidem duos interfecisset, sed locum, in quo pugnavat, non retinisset, eoque loco hostes potiti essent, rescripsisse dicit, eum quoque civica dignum videri: quod appareret tam iniquo loco civem ab eo servatum, ut etiam a fortiter pugnantibus retineri non quiverit.'


¹ *Ut civis fuerit*] Qui servatus fuerit, qui coronam dederit. Gellius loc. cit. 'Civica corona appellatur, quam civis civi, a quo servatus est, in prælio testem vitæ salutisque perceptæ dat.'

^m *Auxilia*] Prærogativa hæc est civitatis Romanæ. Miles auxiliaris, aut mercenarius, nullam partem habet hujusce laudis et gloriæ.

ⁿ *Conditores*] Legis auctores, de corona civica danda.

Dentatus,⁶ ut retulimus^o suo loco: sex Capitolinus.^p Is quidem et de duce Servilio. Africanus^q de patre accipere noluit apud Trebiam.^r O mores æternos, qui tanta opera honore solo donaverint:⁷ et cum reliquas coronas auro commendarent, salutem civis in pretio^s esse noluerint: clare professi, ne servari quidem hominem fas esse lucri causa!⁹

VI. (V.) Glandes opes esse nunc quoque¹ multarum gentium, etiam pace gaudentium, constat. Necnon et inopia frugum arefactis molitur farina,² spissaturque in panis usum. Quin et hodieque³ per Hispanias^s secundis mensis glans inseritur. Dulcior eadem in cinere tosta. Cautum est præterea lege XII. tabularum, 'ut glandem in alienum fundum procidentem liceret colligere.' Genera earum multa. Distant fructu,^t situ, sexu, sapore. Namque alia fageæ glandi figura, alia quernæ, et alia ilignæ: atque inter se quoque generum singulorum differentiæ. Præterea sunt aliquæ sylvestres, aliæ placidiores, quæ culta obtinent.



cod. Dalec.—7 Cod. Dalec. et Parm. *donaverunt*.—8 Cod. Dalec. *civis iis in pretio*.—9 Ita codd. Harduini, Turneb. et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *clara professione, servari quidem hominem nefas esse, &c.* Gronov. et vulgg.

CAP. VI. 1 Hæc verba, *nunc quoque*, desunt in cod. Dalec.—2 Dalec. *Glans et nunc in inopia frugum arefacta molitur in farinam*.—3 Quin et hodie Da-

NOTÆ

^o *Ut retulimus*] Lib. VII. c. 29.

^p *Capitolinus*] M. Manlius, servati Capitolii decore inclutus, et ob id Capitolini cognomen sortitus: ex illo ipso, quod tutatus erat, Tarpeio saxo dejectus, anno U. C. CCCLXX. Livius I. VI. p. 112. civicas octo hunc retulisse ait, servatos ex hostibus cives produxisse, inter quos Servilium Magistrum Equitum absentem nominatum. Vide quæ diximus VII. 29.

^q *Africanus*] Scipio Africanus minor, qui Carthaginem postea Numantiamque delevit. Vide Florum II. 6. p. 60.

^r *Apud Trebiam*] Id facinus ad Trebiam quoque Polybius contigisse refert, l. xv. Florus, 'inter Padum et Ticinum.' Item Valerius Max. v. 4. p. 267. et Seneca de Benef. III. 33. p. 49.

^s *Per Hispanias*] Hodieque venales Salmantica, alibi que, Octobri mense proponuntur, teste Car. Clusio.

^t *Distant fructu*] Fructu: sylvestres enim aliæ sunt, aliæ placidæ, et mitiores: et omnium inter se figura dispar. Situ: nam aliæ montuosis locis, aliæ planis gaudent. Sexu: mares et feminae.

Jam etiam in montuosis,⁴ planisque distant : sicut et sexu mares ac fœminæ : item sapore. Dulcissima omnium fagi, ut qua obsessos etiam homines durasse in oppido Chio tradat Cornelius Alexander. Genera distinguere^u non datur nominibus, quæ sunt alia alibi. Quippe cum robur quercumque vulgo nasci videamus, æsculum non ubique. Quartam vero generis ejusdem, quæ cerrus vocatur, ne Italiæ quidem majore ex parte notam esse. Distinguemus ergo proprietate, naturaque : et, ubi res coget, etiam Græcis nominibus.⁵

VII. (VI.) Fagi glans,^a nucleis similis, triangula cute includitur. Folium tenue, atque e levissimis,¹ populo simile, celerrime flavescens :^b et media parte plerumque gignens superne parvulam baccam^c viridem, cacumine aculeatam. Fagi glans muribus gratissima est, et ideo animalis ejus una proventus : glires quoque^d saginat : expeditur² et turdis. Arborum fertilitas omnium fere alternat,^c sed maxime fagi.



lec.—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. recentt. *montosis* Gronov. et vulgg.—5¹ Ms. *nominibus utendum* : lege, *utendo*.² Dalec.

CAP. VII. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *tenue ac levissimum* Gronov. et edd. vett.—2 Cod. Dalec. *expedit*.

NOTE

^u *Genera distinguere*] Hodieque disceptant inter se eruditi de variis quercuum generibus nominibusque. Nos, quid sentiamus, breviter interim aperimus. Robur Theophrasto δρῦς ἀγρία est, nec habet in Gallica lingua nomen : nec receptum usu est, quod quidam inculcant, *le Roure*. Quercus, ἡ φηγὸς Theophrasto, *le grand chêne*, Fagus Latinorum, Theophrasto ἀγρίλωψ, *le Hêtre*, ou *le Fouteau*. Æsculus, Theophrasto ἡμερὶς, *le petit Chêne*, ut dicemus c. 8. Cerrus, ὄξυνη : nec ortum in Gallia, nec nomen habet. Ilex, Theophrasto πῖνος, *l'Yeuse*, ou *chêne verd*. Hæc iis nomina idoneis argumentis suo quæque loco vindicabimus.

^a *Fagi glans*] Galli has nuces faginas *Faines* vocant. Arboris et glandis iconem accuratam exhibet Dodonæus Pemptad. iv. 6. 11. p. 820.

^b *Flavescens*] De hac voce diximus superiore libro c. 36.

^c *Baccam*] Tuberculum duriusculum baccæ simile, quod in medio fere folio superne enascitur.

^d *Glires quoque*] Refert Matthiolum in Diosc. lib. i. p. 206. cum fagi maturitas appetit, innumeros capi glires in Carniola, Carinthia, Stiriaque : mures ea esca illectos e longinquo sylvas petere gregatim : sciuris, turdis, merulis, esse pariter in cibatu gratam.

VIII. Glandem, quæ proprie intelligitur, ferunt robur, quercus, æsculus, cerrus, ilex, suber.^f Continetur ⁱ hispido calyce, per genera ^g plus minus cutem complectente. Folia, præter ilicem, gravia,² carnosâ, procera, sinuosa lateribus, nec, cum cadunt,³ flavescentia, ut fagi: pro differentia generum breviora, vel longiora. Ilicis duo genera. Ex iis in Italia folio non multum ^h ab oleis distant, smilaces a quibusdam ⁱ Græcis dictæ. In provinciis sunt aquifoliæ.^j Ilicis glans ^k utriusque brevior et gracilior, quam Homerus acylon^l appellat, eoque nomine a glande ^m distinguit. Masculas ilices negant ferre.

Glans optima in quercu, atque grandissima: mox æscu-



CAP. VIII. 1 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *Continetur* edd. vett. et Gronov.—2 Dalec. *grandia*.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *dum cadunt* Gronov. et vulgg.—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *dictæ, in provinciis aquifoliæ. Ilicis glans, &c.* Gronov. et vulgg. *dictæ in provinciis aquifoliæ sunt ilices. Glans, &c.* Chiff. Mox, quidam ap-

NOTÆ

^e *Alternat*] Alternis tantum annis maximo ferunt proventu glandem.

^f *Suber*] Φελλός, du Liege. Recte delineatur a Dodonæo Pemptad. iv. 6. 6. p. 818.

^g *Per genera*] Pro differentia generum: qua loquendi forma mox ipse abutitur. Itaque, pro arborum diversitate, major minorve calycis amplitudo est, majorem calyx vel minorem cutis glandisve partem amplectitur.

^h *Folio non multum*] Non igitur aculeato: et hoc primum ilicis genus est, quod in Italia provenit. Alterius generis in provinciis reperiuntur, quæ proprie ilices, *πρίνοι*, eademque aquifoliæ, aculeatis nimirum foliis, appellantur. In Provincia frequentes: *Yeuses*, ut diximus, et *Eouses*.

ⁱ *Smilaces a quibusdam*] Nempe ab Arcadibus, auctore Theophr. Hist. III. 16. Οἱ δὲ περὶ Ἀρκαδίαν δένδρον τι σμίλακα καλοῦσιν, ὃ ἐστὶν ὕμιον τῷ πρίνω.

Smilacem Arcades vocant arborem ilici similem, folio tamen non aculeato, τὰ δὲ φύλλα οὐκ ἀκανθώδη ἔχει. Vox est σμίλαξ πολύσημος, multa significans. Hesychius: Σμίλος, δένδρον, οἱ δὲ πρίνον ἄλλοι σμίλακα, ἢ στεφανοῦνται.

^j *Sunt aquifoliæ*] Alterum scilicet ilicis genus. Vide Notas et Emend. num. 1.

^k *Ilicis glans utriusque*] Tam smilacis, quam aquifoliæ. Theophr. loc. cit.

^l *Homerus acylon*] Odyss. K. 242. Theocritus quoque Idyll. E. Et Galenus tom. vi. de Alim. Boni et Mali Succi, pag. 427. Τὰς δὲ τῶν πρίνων βάλανους, ἃς ἀκύλους ὀνομάζουσιν Ἑλληνες.

^m *A glande*] Quæ proprie *glans* appellatur, βάλανος. Homericum verbum Plinius recte sic distinguit: Πάρδ' ἀκυλον, βάλανόν τ' ἔβαλε. Etsi in editis aliter.

lo: nam roboris parva: cerro tristis,¹ horrida, echinato calyce, ceu castaneæ. Sed et in querna, alia dulcior, molliorque foeminæ: mari⁵ spissior. Maxime autem probantur latifoliæ^o ex argumento dictæ. Distant inter se^{6p} magnitudine, et cutis tenuitate. Item quod aliis subest tunica rubigine scabra, aliis protinus candidum corpus. Probatur et ea, cujus in balano, utrimque ex longitudine^q extrema⁷ lapidescit duritia: melior, cui in cortice, quam cui in corpore: utrumque non nisi mari. Præterea aliis ovata, aliis rotunda,^r aliis acutior figura. Sicut et colos nigrrior, candidiorve, qui præfertur. Amaritudo in extremitatibus, mediæ dulces. Quin et pediculi^s brevitats proceritasque differentiam habet.

In ipsis vero arboribus, quæ maximam fert, hemeris vocatur,^t brevior, et in orbem comosa, alasque^u ramorum crebro⁸ cavata. Fortius lignum quercus habet^v et incorruptius: ramosa et ipsa: procerior tamen,^w et crassior

//////////

Dalec. *utique brevior*.—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. recentt. *maris* Gronov. et al. ante Harduinum.—6 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Distant autem inter se* Gronov. et edd. vett.—7 Margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr. *longitudinis extremo*.—8 Vet. Dalec. *alisque ramorum crebris*.—9 Ita codd. Harduini et

NOTÆ

¹ *Cerro tristis*] Quercus est procerior, glande majore, calyce echinato. A Dodonæo recte depingitur, pag. 819. qualem in Horto Regio vidimus: sed is ægilopem perperam vocat.

^o *Latifoliæ*] Πλατυφύλλον Theophrasto appellatæ, Hist. III. 9. e quercuum genere. In Andegavorum agro perpetuo viret.

^p *Distant inter se*] Nempe glandes generatim, et universe.

^q *Ex longitudine*] Ima summaque parte glans durescit in lapidem: Παραλιθάξουσιν ἐν τοῖς ἄρβρεσιν καλουμένοις ἐξ ἄκρων τῶν βαλάνων ἐκατέρωθεν αἱ μὲν πρὸς τῷ κελύφει, αἱ δὲ πρὸς αὐτῇ τῇ σαρκί. Theophr. loc. cit.

^r *Aliis rotunda*] Ut quercui: φηγὸς τὰς στρογγύλας. Theophr. Hist. III.

10.

^s *Quin et pediculi*] Quo glans arbori adhærescit.

^t *Hemeris vocatur*] Ἡμερίς, Latinis *æsculus* appellata, a suavitate glandis, ut diximus cap. 6. quam breviorẽ quercu cum Plinius asseverat, omnino docet hemerim eam esse quam nos dicimus *Petit chêne*. Iconem vide apud Dodon. p. 811.

^u *Alasque*] Alis ramorum cavatis, κοίλομάσχαλον. De his dicemus xxv. 18.

^v *Fortius . . . quercus habet*] Et Theophr. de sua φηγῷ, Hist. III. 9. Τοῦτο γὰρ ἰσχυρότατον, καὶ ἀσαπέστατον. Nec Glossis credo, quæ *æsculum* φηγὸν vocant.

^w *Procerior tamen*] Quam hemeris:

caudice. *Excelsissima*^x autem *ægilops*, incultis amica. Ab hac^y proxima latifoliæ proceritas, sed minus utilis ædificiis, atque carboni: ^z dolata vitiis obnoxia est: ⁹ quamobrem solida utuntur: carbo in ærariorum tantum officinis compendio: quoniam desinente flatu protinus emoriens sæpius recoquitur: cetero ¹⁰ plurimis scintillis. Idem ¹¹ e novellis^a melior. *Acervi confertis*¹² taleis^c recentibus luto caminantur: ^b accensaque strue contis pungitur *durescens calyx*,^d atque ita sudorem emittit.

Pessima et carboni et materiæ^a *haliphlœos*¹³ dicta, cui crassissimus cortex atque caudex, et plerumque cavus¹⁴

^a Tum ad faciendum carbonem parum apta, tum ad materiam ædificiorum.



Dalec. cum edd. recentt. atque carbone dolata, vitiis obnoxia est Gronov. et vulg. Mox, Chiffli. Gronov. et al. ante Harduin. carboni arariorum; Vet. Dalec. carbonis ævariis.—10 Cod. Dalec. ceterum.—11 Item Gronov. et al. ante Harduin.—12 Cod. Dalec. consertis.—13 Gronov. haliphleos.—14 Cod.

NOTÆ

sed *ægilope minor*, inquit Theophr. *Le grand chêne*.

^x *Excelsissima*] Theophr. loc. cit. 'Ἡ δὲ αἰγίλωψ ὀρθοφνέστατον, καὶ ὑψηλότατον . . . φύεται δὲ ἐν τοῖς ἐργασίμοις σπανίως. Est autem *ægilops*, ut diximus cap. 6. *Latinorum fagus*. Eadem ramosa, ut Plinius notat: unde Maro cecinit, 'patulæ sub tegmine fagi.'

^y Ab hac] Theophr. loc. cit.

^z Atque carboni] Ad carbonem faciendum. Vide Notas et Emend. num. 2.

^a *Idem e novellis*] Nempe carbo. Ita Mss. Reg. &c. non *item*. Theophrast. Hist. v. 10. Χείρους δὲ καὶ οἱ τῶν πρεσβυτέρων τῶν νέων, καὶ μάλιστα οἱ τῶν γερανδρῶν, κ. τ. λ. 'Vetustioris arboris, et potissimum annosæ, deterior est, quam novellæ, carbo: summa enim siccitate constat, ideoque, cum ardet, dissilit,' &c.

^b *Acervi . . . luto caminantur*] In ca-

mini formam oblinuntur. 'Cædunt componuntque, inquit Theophr. loc. cit. 'ad carbonem conficiendum taleas recentes et rectas: has autem quam densissimè componi ad concremationem oportet. Cum vero fornacem luto oblinierint, accendunt, et contis pungunt a latere.' Τέμνουσι δὲ καὶ ἐκκητοῦσιν εἰς τὰς ἀνθρακίας τὰ εὐθέα, καὶ τὰ νέα, δεῖ γὰρ ὡς πυκνότατα θεῖναι πρὸς τὴν κατάπρηξιν. ὅταν δὲ περιαλείψωσι τὴν κάμινον, ἐξάπτουσι, παρακεντοῦντες ὀβελλίσκοις.

^c *Taleis*] Frustis ligni ex utraque parte præcisit.

^d *Durescens calyx*] Lutosa crusta, quæ carbonis struem integit.

^e *Haliphlœos*] 'Ἀλ(φ)λοῖος Theophr. Hist. iii. 9. hoc est, crassicortex: ἡ γὰρ ἄλ(φ)λοῖος παχὺ μὲν ἔχει τὸ στέλεχος, χαθνον δὲ καὶ κοῖλον, κ. τ. λ. Gallic incognita, nec in ullius Latini nominis possessionem venit.

fungosusque. Nec alia putrescit ex hoc genere, etiam cum vivit. Quin et fulmine^f sæpissime¹⁵ icitur, quamvis altitudine non excellat: ideo ligno ejus nec ad sacrificia uti fas habetur. Eidem raro^{16g} glans, et, cum tulit, amara, quam præter sues^h nullum attingat animal: ac ne hæ¹⁷ quidem, si aliud pabulum habeant. Hoc quoqueⁱ inter reliqua neglectæ religionis est, quod emortuo¹⁸ carbone sacrificatur.

Glans fagea suem hilarem facit, carnem coquibilem,¹⁹ ac levem et utilem stomacho: iligna, suem angustam,^j nitidam, strigosam, ponderosam: querna, diffusam:^k gravissima et ipsa glandium, atque dulcissima.^{20l} Proximam huic cerream tradit Nigidius, nec ex alia solidiorem^m carnem,²¹ sed duram. Iligna tentari sues, nisi paulatim detur. Hanc novissimam cadere. Fungosam carnem fieri æsculo,ⁿ robore, subere.

IX. Quæ glandem^o ferunt, omnes et gallam, alternisque

//////////

Dalec. canus.—15 Vox sæpissime deest in cod. Dalec.—16 Codd. Dalec. et Chiff. rare.—17 Gronov. ac ne ea.—18 Vet. Dalec. cum emortuo.—19 Cod. Dalec. carnem coctibilem.—20 Ita ex codd. Harduinus et recentt. et ipsarum glandium quæ est dulcissima Dalec. nempe 'fagi Græcorum.' Gronov. et vulgg. diffusam et gravissimam, et ipsa glandium æque dulcissima.—21 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. sordidiorem carnem edd. vett. et Gronov.

NOTE

^f *Quin et fulmine*] Theophr. loc. cit. qui Æoles negat eam ob causam ad sacrificia lignum id adhibere.

^g *Eidem raro*] Mss. omnes, rare.

^h *Præter sues*] Hoc pariter Theophrastus Hist. III. 10. de ea arbore narrat, quam ἄσπριον Macedones vocant.

ⁱ *Hoc quoque*] Hanc etiam ob causam, inquit, præter ceteras causas, in religionibus non adhibetur, quod facile carbo emoriatur, dum res sacra peragitur.

^j *Suem angustam*] Macilentam: et, ut subditur, strigosam. Laudat tamen 'aprum iligna glande nutritum' Horat. II. Sat. 4. 40.

^k *Querna, diffusam*] Pinguem, ac

probe saginatam.

^l *Atque dulcissima*] Querna, inquit, glandium dulcissima est: quod de sua φηγάφ tradit Theophrastus Hist. III. 9. γλυκύτατα δὲ τὰ τῆς φηγοῦ.

^m *Solidiorem*] Ita Mss. Reg. Colb. Th. Chiff. &c. non, ut in editis hactenus libris legitur, sordidiorem.

ⁿ *Esculo*] Glande esculea, &c.

^o *Quæ glandem*] Sic Theophr. loc. cit. Κηκίδας δὲ πάντα φέρει τὰ γένη. Verum ex eo numero eximenda ilex, quippe quæ nec glandem proprie appellatam, sed ἄκυλον, quam recte Homerus, ut dictum est sup. cap. a glande distinxit, nec proinde gallam ferat. Hic Plinium immerito coarguunt Pintianus, et Sepulveda Epist.

annis glandem. Sed gallam^p hemeris optimam, et coriis perficiendis aptissimam. Similem huic latifolia, sed læviorem,^q multoque minus probatam. Fert et nigram. Duo enim genera sunt. Hæc tinguendis^r utilior.

(VII.) Nascitur autem^s galla Sole^t de Geminis^t exeunte, erumpens noctu semper universa. Crescit^u uno die candidior.^z Et si æstu^v excepta est,^z arescit protinus, neque ad justum incrementum pervenit: hoc est, ut nucleum^w fabæ magnitudine habeat. Nigra diutius viret: crescitque, ut interdum mali compleat magnitudinem. Optima Commagena, deterrima ex robore. Signum ejus,^x quod cavernæ translucent.

X. Robur,^{1a} præter fructum, plurima et alia gignit. Namque fert et gallæ utrumque genus,^b et quædam veluti mora,^c ni distarent arida duritie: plerumque tauri^d caput^z



CAP. IX. 1 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Bipont. *Nascitur autem sole* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—2 ‘*Alii, candida.* Theophr. *candida præternigram.*’ Dalec.—3 *Alii ap. Dalec. recepta est.*

CAP. X. 1 *Quercus* Dalec.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *duritie, pe-*

NOTÆ

III. 45. ad Pintian. pag. 180. Galla, noix de galle.

^p *Sed gallam*] Hæc pariter ex Theophr. loc. cit.

^q *Sed læviorem*] Theophr. πλὴν λειοτέρα.

^r *Hæc tinguendis [tingendis]* Mss. *tinguendis*, nempe lanis, vel coriis. Theophr. φέρεi δὲ καὶ τὴν ἐτέραν τὴν μέλαιναν, ἢ τὰ ἔρια βάπτουσιν.

^s *Nascitur autem*] Hæc totidem fere verbis Theophrast. Hist. III. 6.

^t *Sole de Geminis*] Theophr. Circa desinentem Junium, περὶ Σκιρροφοριῶνα λήγοντα.

^u *Crescit*] Quæ candida est, crescit die uno.

^v *Et si æstu*] Theophr. loc. cit.

^w *Ut nucleum*] Nuclei voce abutitur, ut gallam significet: quod iterum facit XXIY. 5.

^x *Signum ejus*] Deterrima, inquit, ex eo se signo prodit, quod sit multis foraminibus pervia, τετραπημένη, inquit Diosc. I. 146.

^a *Robur*] Theophr. Hist. III. 8. Πλεῖστα δὲ πάντων ἡ δρυὸς φέρεi παρὰ τὸν καρπὸν, κ. τ. λ. Et Græcorum δρῶν Maro quoque robur interpretatur, cum, ad hunc Homeri versum alludens, Οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς ἐστὶ παλαιφάτου, οὐδ’ ἀπὸ πέτρης, ita in Æneide cecinit: ‘Gensque virum truncis et duro robore nata.’

^b *Utrumque genus*] Album ac nigrum. Theophr. loc. cit.

^c *Veluti mora*] Quiddam quod speciem mori refert, συκαμινῶδες ἄλλο: sed durum illud oppido, fractuque difficile.

^d *Plerumque tauri*] ‘Ad hæc aliud quoque gignit, quod, cum plane cre-



imitantia, quibus fructus inest nucleis olivæ similis. Nascuntur^e in eo et pilulæ, nucibus non absimiles, intus habentes floccos³ molles, lucernarum^f luminibus aptos. Nam et sine oleo^{4g} flagrant, sicuti galla nigra. Fert et aliam inutilem pilulam cum capillo, verno tamen tempore melligeni⁵ succi.^h Gignunt et alæ ramorum ejus pilulas, corpore,ⁱ non pediculo, adhærentes: candicantes umbilicis: cetera nigra varietate dispersa. Media^j cocci colorem habent. Apertis^k amara inanitas est. Aliquando et pumices^l gignit: necnon et e foliis^{6m} convolutas pilulas: et in folioⁿ rubente aquosos^o nucleos, candicantes ac transluci-



nemque et tauri caput, e Theophr. duritie: tum pleraque tauri caput alii ap. Dalec.—3 Gronov. floccos.—4 Nam sane in oleo Dalec.—5 Vet. Dalec. mellei. Margo edd. Dalec. et Gronov. melleo succo et gustum inficientem, et tactum, e Theophr.—6 Chiff. nec non et foliis.—7 Ita codd. Harduini et Chiff. cum

NOTÆ

vit, tauri caput quodammodo imitatur.' Καὶ ἕτερον . . . προσεμφερὲς τρόπον τιὰ τοῦτ' ἔστι καὶ ταύρου κεφαλῆ, περκαταγνύμενον δὲ ἔνδοθεν ἔχει πυρῆνα ἐλαία ὁμοφυῆ. Theophr. loc. cit.

^e Nascuntur] Theophr. loc. cit.

^f Lucernarum] Vicem ellychnii in lucernis præbentes.

^g Et sine oleo] Theophr. Καλεῖται γὰρ καλῶς ὡσπερ καὶ ἡ μέλαινα κηκίς.

^h Melligeni succi] Quæ melleum snccum tactu gustatuque referat. Theophrast. Φύει καὶ ἕτερον σφαιρίον κόβμην ἔχον, τὰ μὲν ἄλλα ἀχρεῖον, κατὰ δὲ τὴν ἑαρινὴν ὥραν ἐπιβάπτον χυλῶ μελιτηρίῳ καὶ κατὰ τὴν ἀφῆν, καὶ κατὰ τὴν γεῦσιν.

ⁱ Corpore] In ramorum alis, inquit, pilulas gignit alias, quæ per se ipsæ, suo corpore, ac sine pediculo, ramis adhærescant: quæ umbilicis candicantes habeant, reliquum corpus variegatum e nigro. Ita Theophr. loc. cit. Φύει δ' ἐνδοτέρω τῆς τῶν βαβδῶν μασχαλίδος ἕτερον σφαιρίον ἄμισχον . . . τοὺς μὲν γὰρ ἐπαεστηκότας ὀμφαλοῦς

ἐπιλεύκουσ, ἢ ἐπεστιγμένους ἔχει μέλαινας. Sic enim admonitus a Plinio medicus Constantinus vitiato huic alioqui Græci scriptoris loco medicinam fecit.

^j Media] Theophr. Τὸ δὲ ἀναμέσον κοκκοβαφὲς καὶ λαμπρόν. Cocci colorem, miniatum intellige: uti de psittaci torque in cervice Plinius ait x. 58.

^k Apertis] Apertam pilulam nigram videri et subputridam dixit Theophrastus loc. cit. Ἀνοιγόμενον δὲ ἔστι μέλαν, καὶ ἐπίσπρον. Fungosam raramque lanuginem, quæ intus est, 'inanity' vocat.

^l Et pumices] Pumicem lapillum, σπάνιον δὲ παραφύει καὶ λιθάριον κισσηρῶδες ἐπὶ πλείον. Theophr.

^m Et e foliis] Sic Theophr. φυλλικὸν σφαιρίον συμπεπιλημένον.

ⁿ Et in folio] In ipsa folii spina, quæ per medium tergum recta discurrit, ἐπὶ τοῦ φύλλου κατὰ τὴν ῥάχιν, inquit Theophrastus.

^o Aquosos] Pilulas aquosas, albas, pellucidas, quamdiu molles sunt,

dos,⁷ quamdiu molles sint, in quibus et culices^p nascuntur : maturescunt in modum gallæ.

XI. (VIII.) Ferunt robora et cachryn :^a (ita vocatur^b pilula in medicina urendi vim habens :) gignitur^c et in abiete, larice, picea, tilia nuce, platano, postquam folia cecidere, hyeme durans. Continet nucleum^d pineis similem : is crescit hyeme, aperitur vere pilula tota : cadit, cum folia cœpere^r crescere. Tam multifera sunt, tot res² præter glandem pariunt robora. Sed et boletos,^e suillosque,^f gulæ novissima irritamenta, quæ circa³ radices gignuntur : quercus probatissimos : robur autem,^g et cupressus, et pinus^h



edd. recentt. et translucidos Gronov. et al. Mox, pro *culices*, margo edd. Dalec. et Gronov. *muscæ*, e Theophr. ubi legitur *μύϊαι*.

CAP. XI. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *cæperint* Gronov. et vulgg.—2 Gronov. et al. ante Harduin. *et tot res.*—3 Chiffi. *quæ circa*.

NOTÆ

σφαιρίον λευκόν, διαγνῆς, ὕδατῶδες, ὅταν ἀπαλθῶν ᾗ. Theophr. Vulgo pilulas asininas vocant.

^p *Et culices*] *Μύϊαι*, Theophrastus dixit, hoc est, *muscas*.

^a *Cachryn*] Habet hæc vox *Κάχρυν*, apud Hesyeh. aliosque, multos significatus. Est autem hæc Pliniana *κάχρυν* ab ea, quam Theophrastus affert, et forma et nascendi modo dispar. Huic pilulæ instar est, cui nihil simile Theophrastea habet : hæc, postquam folia cecidere, hyeme durat, autumno nata : illa primo vere gignitur. Adjicit tamen statim idem Theophr. Hist. III. 7. quiddam in robore peculiare autumno nasci, quod per hyemem duret : eamque facile adducor ut credam *κάχρυν* Plinianam esse. Sed nihil est eo Theophrasti loco corruptius. *Τῆ δ' ἰδιότητι τοῦ μετοπώρου μετὰ τὴν φυλλοβολίαν, κ. τ. λ.*

^b *Ita vocatur*] Eo quoque nomine, inquit, appellatur pilula quædam in medicinæ usu : quam scilicet *κάχρυν*,

vel potius *κάχρυν* vocat Dioscor. III. 88. qui proprie sæcundi rosmarini fructus : nec pilula, sed semen est : pariter *urendi vim* habens, *καυστικῆς δυνάμεως*.

^c *Gignitur*] Dissimile est, quod in iisdem fere arboribus gigni Theophrastus prodit Hist. III. 7.

^d *Continet nucleum*] Iisdem plane verbis nucis avellanæ iulum Theophr. describit loc. cit.

^e *Sed et boletos*] Theophr. Hist. III. 9. *Οἱ γὰρ μύκητες πρὸ τῶν ῥιζῶν, καὶ παρὰ τὰς ῥίζας φύμενοι, κ. τ. λ.*

^f *Suillosque*] Id fungorum tertium genus nomen habet, venenis accommodatissimum, ut dicitur XXII. 47.

^g *Robur autem*] *Δρῦς* Græcis, ut diximus. Subscribit in Georgicis Nicander his versibus, apud Athen. lib. II. p. 60. *Ἐχθρὰ δ' ἐλαίης, Ῥοιῆς τε, πρίνου τε, δρυὸς τ' ἀπὸ πῆματα κείται, Οἰθαλέα, σύγκολλα, βάρη, πνιγόνετα μυκῆτων. Noxia oleæ, Punicæ, ilicis, roborisque purgamenta jacent, tumidi, glutinosi, malefici, strangulantes fun-*

noxios. Roboraⁱ ferunt et viscum, et mella, ut auctor est Hesiodus. Constatque rores melleos, e cœlo, ut diximus,^j cadentes, non aliis magis insidere frondibus. Crēmati^k quoque roboris cinerem nitrosum esse certum est.

XII. Omnes tamen has ejus dotes illex solo provocat cocco.^l Granum hoc, primoque^l ceu scabies^m fruticis,² parvæ aquifoliæⁿ ilicis: cusculium^o vocant: pensionem



CAP. XII. 1 *Cocci grano. Hic primo cod. Dalec.—2* *Seu scapo fruticis*] Male emendat *scabies* Turneb. Adv. IV. 16. *seu scaptis fruticis* Chiff. Dalec. *seu scapus*, &c. Gronov. et al. ante Harduin. Vide Not. et Emend. n. 3.

NOTÆ

gi. De his dicetur opportunius XXII. 47.

^h *Et pinus*] Athenæus lib. II. p. 61. ex Diphilo, pineos inter edules accenset, et ulmeos: οἱ ἐπὶ πετελείαις καὶ πεύκαις γιγνόμενοι.

ⁱ *Robora*] Theophrast. loc. cit. ὡσαύτως καὶ ἡ ἰξία . . . εἰ δέ γε δὴ καθ' Ἡσίοδον φέρει μέλι καὶ μελίττας, κ. τ. λ. Hesiodi versus hi sunt, in Ἐργοῖς, vs. 230. Οὔρεσι δὲ δρῦς Ἄκρη μὲν τε φέρει βαλάνους, μέσση δὲ μελίσσας.

^j *Ut diximus*] Lib. XI. c. 12. Huc pertinet quod Maro cecinit, 'Et duræ quercus sudabunt roscida mella.' Et quod Naso Met. I. 112. 'Flavaque de viridi stillabant ilice mella.'

^k *Crēmati*] Theophr. loc. cit. Φασὶ δὲ καλ, ὅταν κατακαυθῆ, γίνεσθαι λίτρον ἐξ αὐτῆς.

^l *Provocat cocco*] Æquat, vel etiam superat. Theophr. Hist. III. 16. 'Ὁ δὲ πρίνος . . . φέρει καὶ παρὰ τὴν βάλανον κόκκον τινὰ φαινοῦν. Illex fert, præter glandem, granum quoddam puniceum. In Gallia Narbonensi nunc Vermillon vocant, ou graine d'écarlate. Quoniam ea grana vermiculis scatent, quorum sanies coccino tingendo idonea est, efficitque eum colorem, quem et nos miramur, et veteres impense laudarunt. Hinc 'emblemate

vermiculatum' dixere, coccineo colore tinctum.

^m *Ceu scabies*] Ac veluti arboris excrementum, seu purgamentum quoddam. Vide Notas et Emend. num. 3.

ⁿ *Parvæ aquifoliæ*] Et parvam ilicem, et fruticem vocat, ut ab eo utroque genere ilicis, de quo dictum est c. 8. diversum istud esse intelligas. Et est ex illo sane id genere, quod aquifolium ipse alibi, aliique dixere, alii agrifolium: Galli, *le petit Houx*: minime, ut priora duo, glandiferum. Diosc. IV. 48. Κόκκος βαφικῆ· θάμνος ἐστὶ μικρὸς, φρυγανώδης, ᾧ πρόσκεινται οἱ κόκκοι ὡς φακοὶ, κ. τ. λ. *Frutex est parvus, surculosus, cui grana, ceu lentis, adherent.* Tamen et in ilice πρίνω gigni Theophrastus paulo ante censuit. Hæc aquifolia eidem ἀγρία dicitur, Hist. III. 4. unde et Latinis 'agrifolium.' In Notis, quæ falso Tironi ascribuntur, apud Gruterum, p. 170. ubi arborum genera recensentur: 'Fraxinus. Acrifolium. Illex.'

^o *Cusculium*] Κοσκύλια, quoniam e cortice eraduntur. Græcis κοσκύλειον est *excrecentes minutias præsecare.*

alteram^p tributi pauperibus Hispaniæ donat. Usus ejus gratiorem in conchylii mentione tradidimus.^q Gignitur^r et in Galatia, Africa, Pisidia, Cilicia : pessimum in Sardinia.

XIII. Galliarum glandiferæ^a maxime arbores agaricum^b ferunt. Est autem fungus candidus, odoratus, antidotis efficax, in summis arboribus nascens, nocte relucens. Signum hoc ejus, quo in tenebris decerpitur. E glandiferis sola quæ vocatur ægilops^c fert pannos^t arentes, muscoso



CAP. XIII. I Ita Vet. Dalec. et Chiff. item edd. Harduin. et recentt.

NOTÆ

^p Pensionem alteram] Alterum ex horto, ex agro alterum pauperes tributum pendebant. Nam et hortensia in macello distrahebant, coccum iidem passim nascentibus fruticibus decerpebant: atque ex gemina ea merce corradebant, unde tributum penderent. E cocco igitur pensio altera tributi peti solita a Plinio nunc dicitur: altera ex horto, XIX. 19. his verbis, 'cum credatur pensio ea pauperum.' Accepti hunc locum aliter longe Salmasius in Solin. p. 175. Tributi collationem ait duplicem fuisse: aliam in capite, aliam in censu. Posteriori tributo pendendo non fuisse obnoxios eos, qui agrum aut prædia non haberent; cum pensione capitum omnes tenerentur, qua divites, qua pauperes. Sed neque hoc loco capitacionis vim, quidve vox ea valeat, intellexisse Salmasium, non optimum sane Jurisconsultum, discas ex iis quæ de capitacione disputat Gothofredus in Cod. Theod. lib. XI. tit. 1. de annona et tributis, p. 27. et p. 43. item lib. XIII. tit. 10. de censu, p. 116. Capitacio enim et genus illud tributi dicebatur, quod pro possessionum quoque numero, si quæ essent, imponeretur.

Delph. et Var. Clas.

Salvianus de Gubern. Dei lib. .v. 'Cum possessio ab his recesserit capitacio non recedit: proprietatibus carent, et vectigalibus obruuntur.' Vide et Glossarium Du-Cangii, verbo 'Capitatio,' et 'Caput.' Neque vero de tributo gemino nunc sermonem esse Plinius ipse haud obscure indicat, cum 'pensionem tributi alteram' hunc cocci proventum, non 'tributi alterius pensionem' vocat: hoc est, in cocco alterum esse solvendo tributo subsidium, non tributo alteri.

^q Tradidimus] Lib. IX. c. 65.

^r Gignitur] Diosc. IV. 48.

^a Glandiferæ] Præcipue larices, oculato teste Nic. Chorier, Hist. Delphin. lib. I. p. 58. Sunt enim ea regione plurimæ.

^b Agaricum] Ἀγαρικόν, et apud Gallos retinet nomen *Agaric*, fungi genus. A Dodonæo pingitur, v. 3. 24. p. 477. De eo rursum Plinius XXV. 57. quem locum vide.

^c Vocatur ægilops] Fagus hæc est Latinorum, ut diximus c. 6. Hæc porro accepta a Theophr. III. 9. Ὅ δὲ καλοῦσι τινες φάσκον, ὁμοίως τοῖς βακίοις ἢ αἰγίλωψ μόνη φέρει, πολὺν καὶ βρῦνον· καὶ γὰρ πηχυαῖον κατακρεμάν-

Plinius.

7 U

villo canos, non in cortice modo, verum et e ramis dependentes cubitali magnitudine, odoratos, ut diximus^d inter unguenta.

Suberi minima² arbor,^e glans pessima, rara: cortex tantum in³ fructu,^f præcrassus^g ac renascens,^h atque etiam in denos pedes undique explanatus. Usus ejus ancoralibus maxime navium, piscantiumque tragulis,ⁱ et cadorum^j obturamentis: præterea in hyberno fœminarum calceatu. Quamobrem non infacete Græci^k corticis arborem appellant. Sunt et qui^l fœminam ilicem vocent; atque, ubi non

phascon Theophr. πανος Gronov. et vulgg.—2 Dalec. non minima.—3 Dalec.

NOTE

νυται, καθάπερ τρύχος ὀθονίου μακρόν. Φύεται δὲ τοῦτο ἐκ τοῦ φλοιοῦ, καὶ οὐκ ἐκ τῆς κορύνης ὅθεν ἡ βάλανος, κ. τ. λ. Quod autem φάσκον quidam vocant, pannis simile, ægilops sola fert, canum et muscosum, cubitali longitudine pendens, uti vestis lacerus longusque pannus: nascitur e cortice, non e surculorum cacumine, unde glans: neque ex gemma, sed ex latere ramorum anni exacti, &c.

^d Ut diximus] Lib. XII. c. 50.

^e Minima arbor] Nempæ e glandiferis.

^f Cortex tantum in fructu] In usu: quod ex ea arbore nihil ad vitam utile colligas, præter corticem.

^g Præcrassus] Theophr. Hist. III. 16. φλοιὸν ἔχει παχὺν σφόδρα.

^h Renascens] Intra annos tres, ἐν τρισὶν ἔτεσιν, Theophr. loc. cit.

ⁱ Tragulis] Piscatorum verricula tragulas vocat, sine controversia a trahendo nomen adeptas, ut vidit jamdudum Turnebus Advers. XXI. 14. p. 721. Et Glossæ Isidori, 'Tragum, genus piscatoriarum.' Glossar. Lat. Gallic. 'Tragum, Rets à pêcher.' Catholicon Armoricum, 'Traïnaill, c'est une rets à pêcher. Latine, hoc

tragram, verriculum.' Gallis, *Tremail*. Italis, *Tramaglio*: quod tribus maculis, vel triplici macularum ordine constat, quas *Mailles* nostri appellant.

^j Et cadorum] Nunc quoque subere lagenis amphorisque obturandis utimur: et a calceariis suberem expeti ad conficiendas crepidas, nemo nescit. Hæc obturamenta Galli vocant, *bondons*: obturare cadum, *bondonner un muid*.

^k Non infacete Græci] Videtur φελλὸν, quasi φλοιὸν, dici a Græcis velle. φελλὸς certe Hesychio φλοῖδος δένδρου, καὶ ξύλον ἐλαφρόν, arboris cortex, et lignum leve. Suberem etiam simpliciter corticem Latini dixerunt. Horat. III. Od. 9. 22. 'Tu levior cortice.' Et I. Sat. 4. 119. 'Simul ac duraverit ætas Membra animumque tuum, nabis sine cortice.'

^l Sunt et qui] Hæc Theophrastus iisdem plane verbis, Hist. III. 16. de arbore quam φέλλοδρον Arcades vocabant: eandem esse cum φελλῶ, seu subere, ex aliis auctoribus Plinium didicisse credimus.

nascitur ilex, pro ea subere ⁴ utantur, in carpentariis præcipue fabricis, ut circa Elin ⁵ et Lacedæmonem. Nec in Italia tota ^m nascitur, aut in Gallia ⁿ omnino.

XIV. (IX.) Cortex et fagis, tiliæ, abicti, picæ, in magno usu agrestium. Vasa, corbesque, ac patentiora quædam messibus convehendis vindemiisque faciunt, atque prætexta ^r tuguriorum.^o Scribit in recenti ad duces explorator, incidens literas ^p a succo.² Necnon in quodam usu sacrorum religiosus est fagi cortêx. Sed non durat arbor ipsa.

XV. (X.) Scandulæ ^r ^q e robore aptissimæ, mox e glandiferis aliis, fagoque: facillimæ ex omnibus quæ resinam ferunt: sed minime durant, præterquam e pino. Scandula ^r



tantum non in.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. *phellodry*, e Theophr.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. *Elæan*, e Theophr.

CAP. XIV. 1 Chiff. *protecta*.—2 Dalec. *incidens literas tegente succo*.

CAP. XV. 1 *Scindula* Turneb. ex Isidor. *Scandula*, &c. *aptissima, facilima*,

NOTE

^m *Nec in Italia tota*] Sed in Etruria tantum. Theophr. loc. cit.

ⁿ *Aut in Gallia*] Galliæ nomine Narbonensis provincia minime comprehenditur. Nam, ut ait IV. 31. 'Gallia omnis, Comata uno nomine appellata, in tria populorum genera dividitur,' Belgas nimirum, Celtas, et Aquitanos. In Provincia certe, quæ pars est provinciæ Narbonensis, indigenam esse suberem, nec ascitiam aliunde, argumento est, quod dumosis et squalentibus locis ibi luxuriose prosilit, ut prodidere Petr. Quiqueranus lib. II. fol. 50. Honor. Bouche I. 8. p. 49. ipsaque experientia comprobatur.

^o *Prætexta tuguriorum*] Tecti tuguriorum marginem seu oram extimam, quæ eo corticis genere prætextitur. Ducta metaphora videtur a prætexta veste nobilium, quæ purpura circumtexta erat. Forte *projecta* rectius,

quod in Mss. *protecta* legitur. 'Prominentiæ' tectorum Vitruvio IV. 2. et II. 8. 'projecturæ: *Saillies, égouts*. Vide quæ dicturi sumus in Notis et Emend. ad lib. XVII. num. 18.


^p *Incidens literas*] Succu madidi beneficio literas incidit, inscribitque cortice, minime conspicuas: easdem, siccato cortice, apparentes.

^q *Scandulæ*] Asseres, seu tabellæ parvæ, hoc est, in exiguas laminas fissæ. Columella VIII. 3. fenestellis scandulas jungi præcipit, quibus ab corte irrepant aves ad requiem nocturnam. *Scandulas*, non *Scindulas*, habent Mss. omnes. Adde his ea quæ V. Cl. Du-Canginshabet in Gloss. verbo 'Scindula.'

^r *Scandula*] Ligneis assulis, sectilibusque asserculis. Mirum est *ardesias* nostras incognitas veteribus fuisse, quæ hodie passim habentur. 'Nostri,' inquit Philander ad Vitruv

contactam fuisse Romam,² ad Pyrrhi usque bellum,³ annis cccclxx. Cornelius Nepos auctor est. Sylvarum⁴ certe distinguebatur insignibus. Fagutali Jovi⁵ etiam nunc, ubi lucus fageus fuit: porta Querquetulana:⁴ u colle in quem vimina petebantur, totque lucis, quibusdam et geminis. Q. Hortensius dictator, cum plebs^v secessisset in Janiculum, legem in Æsculeto^w tulit, ut, 'quod ea jussisset, omnes Quirites teneret.'⁵ x

XVI. Peregrinæ tum^r videbantur, quoniam non erant



durans Chiffli.—2 *Scindulam non conspectam fuisse Romæ* cod. Dalec.—3 *Fagutalis Jovis* Dalec.—4 *Querculana* Vet. Dalec.—5 Cod. Dalec. *tenerent*; Vet. Dalec. *tenerentur*.

CAP. XVI. I Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. et re-

NOTE

1. 1. 'utuntur cærulei in nigro sectilibus laminis crustisve. Is lapis serra dentata, ut lignum, secatur, assulatumque frangitur. Ardesiam vocamus, credo ab ardendo, quod e tectis ad solis radios veluti flammam jaculetur.'

² *Ad Pyrrhi . . . bellum*] Quod ceptum esse anno Urbis 472. diximus VIII. 6.

⁴ *Sylvarum*] Erant in Urbe sylvæ insignes, quibus regiones quam plurimæ distingui solerent. Nam vel in una Regione Urbis quinta Lucus Fagutalis fuit, de quo Festus, 'Fagutal, sacellum Jovis, in quo fuit fageus arbor, quæ Jovi sacra habebatur.' Fuit et collis campusque Viminalis, a viminum sylvæ cognominatus, et Ara Viminæ Jovis. Fuit et Lucus Petelinus.

^u *Querquetulana*] Ubi et Querquetulanum sacellum, de quo Varro de Ling. Lat. lib. iv. pag. 15. Festus: 'Querquetulana porta Romæ dicta quod querquetum (quercetum) intra muros Urbis juxta se habuerit.'

^v *Cum plebs*] Tres plebis secessionis factæ memorantur. Prima, in montem sacrum, trans Anienem am-

nem, tria ab Urbe millia passuum, æris alieni causa, anno Urbis cclxi. de qua Livius lib. ii. p. 32. Secunda secessio facta est anno cccv. ob Decemvirorum insolentiam, et Appii Claudii Decemviri scelus, auctore L. Virginio. De ea Livius lib. iii. pag. 60. Tertia, de qua nunc sermo, rursus æris alieni causa, facta in Janiculum, anno cccclxvii. De hac Epitome Livii lib. xi. 'Plebs propter æs alienum, et graves, et longas seditiones, ad ultimum secessit in Janiculum, unde a Q. Hortensio Dictatore deducta est, isque in ipso magistratu decessit.'

^w *In Æsculeto*] Locus fuit æsculis consitus.

^x *Quirites teneret*] Similem legem primum L. Valerio, M. Horatio Coss. latam legimus apud Liv. lib. iii. pag. 60. secessionem secundam: 'Cum veluti in controverso jure esset, tenerentur patres plebiscitis, legem centuriatis Comitibus tulere, ut quod tributim plebs jussisset, populum teneret.' Repetita igitur ab Hortensio est. Gellius xv. 27. p. 848. 'Q. Hortensius Dictator eam legem tulit, ut

suburbanæ, pinus^a atque abies, omnesque quæ picem gignunt, de quibus nunc dicemus, simul ut tota condiendi vina origo cognoscatur. Quædam ferunt in Asia, aut Oriente, e prædictis picem. In Europa sex genera cognatarum² arborum ferunt. Ex iis pinus atque pinaster³ folium habent capillamenti modo prætenue, longumque, et mucrone aculeatum. Pinus fert minimum resinæ, interdum et nucibus^b ipsis, de quibus dictum est, vixque ut⁴ ascribatur generi.

XVII. Pinaster^c nihil aliud est, quam pinus sylvestris, mira altitudine, et a medio ramosa, sicut pinus in vertice. Copiosiore[m] dat hæc^d resinam, quo¹ dicemus modo.^c Gignitur et in planis. Easdem arbores alio nomine² esse per oram Italiæ, quos tibulos³ vocant, plerique arbitrantur, sed graciles succinctioresque, et enodes, liburnicarum³ ad usus, pæne sine resina.⁴

XVIII. Picea^h montes amat, atque frigora: feralis arbor,ⁱ



centt. tum Gronov. et vulgg.—2 Vet. Dalec. *cognitarum*.—3 Chiffl. *pinastri*.—4 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vix ut* Gronov. et al. vetr.

CAP. XVII. 1 Cod. Dalec. *de qua*.—2 Dalec. *sed alio nomine*.—3 Dalec. *quos tibulos*; cod. Dalec. *quos stubulos*; Hermol. *quos strubulos*.—4 Ita ex eodd. Harduin. et recentt. *pæne resina* Gronov. et al. ante Harduinum.

NOTE

eo jure, quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur.¹

^a *Pinus*] Quæ Græcis fere *πίτυς*, nostris *un Pin*. Archiæ Epigramma, a nobis relatum xv. 5. ubi inter Olympionicarum coronas *πίτυς* numeratur, Auſonius ita reddidit in Eclogario: ‘Quatuor antiquos celebravit Achæia ludos: Serta quibus pinus, malus, oliva, apium.’

^b *Et nucibus*] Interdum, inquit, fert resinam in ipsis nucibus pineis, de quibus dictum est xv. 9. sed eam quidem adeo exiguam, ut resiniferarum arborum generi vix pinus ascribatur.

^c *Pinaster*] *Πίτυς ἀγρία*, *pin sauvage*. Pingitur a Dodonæo pag. 848.

^d *Copiosiore[m] dat hæc*] Nempè pi-

nus sylvestris.

^e *Quo dicemus modo*] Cap. 23.

^f *Quos tibulos*] Harum iconem Dalecampius exhibet lib. I. p. 47. Mox *succinctiores*, magis compactas, interpretor.

^g *Liburnicarum*] Genus est bellicæ navis velocissimæ, a Liburnis Illyrici populis conditoribus nuncupata. His struendis pinaster arbor idonea.

^h *Picea*] Hæc Theophrasto *πίτυς*, aliis *πέβιχη*, *Pesse* Gallis. Hinc *pityocampas* (erucæ genus est) in picea Plinius xxix. 30. in pinu alii nasci produnt. Pingitur a Dodonæo pag. 851. accuratius a Matthiolo in Diosc. lib. I. p. 97.

ⁱ *Feralis arbor*] Quæ funeribus adhibetur. Unde illud Maronis Miseni

et funebri indicio ad fores posita, ac rogis virens: jam tamen et in domos^j recepta, tonsili facilitate. Hæc plurimam resinam fundit, interveniente^{1 k} candida gemma, tam simili thuris, ut mixta visu discerni non queat: unde fraus *Seplasiæ*.^l

Omnibus his generibus² folia brevi seta^m et crassiore, duraque, ceu cupressis. Piceæ rami pæne statim ab radice modici, velut brachia, lateribus inhærent. Similiter abieti,ⁿ expetitaë navigiis.^o Situs in excelso^p montium, ceu maria³ fugeret: nec forma alia.^q Materies vero præcipua trabis,⁴ et plurimis vitæ operibus. Resina ei^r vitium, unde fructus unus piceæ:⁵ exiguumque sudat aliquando contactu Solis. E diverso materies, quæ abieti pulcherrima, piceæ ad^s fissiles scandulas, cupasque, et pauca alia se-camenta.



CAP. XVIII. 1 Dalec. *intermicante*. Mox, cod. Dalec. *tam similem thuri*; et paulo post in eodem, *non queat: et inde fraus, &c.*—2 *Omnino huic generi Dalec.* Mox, seu *cupressis Gronov.*—3 *Gronov. seu maria.*—4 *Chiff. est trabis.*—5 *Resinæ vitium unde fructus piceæ* *Chiff.*

NOTE

funus describentis, *Æn.* vi. 180. 'Prom-cumbunt piceæ,' &c.

^j *In domos*] Etiam, si Maroni credimus, *Ecl.* vii. 65. 'Pulcherrima pinus in hortis.'

^k *Interveniente*] Quæ sponte manat resina, inquit, e picea, in gemmam interdum candidam coit, quæ est micæ thuris simillima.

^l *Fraus Seplasiæ*] Hoc est, *Seplasiariorum*. Festus: 'Seplasia, forum Capuæ, in quo plurimi unguentarii erant.' *Ascon. Pedian. in Orat. Cic. contra Pison.* 'Dictum est in dissuasione legis Agrariæ apud populum, plateam esse Capuæ, quæ Seplasia appellatur, in qua unguentarii negotiarii sunt soliti.'

^m *Brevi seta*] Instar setæ brevæ, exiliaque, et gracilia.

ⁿ *Similiter abieti*] *Le sapin.* *Theophr. Hist.* iii. 10. ἐλάτη θήλεια, abies fa-

mina. A Clusio recte pingitur, *Hist. Plant.* lib. i. p. 34. et a Matthiolo in *Diosc.* lib. i. p. 107.

^o *Navigiis*] *Virgil. Georg.* ii. 68. 'Casus abies visura marinos.'

^p *Situs in excelso*] *Idem Ecl.* vii. 66. 'Abies in montibus altis.'

^q *Nec forma alia*] Quam picea. Adeo sane inter se affines ambæ, ut observat *Matthiolus* pag. 106. ut fabros lignarios similitudine sæpe fallant: etiam peritos, inquit *Plinius* cap. seq.

^r *Resina ei*] Resinæ fluxus ex abiete arbori exitiosus est: e picea ad vitæ usum perutilis, nec matri noxius.

^s *Piceæ ad*] Piceæ materies, inquit, idonea tantum parandis scandulis fissilibus, cupisque, hoc est, vasis vinnariis, aliisque sectilibus operibus paucis.

XIX. Quinto generi situs idem, eadem facies: larix vocatur.^a Materies præstantior longe, incorrupta vis,¹ mori² contumax: rubens præterea, et odore acrior. Plusculum huic erumpit liquoris,^b melleo colore, atque lentiore,³ nunquam durescentis.

Sextum genus est tæda^c proprie dicta, abundantior succo quam reliqua, parciore liquidiorque⁴ quam in picea: flammis ac lumini sacrorum^d etiam grata. Hæ, mares^e duntaxat, ferunt et eam, quam Græci sycen vocant, odoris gravissimi. Laricis⁶ morbus est, ut tæda fiat.^f

Omnia autem hæc genera accensa fuligine immodica carbonem repente exspuunt cum eruptionis crepitu, ejaculanturque longe: excepta larice,^g quæ nec ardet, nec car-



CAP. XIX. 1 Cod. Dalec. *incorrupta usu*.—2 Ita codd. Harduini et recentt. *emori* cod. Dalec. edd. vett. et Gronov. *humori* Vet. Dalec.—3 Cod. Dalec. *recentiore*; Dalec. *lentioris*.—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *parciore liquidiorque* Gronov. et al. ante Harduin.—5 *Pini mares* margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.—6 *Pini* ibid. ex

NOTÆ

^a *Larix vocatur*] Iisdem fere verbis a Vitruvio describitur II. 9. p. 35. Theophrasto *πέυκη*. Sed nondum hæc arbor in certi alicujus nominis Gallici possessionem venit: etsi eruditi viri eam esse existimant, quam *Meléze* vulgus appellat: res nihilominus habet dubitationem, ut pluribus argumentis inferius demonstrabimus. Melesia ea porro in Delphinatu, et Alpibus frequens. Vide Nic. Chorier Hist. lib. I. p. 57. A Dodonæo pingitur, p. 856.

^b *Plusculum . . . liquoris*] Resinæ. Eam quæ ex *Meleziis* manat, officinæ pro terebinthina venditant: interdum etiam pro benjoïno.

^c *Est tæda*] Ignota hæc Theophrasto arbor, in Allobrogum et Italarum agre frequens. Pingitur a Dalecampio lib. I. pag. 47. 'Pinus sylvestris, Cembro,' a Matthiolo appellatur, qui eam et ipse accurate delineat in

Diosc. lib. I. p. 106.

^d *Lumini sacrorum*] Ad faces, quæ in sacris ritibus accenduntur. Unde et tædas faces ipsas vocamus. Apuleius Asin. Aur. lib. XI. ubi de expiata nave: 'Sacerdos,' inquit, 'tæda lucida, et ovo, sollemnissimas preces de casto præfatus ore,' &c.

^e *Hæ, mares*] E tædarum genere, mares duntaxat. Sed et ταῖς πεύκαις id quoque subnascitur, quod σικκὴν Græci, hoc est, *ficum* vocant, si Theophrasto credimus, Hist. III. 10.

^f *Ut tæda fiat*] Ut, instar tædæ, abundantiore succo, resinamque fundat: est enim ea copia exitiosa arbori. Hæc de larice, quam *πέυκη* vocat, etiam prodidit Theophrastus Hist. III. 10.

^g *Excepta larice*] Vitruvium præcipientem conceptis verbis nunc reddit. 'Larix vero,' inquit ille, II. 9. p. 35. 'qui non est notus, nisi his municipi-

bonem facit, nec alio modo ignis vi consumitur, quam lapides. Omnia ea perpetuo virent,^h nec facile discernuntur in fronde, etiam a peritis: tanta natalium mixtura est. Sed picea minus alta quam larix. Illa crassior,ⁱ leviorque⁷ cortice, folio villosior, pinguior, et densior, molliorque flexu. At piceæ^j rariora siccioraque folia, et tenuiora, ac magis algentia: totaque horridior est, et perfusa resina.⁸ Lignum abieti^k similis. Larix ustis^l radicibus non repullulat,⁹ ut in Lesbo accidit, incenso nemore Pyrrhæo.¹⁰



codem.—7 *Larix: hæc crassiori leviorique; vel, quod magis probo, larix, crassiori,* &c. Dalec.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. *totaque jucundi odoris resina perfusa est,* e Theophr. *rotaque* Hermol.—9 Ita tacite Harduinus, eumque secuti sunt Bipont. et Miller. *Larix u. r. n. repullulat, picea repullulat* edd. vet. Gronov. et Franz. ita quoque Theophr. *Pro picea,* margo edd. Dalec. et Gronov. *pinus,* e Theophr.—10 *Ibid. ex eodem, Pyrrhæorum.*—

NOTÆ

pibus qui sunt circa ripam fluminis Padi, et littora maris Adriatici, non solum ab carie aut a tineâ non nocetur, sed etiam flammam ex igni non recipit, nec ipse potest per se ardere, nisi uti saxum in fornace ad calcem coquendum, aliis lignis uratur: nec tamen tum flammam recipit, sed longo spatio tarde comburitur.' Eadem de larice Palladius lib. XII. in Novemb. tit. 13. Quæ tamen valde vereor ut vere dicta, nec temere credita sint a summis viris: nihil enim resiniferis arboribus, ejusmodi imprimis larix est, quæ liquida resina turget, concipiendo igni aptius videtur. Abest ea sane dos a melesiis arboribus quas veterum larices esse eruditi volunt. Harum enimvero carbones præsertim in arariorum officinis, mire expetitur.

^h *Omnia . . . virent*] At larici nostræ, si quidem Melezia ea sit, folia hyeme decidunt: etsi coniferæ arbores ceteræ perpetuo virent.

ⁱ *Illâ crassior*] Nempe, larix, quæ Theophrasto *πεύκη*, ut diximus. Nam

quæ de larice Plinius, ea de *πεύκη* totidem verbis Theophr. III. 10. *Καὶ τὰ φύλλα τὴν μὲν πεύκην ἔχειν πολλὰ, καὶ λιπαρὰ, καὶ δασέα, καὶ κεκλιμένα, inflexa.*

^j *At piceæ*] Quæ Theophrasto, loc. cit. *πίτυς*. *τὴν δὲ πίτυν, ἰνκίτ, ὀλίγα τε, καὶ ἀρχωδέστερα, καὶ πεφρικῶτα μᾶλλον, παυκίωτα, σqualidiora, horridiora.*

^k *Lignum abieti*] Piceæ lignum similis: nec totius arboris formam fere aliam esse dixit cap. sup. Theophr. loc. cit. *Καὶ πίτυς τὰ ξύλα λευκότερα, καὶ ὁμοιώτερα τῇ ἐλάτῃ.*

^l *Larix ustis*] Laricem iterum vocat, quæ Theophrasto *πεύκη* est: quæ *πίτυς*, iterum piceam. Sic enim ille, loc. cit. *Πεύκην μὲν γὰρ ἐπικαυθεῖσων τῶν ῥιζῶν οὐκ ἀναβλαστάνειν τὴν πίτυν δὲ φασί τινες ἀναβλαστάνειν ὥσπερ καὶ εἰς Λέσβον ἐμπρησθέντος τοῦ Πυρραίων ὕρου τοῦ πιτυώδους.* Eam ob causam XXIV. 86. *chamæpeucen* sic appellatam tradit a similitudine foliorum cum larice.

Alia etiamnum generibus ipsis^m in sexu differentia. Mas brevior et durior: fœmina procerior, pinguioribus foliis, et simplicibus,¹¹ atque non rigidibus.^o Lignum maribus^p durum, et in fabrili opere contortum: fœminæ mollius, publico discrimine in securibus. Hæ in quocumque genere deprehendunt marem:^a quippe respuuntur, et fragosius^q sidunt, ægrivus revellentur. Ipsa materies retorrída, et nigrior maribus radix.^r Circa Idam^s in Troade et alia differentia est, montanæ, maritimæque. Nam in Macedonia^t et Arcadia, circaque Elin, permutant nomina, nec constat auctoribus, quod cuique generi attribuant: nos ista Romano discernimus iudicio. Abies e cunctis amplissima est, et fœmina etiam proluxior: materie mollior utiliorque, arbore rotundior,¹² folio pinnato^u densa, ut imbres non transmittat, atque hilarior in totum.¹³ E ramis generum horum panicu-

^a *Secures in omni arborum genere deprehendunt quæ arbor mascula, quæ fœmina sit.*

//////////

11 Ibid. ex eodem, *mollibus*, ubi ἀπαλοῖς.—12 *Utiliorque. Arbor rotundior* Ms. *θηλοειδής*, camerata, in testudinem fornicata. *Dalec.*—13 *Vet. Dalec.*

NOTÆ

^m *Generibus ipsis*] In sex commemoratis resiniferarum arborum generibus sexus quædam differentia est.

ⁿ *Simplicibus*] Apud Theophr. loc. cit. ἀπαλὰ, mollia: ἀπλῆ, simplicia, legisse Plinius videtur.

^o *Non rigidibus*] Non subrectis, sed languidis.

^p *Lignum maribus*] Hæc iisdem verbis Theophr. loc. cit. Ἔστι δὲ τὰ ξύλα τοῦ μὲν ἄρβενος περιμήτρια καὶ σκληρὰ, ἐν ταῖς ἐργασίαις στρεφόμενα· τῆς δὲ θηλείας εὐεργὰ, καὶ εὐστραβῆ, καὶ μαλακώτερα· Σχεδὸν δὲ κοινὴ τις ἡ διαφορὰ πάντων τῶν ἄρβένων καὶ θηλειῶν, ὡς οἱ ὕλοτόμοι φασίν· ἅπαν γὰρ τὸ ἄρβεν τῆ πελεκήσει τραχύτερον καὶ ἐπεστραμμένον μᾶλλον, καὶ δυσεργότερον, καὶ τῷ χρώματι μελάντερον, κ. τ. λ.

^q *Fragosius*] Major, cum finditur,

fit fragor: et in ictu hæret securis.

^r *Nigrior . . . radix*] Tota materies, non radicis modo, sed corporis ac ligni, nigrior in maribus esse a Theophr. dicitur: καὶ τῷ χρώματι μελάντερον.

^s *Circa Idam*] Theophr. loc. cit.

^t *Nam in Maced.*] Theophr. loc. cit.

^u *Folio pinnato*] Folia pinnas avium referunt: tam densa, ut neque nivem, neque imbrem transmittat, inquit Theophr. loc. cit. Ἐχει δὲ ὡσπερ πτέρυγας τὸ φύλλον . . . πυκνὸν δὲ οὕτως, ὥστε μήτε χιόνα διέναι, μήθ' ὕετόν. Hic vero recte Constantinus observat, φύλλον vocari, non singula folia abietis, veluti capillamenta: sed eorum in singulis ramulis, surculisque, totam seriem pectinatim dispositam. Itaque hic φύλλον collective dicitur.

larum^v modo nucamenta^w squamatim compacta dependent, præterquam larici.^{14 x} Hæc abietis^y masculæ priori parte nucleos habent: non item fœminæ. Piceæ vero totis paniculis, minoribus gracilioribusque, minimos ac nigros. Propter quod Græci phthirophoron eam appellant. In eadem nucamenta compressiora maribus sunt, ac minus resina roscida.

XX. Similis his^a etiamnum aspectu est, ne quid præter-eatur, taxus, minime virens,^{t b} gracilisque et tristis, ac dira, nullo succo, ex omnibus^c sola baccifera. Mas noxi^d fructu. Letale quippe baccis, in Hispania^e præcipue, venenum inest. Vasa etiam viatoria ex ea vinis in Gallia facta mortifera fuisse compertum est. Hanc Sextius² smilacem^f



hilarior intuitu.—14 Dalec. præterquam laricis.

CAP. XX. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *minus virens* Gronov. et al. vett. *minus* deest in Vet. Dalec.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. recentt. *Sextius* Gronov. et al. ante

NOTÆ

^v *Panicularum*] Panicula in arundinibus, milio, juglandibus, aliisque, ea coma dicitur, in qua pendent semina. *L'épy du millet, les chatons des noyers, &c.*

^w *Nucamenta*] Coni, nuces, *κότταροι*. Nucamenta pinea dicimus, *Pommes de pin*.

^x *Præterquam larici*] Unde intelligas haud certam satis conjecturam esse eorum, qui laricem esse meleziam arbitrantur: sunt enim huic, ut pino, coni, etsi minores, capressinisque similes.

^y *Hæc abietis*] Hæc nucamenta, inquit, in mascula abiete nucleos anteriore parte gerunt, qua sunt acuminata: in picea toto nucamenti corpore nuclei sparguntur, sed minimi, quos Græci *φθειρας* vocant: unde arbori nomen *φθειροφόρος*: neque enim, ut visum est Dalecampio, ea vox *φθειρ* tantum *pediculum* sonat, sed et *piceæ nucleum*: Hesychius, *φθειρ, δ*

τῆς πίτνος καρπός. Eustathius, in Iliad. B. *φθείρες, τὰ μικρὰ στρόβυλα*.

^a *Similis his*] Nempe resiniferis arboribus: maxime vero abieti: sed aspectu tantum similis, non resina, nec squamato fructu. *Taxus, l'If*.

^b *Minime virens*] At nostra taxus perpetuo viret, in Gallico cælo.

^c *Ex omnibus*] Nempe e resiniferis proxime memoratis.

^d *Mas noxi*] Apparet hæc Plinium a Theophrasto non hausisse: is enim Hist. III. 10. taxi baccas edules esse et innoxias homini scribit: et sane sunt ejuscemodi in Anglia, teste Pena in *Adversar.* pag. 450.

^e *In Hispania*] Etiam in Italia baccas venenatas esse Diosc. prodidit: sed falso. Honor. Bouche Hist. I. 8. pag. 49. experimento se comprobasse ait, largiorem taxi esum equis esse letalem: bubus certe esse, rustici nobis liquido affirmarunt.

^f *Smilacem*] Diosc. IV. 80. *Σμίλαξ*

a Græcis vocari dixit: et esse in Arcadia³ tam præsentis veneni, ut qui obdormiant sub ea, cibumve capiant, moriantur. Sunt qui et taxica^h hinc appellata dicant venena, quæ nunc toxica dicimus, quibus sagittæ tinguntur. Repertum, innoxiam fieri, si in ipsam arborem clavus æreus adigatur.

XXI. (XI.) Pix liquida in Europa e tædaⁱ coquitur, navalibus^j muniendis, multosque alios ad usus.^k Lignum ejus^l concisum, furnis undique igni extra circumdato, fervet.² Primus sudor aquæ modo fluit canali: hoc in Syria^m cedriumⁿ vocatur: cui tanta vis est, ut in Ægypto^o corpora hominum defunctorum eo perfusa serventur.



Harduin. Mox, pro *smilacem*, margo edd. Dalec. et Gronov. *milon*, e Theophr.—3 *Narbonensi Gallia* ibid. e Diosc. Mox, Vet. Dalec. *ut si qui dormiant*.

CAP. XXI. 1 Vet. Dalec. *navibus*.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *undique terra circumdata igni fervet*, e Theophr. Mox, Vet. Dalec. *ut prim. sud. aquæ mo. fluat canali*. Hoc e cedro in Syria cedrium.

NOTÆ

... Ῥωμαῖοι δὲ τὰξον καλοῦσιν. A Sextii fonte Dioscorides, ut Plinius, hausit. Et smilacem de ilice dici superioris vidimus, cap. 8.

³ *In Arcadia*] Etiam in Narbonensi Gallia, si Dioscoridi fides, loc. cit. ἐν τῇ Ναββωνίᾳ. Apud nos umbra taxi minus aliquanto exitiosa est: dolorem modo capitis facit iis qui diutius sub ea hærent.

^h *Sunt qui et taxica*] Quod ex arbore taxo sagittæ fierent, quæ venenis tingebantur, quibus inde toxicorum, sive taxicorum est appellatio indita. Liber Mirac. S. Martini, laudatus a Du-Cangio in Glossar. verbo, 'Ivus: ' Est autem id genus arboris aptum spiculis et arcubalistis: vulgo enim dicitur Ivus.' Alii ἀπὸ τῶν τόξων toxica credunt appellata, quod iis venenis sagittas barbari tingebant: Diosc. in Alexiph. cap. 20. τὸ δὲ τοξικὸν δοκεῖ μὲν ἀνομάσθαι, ἐκ τοῦ τὰ τόξα τῶν βαρβάρων ὑπ' αὐτοῦ χρίσθαι.

ⁱ *E tæda*] Sexto illo resiniferarum arborum genere, de quo cap. 19. Ex eo ignis vi pix elicitor.

^j *Navalibus*] Ita Mss. hoc est, omni navigiorum generi et instrumento picando.

^k *Alios ad usus*] Quos ipse proferet xxiv. 23.

^l *Lignum ejus*] Hunc picis conficiendæ modum Plinius a Theophrasto hausit Hist. ix. 3. ubi multo prolixius tractatur.

^m *Hoc in Syria*] Nempe hic primus sudor, *Poix vierge*: quod enim primum in omni liquore manat, id præstantissimum. Sic in oleo prima unda preli ceteris antepositur, xv. 2.

ⁿ *Cedrium*] Quoniam Syri ex cedro tantum et terebintho picem urunt; pino, picea, ceterisque resiniferis arboribus carent; teste Theophr. Hist. ix. 3.

^o *Ut in Ægypto*] Hæc Plinius ex Herodoto II. 87. p. 121. adhiberi ad

XXII. Sequens liquor, crassior jam, picem fundit.^a Hæc rursus in cortinas¹ æreas coniecta, aceto spissatur: et coagulata² Brutiae cognomen accepit,³ doliis duntaxat^b vasisque ceteris utilis, lentore^c ab alia pice differens: item colore rutilante,⁴ et quod pinguior est reliqua. Omnia illa^e fiunt e picea, resina ferventibus^f cocta lapidibus,⁵ in alveis validi roboris: aut, si alvei non sint, struis congerie,^g velut in carbonis usu. Hæc in vinum^h additur, farinæ modo tusa, nigrior colore. Eadem resina, si cum aqua le-

//////////

CAP. XXII. 1 Cod. Dalec. *curtinas*.—2 Chiff. *et coagulo*.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *accipit*.—4 Ibid. e Diosc. *colore subruffo*.—5 Ita Harduin. et recent. '*Reliqua illa omni fit e picea, &c.* Chiff. *Reliqua omnia illa e picea resina fervent coacta, &c.* Ms. Lego: *E teda pinus et picea illa fit. Resina ferventibus coquitur, e Diosc.* Dalec, et quod pinguior est. *E teda omnia illa fiunt. E picea resina, &c.* Gronov. et vulgg. *coacta lapidibus* Chiff. Mox,

NOTE

hos usus prodente, τὸ ἐκ τοῦ κέδρου ἄλειφαρ, quam τὴν κεδρὶν vocat. Vide et Diod. Sic. Bibl. lib. 1. pag. 74. et ante ceteros Galenum de Fac. Simp. Med. lib. VII. pag. 187. Mortuorum ita condita cadavera, 'Mumias' et 'Gabbaras' vocant. Et prior illa quidem appellatio vulgaris est, de qua alii satis multa. Posterioris meminit Augustinus Serm. 120. de diversis, cap. 12. 'Ægyptii soli credunt resurrectionem, quia diligenter curant cadavera mortuorum: morem enim habent siccare corpora, et quasi ænea reddere: Gabbaras ea vocant.'

^a *Picem fundit*] Quæ proprie pix appelletur. Nam primus sudor id nomen vix obtinet, liquidior. Hæc pix sicca, quæ e liquida pice decoquitur: Ξηρὰ πλῖσσα Græcis, *Poix seche*. Nonnullis παλιμπισσα, quasi pix iterum cocta, teste Diosc. 1. 97. In Indice libri huius locus iste ita signatur, 'Quibus modis spissa pix fiat.'

^b *Doliis duntaxat*] Non item navallibus, ut liquida. Nam alioqui multos habet in medicina usus, uti dice-

tur XXIV. 23.

^c *Lentore*] Hæc enim visci modo lentescit: qua dote alia pix caret, quæ sicca omnino est. Nam Brutia picis ac resinæ dotes in se colligit. Diosc. loc. cit.

^d *Rutilante*] Diosc. ὑπόκιβρος καὶ ῥητινώδης, *subrutila et resinosa*.

^e *Omnia illa*] Nempe pix liquida, et geminum siccæ genus. Vide Notas et Emend. num. 4.

^f *Ferventibus*] Unde hæc frixa resina vocatur, φρυκτὴ ῥητινή, quam esse eandem cum Colophoniam quidam putant.

^g *Struis congerie*] Confertis congestisque lignis, iisdemque luto caminatis, quo plane modo fieri carbonem antea dictum est cap. 8. Multo hæc fusius Theophrastus Hist. IX. 3. unde ea manarunt, quæ Plinius levi modo manu strictimque perstringit.

^h *Hæc in vinum*] Hæc resina frixa vina condiuntur. Plinius XIV. 24. 'Resina condire musta vulgare est Italiae provinciisque finitimis.'

vius decoquatur coleturque, rufo colore lentescit, ac stillatitia vocatur. Seponunturⁱ autem ad id⁶ fere vitia resinæ cortexque. Alia temperies ad crapulam.^j Namque flos crudus resinæ, cum multa astula⁷ tenui brevique avulsus, conciditur ad cribri minuta,^k deinde ferventi aqua, donec coquatur, perfunditur. Hujus expressum^l pingue præcipua resina fit, atque rara, nec nisi paucis in locis Subalpinae Italiæ, conveniens medicis. Resinæ albæ^m congium in duobus aquæ pluviae coquunt. Alii utilius putant sine aqua coquere lento igne tota die, utique^s vase æris albi. Item terebinthinam in sartagine cinere ferventi,⁹ hanc ceteris præferentes.ⁿ Proxima ex lentisco.

XXIII. (XII.) Non omittendum, apud eodem zopissam⁸

//////////

margo edd. Dalec. et Gronov. *congerie, vel carbonis. Usu hæc, &c.*—6 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. in id Gronov. et al. ante Harduin.—7 'Ita codd. Regg. 1. 2.' Brotier. *assula* edd. vett. et Gronov. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. Codd. Dalec. et Chiffli. *lustula*. Mox, cod. Dalec. *ad cribrum*. *Minuta dein, &c.* Turneb. *ad cribrum in minuta*. 'Lego, *ad cribrum minutum: deinde, &c.* Vet. *ad cribrum deinde minuta; quidam, coquitur ad cibi minuta.*' Dalec.—8 Vet. Dalec. *utrique*.—9 'Ita bene cod. Reg. 2. et Editio princeps. In cod. Reg. 1. et recentioribus editionibus, *in sartagine referventi.*' Brotier.

NOTÆ

ⁱ *Seponuntur*] Ad picandum, inquit, condiendumque vinum, eligitur vestustior, ac minus laudata, quæ instar corticis et crustæ dura est. Vide Notas et Emend. num. 5.

^j *Ad crapulam*] Ad id faciendum quod crapulam vocant ii qui vina condiunt. Est porro flos crudus resinæ, ut diximus XIV. 25. resina ipsa, nuper avulsa arbori, necdum passa cocturam: eadem percocta, quo nunc dicitur modo, crapula nuncupatur. Hæc porro totidem verbis refert Diosc. I. 93. Pro assula, de qua XIII. 49. Mss. *astula* legunt: qua de voce dicemus iterum cap. seq.

^k *Ad cribri minuta*] Ita minutatim conciditur, ut cribro excerni, sive, ut passim loquitur Theod. Priscianus,

'cribellari' possit.

^l *Hujus expressum*] 'Nempe cum coquitur, ut Plinius ait XV. 7. velle-ribus supra halitum ejus expansis, atque ita expressis. In pice quod est ita expressum, florem picis Scribonius Largus appellat, Compos. 40.

^m *Resinæ albæ*] Quæ ad crapulam parandam imprimis expetitur. Quid congius sit vide XIV. 19. Quid æs album XXXIV. 20.

ⁿ *Hanc ceteris præferentes*] Plinius supra XIV. 25. de pice ac resina: 'In Oriente optimam tenuissimamque terebinthi fundunt: deinde lentisci.' Vide et XXIV. 22.

⁸ *Zopissam*] Diosc. I. 98. iisdem verbis: Ζώπισσαν δὲ οἱ μὲν εἶπον τὴν ἐκ τῶν πλοίων ξυομένην ῥήτινην μετὰ τοῦ

vocari derasam navibus maritimis picem cum cera, nihil non experiente vita, multo efficaciorum ad omnia, quibus pices resinæque prosunt, videlicet adjecto salis callo.^b

Aperitur picea¹ c parte^a solari, non plaga,^d sed vulnere ablatis corticis, cum plurimum bipedali hiatu, ut a terra cubito cum minimum absit.^e Nec corpori^f ipsi parcitur, ut in ceteris,^g quoniam astula^h in fructu est.^{b 2} Verum hæcⁱ terræ proxima laudatur: altior amaritudinem affert.^c Postea humor^j omnis e tota confluit in ulcus: item in tæda.^k Cum

^a Qua solem aspicit.

^b Utilitatem habet.

^c Resinam amariorem facit.

//////////

CAP. XXIII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. πεύκη, e Theophr.—2 Da-

NOTÆ

κηροῦ, κ. τ. λ. Hanc in liniendis navibus cum cera miscebant: unde ‘ceratæ puppes,’ apud Ovid. aliosque.

^b Salis callo] Duritie quadam a sale sive marina aqua accepta, et asstringendi, siccandique vi.

^c Aperitur picea] Ad eliciendam resinam. Hæc fere sectio integra a Theophrasto accepta, Hist. ix. 2.

^d Non plaga] Aliud plaga, aliud vulnus est. Plaga, ἐντομή, ubi cutis laxatur, et scinditur. Vulnus, τὸ ἔλκος, quando avellitur, distrahiturque a corpore: est enim ἔλκος ab ἔλκω, traho. Hic ergo vulnus est, cum cortex detrahitur, nec tantum incisione dividitur.

^e Absit] Subintellige, vulnus, et hiatus. Theophr. Hist. ix. 2. Δεπίζουσι δὲ τὸ πρὸς ἡλίον μέρος ἐπὶ δύο ἢ τρεῖς πήχεις ἀπὸ τῆς γῆς.

^f Nec corpori] Nec corticem, inquit, solum vellunt, sed in corpus ipsum, seu caudicem arboris securim impingunt: quoniam quæ inde assula effringitur, eximiturque cum cortice, habet magnos usus.

^g Ut in ceteris] In abiete, pinu, la-

rice, quarum corpori parcitur, ne securis ictu violetur. Theophr. ἐν τῇ ἐλάτῃ, καὶ τῇ πίτυϊ, ubi sui oblitus πίτυος et πεύκης vices dotesque permutat.

^h Astula] Ita Mss. omnes, pro assula. Astulas quoque dixit Plinius Valer. i. 36. ‘Tædas pingues,’ inquit, ‘in astulas concides.’ Hastulam filicis Celsus pariter dixit, v. 26. tit. ‘Curatio gangrænæ.’ Σχίδακας, Diosc. ii. 83. Festus, ‘assulas.’ ‘Fomites,’ inquit, ‘sunt assulæ ex arboribus, dum cæduntur, excussæ.’ Nostris, éclat. Hinc ‘assulatim’ Plautus in Captivis, iv. 2. 51. ‘Aperite hæc ambas fores, Priusquam pultando vel assulatim foribus exitium affero.’ In Mercat. i. 2. 20. ‘At etiam asto? at etiam cesso foribus facere hisce assulas? Aperite aliquis.’

ⁱ Verum hæc] Astula, sive assula.

^j Postea humor] Resinæ, quæ e tota manat arbore, vulnus explet.

^k Item in tæda] Ut e picea, inquit, sic etiam e tæda, sexto nempe illo resiniferarum arborum genere, de quo cap. 19. resina exprimitur: ac simili ratione vulnus coit.

id³ manare desiit, simili modo ex alia parte aperitur, ac deinde alia. Postea tota arbor succiditur, et medulla ejus^m uritur. Sic et in Syriaⁿ terebintho detrahunt cortices, ibi quidem et e ramis, ac radicibus, cum resina^o damnetur ex his partibus. In Macedonia^p laricem masculam urunt, fœminæ radices tantum. Theopompus scripsit, in Apolloniatarum agro picem fossilem,^q non deteriore Macedonica, inveniri. Pix optima^r ubique ex apricis Aquilonis⁴ situ. Ex opacis horridior, virusque præferens. Frigida hyeme,^s deterior, ac minus copiosa, et decolor. Quidam^t arbitrantur in montuosis⁵ copia præstantiorem ac colore, et dulciorem fieri, odorem quoque gratiorem, dum resina sit:⁶ u decoctam^v autem minus picis reddere, quoniam in

lec. corpori ipsi parc. non ut ceteris quoniam assula earum in fructu est.—3 Cum is alii ap. Dalec.—4 Dalec. et Aquilonis.—5 Ita codd. Harduini, et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. montosis Gronov. et vulgg. Mox, cod. Dalec. præstantiorem ac coloratiorem. Paulo post, Dalec. odore quoque gratiore.—6 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. dum

NOTE

¹ Cum id] Ita libri omnes: subintellige, vulnus, seu ulcus.

^m Medulla ejus] Quam arboris cor vocant. Hæc pars faciendis tædis ob pinguitudinem aptissima: ideoque tum uritur. Theophr. loc. cit.

ⁿ Sic et in Syria] Theophr. loc. cit.

^o Cum resina] Cum in Europæ tractu, inquit, resina omnis damnetur, quæ ex piceæ, laricis, abietisque ramis ac radicibus elicatur, in Syria contra laudatur, quæ ex iisdem terebinthi partibus manat. Hic Dalecampius, ut sæpe alias, cespitavit.

^p In Macedonia] Macedones, inquit, ad exprimendam picem e larice, masculam quidem urunt totam: fœminæ radices tantum: hac enim maxime parte resinosa est. Theophr. Οί γε περί Μακεδονίαν οὐδὲ τὴν πεύκην πιττοκαυτοῦσιν, πλὴν ἄλλα ἢ τὴν ἄβρενα τῆς δὲ θηλείας ἐάν τις τῶν ῥιζῶν λάβωσιν

ἅπανα γὰρ ἐνδαδος πεύκη ταῖς ῥιζαῖς.

^q Picem fossilem] Πισσόφαλλον intellexit, cui nomen ex cognatione picis ac bituminis, ut dicemus xxxv. 51. de eo prolixius ibi disputaturi. Picis fodinæ picariæ appellatæ, de quibus Cicero in Bruto, num. 85. ‘Liberi societatis ejus, quæ picarias de P. Cornelio et L. Mummio Censoribus redemisset.’ Et Ulpianus, l. l. Dig. tit. de Verb. Signific. l. Inter publica: ‘Vectigal salinarum, metallorum, et picariarum.’

^r Pix optima] Optima, inquit, quam aprica loca, et Aquiloni ostenta præbent. Hæc iisdem verbis Theophr. loc. cit.

^s Frigida hyeme] ‘Όταν ἰσχυρὸς χειμῶν. Theophrast.

^t Quidam] Theophr. loc. cit.

^v Dum resina sit] Ante nimirum quam in picem coquatur, eo quo dictum est modo, cap. 22. his verbis:

serum^w abeat: tenuioresque^x esse ipsas arbores, quam in planis: sed has et illas serenitate steriliores. Fructum^y quædam proximo anno ab incisu largiuntur, aliæ secundo, quædam tertio. Expletur autem plaga resina, non cortice, nec cicatrice, quæ in hac arbore non coit.

Inter hæc genera proprium⁷ quidam fecere sappium,² quoniam ex cognatione^a earum seritur, qualis dicta est in nucleis:^b ejusque⁸ arboris imas partes tædas vocant, cum sit illa arbor nil aliud, quam picea, feritatis paulum mitigatæ satu; sapinus autem^c materies cæsarum e genere sit,⁹ sicuti docebimus.

XXIV. (XIII.) Materiæ enim causa reliquas arbores natura genuit, copiosissimamque fraxinum. Procera hæc ac teres: pinnata et ipsa^d folio:¹ multumque Homeri præconio, et Achillis hasta^e nobilitata. Materies est ad

//////////

resina sit Gronov. et al. vett.—7 Cod. Dalec. *proprium*. Mox, pro *sappium*, Turneb. *sapinum*; Gronov. et al. ante Harduin. *sapium*.—8 Codd. Dalec. et Chiff. *est nucleis*. *Ejusdemque*.—9 Ita Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ‘*Ms. picea feritatis paulum mitigatæ satu: sappii autem materies cæsa regenerata fit. Lego, e genere sit.*’ Dalec. *picea, feritate paulum mitigatæ satu: s. a. m. c. e genere fiat* Gronov. et vulgã.

CAP. XXIV. 1 Cod. Dalec. *et ipso folio*.—2 Gronov. et al. ante Harduin.

NOTE

¹ ‘Omnia illa fiunt e picea, resina coc-ta.’ Hunc locum Dalecampius ut intelligeret, corruptit.

^v *Decoctam*] Seu frixam, ut diximus c. 22. Hæc Theophrast. totidem verbis, tum Hist. III. 10. tum IX. 2.

^w *In serum*] Ut lac, serescit.

^x *Tenuioresque*] Aliunde hæc Plinius, quam ex Theophrasto, qui tenuiorem resinam fore, non arborem, dixit. Nec tamen abludit a veritate, quod de ipsis nunc arboribus proditur.

^y *Fructum*] Hoc est, resinam. Theophr. Hist. IX. 2.

^z *Sappium*] Ita Mss. Reg. Colb. Thuan. Glossæ: *Sappinus, πεύκη*. Et *Sapinus, πίνυς*.

^a *Ex cognatione*] Ex cognatarum arborum semine, ut piceæ, pinus, laricisque.

^b *In nucleis*] Lib. xv. c. 9. ubi de nucibus pineis, nucleisque dictum est: ubi sappiniæ nucis mentio, nempe e sappio arbore, et e sativa picea.

^c *Sapinus autem*] Sapinus, inquit, non arboris nomen est, sed materiei: e parte nimirum inferiori cæsæ jam abietis, et decorticatæ: sicuti docebimus c. 76. libri hujus. Vide Notas et Emend. num. 6.

^d *Pinnata et ipsa*] Sicuti de abiete diximus c. 19. Fraxinus, *le Frêne*. Pingitur a Dodonæo p. 821.

^e *Achillis hasta*] Apud Homer. Iliad. γ. 277. Πηλιάς ἤϊεν μέλιη. Hinc

plurima utilis. Ea quidem, quæ sit in Ida Troadis, in tantum cedro similis,^{2 f} ut ementes fallat, cortice ablato. Græci duo^g genera ejus fecere: longam, enodem: alteram brevem, duriolem, fusciolemque,^{3 h} laureis foliis. Bumeliamⁱ vocant in Macedonia amplissimam, lentissimamque.^{4 j} Alii situ divisere. Campestrem^k enim esse crispam, montanam spissam.⁵ Folia earum jumentis mortifera, ceteris ruminantium innocua, Græci prodidere.^l In Italia,^m nec jumentis nocent.⁶ Contra serpentesⁿ vero succo expresso ad potum, et imposita ulceribus, opifera, ac nihil æque, reperiuntur. Tantaque^o est vis, ut ne matutinas quidem, occidentesve umbras, cum sunt longissimæ, serpens arbo-

citro similis.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *flaviolemque*, e Theophrast.—4 ‘Theophr. *lentam*: lego, *latissimam*.’ Dalec.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. *levem, montanam, scabram*, e Theophr.—6 Cod. Dalec. *nocet*.—7 Vet.

NOTÆ

apud Ovid. Met. x. 93. ‘Et fraxinus utilis hastis.’ Hodieque oblongiores hastæ, *les Piques*, ex majore fraxino, *βουμελία*, et ex corno fiunt.

^f *Cedro similis*] Id vero Theophrastus, non de *fraxino*, seu *μελία*, sed de *taxo*, quæ *μίλος*, refert. Vide Notas et Emend. num. 7.

^g *Græci duo*] Theophr. totidem verbis Hist. III. 11.

^h *Fusciolemque*] Ita libri omnes: at Theophr. *flaviolem*: *ξανθοτέρα*. Forte Itali cæli solive natura mutatus colos.

ⁱ *Bumeliam*] *βουμελίαν*, quam *fraxinum bubulam* vertit Gaza. Forte, quod fraxini folia ad bonum pabulum repuntur, ita prodente Colum. VI. 3. Ego vero *fraxinum* magnam libentius dixerim: quod in compositionibus, præfixa nomini ea vocula *βου*, significatum ejus vocis auget, ut in *βουσέλινον*.

^j *Lentissimamque*] Teneram, ac flexibilem. Ut ‘lenta salix’ Maroni dicitur.

^k *Campestrem*] Theophr. loc. cit.

^l *Græci prodidere*] Quorum in libris vereor ne *μελίαν* iterum pro *μίλη*, hoc est, pro *taxo*, *fraxinum* legerit. De vi taxi venenata diximus c. 20.

^m *In Italia*] Etiam boum pabulo, ut diximus, fraxinæ frondes, cum ulmeis populeisque, autumno repuntur.

ⁿ *Contra serpentes*] Diosc. I. 108. *περὶ μελίαν, de fraxino. Τῶν φύλλων ὁ χυλὸς, καὶ αὐτὰ σὺν οἴνῳ πινόμενα, καὶ καταπλασσομένα, ἐχιοδήκτοις βοηθεῖ. Foliorum succus, et folia ipsa e vino pota, atque eliam imposita, viperarum moribus opitulantur.* Theod. Priscianus I. 22. ‘de apum percussibus, vel scorpionum, ceterorumque serpentum.’ ‘Et fraxini folia cum vino trita bibenti dantur.’

^o *Tantaque*] Simile est quod de *μίλη* Callimachus affert apud Ælium. Hist. Anim. IX. 27. ut *μίλον* rursum pro *μελία* accepisse Plinius videri possit, hoc est, *taxum* cum *fraxino* confudisse.

ris ejus attingat, adeo ipsam procul fugiat.⁷ Experti prodimus:^p si fronde ea gyroque claudatur ignis et serpens, in ignes potius,⁸ quam in fraxinum fugere serpentem. Miraturæ benignitas, prius quam hæ prodeant, florere fraxinum, nec ante conditas folia dimittere.

XXV. (XIV.) In tilia^q mas et fœmina differunt omni modo. Namque et materies mari^r dura, rufiorque,² ac nodosa, et odorator. Cortex^s quoque crassior, ac detractus inflexibilis. Nec semen fert, aut florem, ut fœmina,^t quæ crassior arbore, materie candida præcellensque est. Mirum^u in hac arbore, fructum a nullo animalium attingi: foliorum^v corticisque succum esse dulcem. Inter corticem ac lignum tenues tuniçæ³ multiplici membrana, e quibus vincula, tiliaë vocantur: tenuissimæ earum⁴ philyræ,^w coronarum lemniscis^x celebres, antiquorum honore.⁵ Materies teredinem non sentit, proceritate perquam modica, verum utilis.



Dalec. fuget.—8 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *gyro claudatur, &c. in ignem potius* Gronov. et vulgg.

CAP. XXV. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *maris* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *flava*, e Theophr.—3 Ita ex codd. Harduinus, Dalec. et recentt. *tenues tunicas* Gronov. et al. vett.—4 Vet. Dalec. *tenuissimum corium*.—5 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *antiquorumque honore* Gronov. et vulgg. *antiquorum hoc honore* cod. Dalec.

NOTÆ

^p *Experti prodimus*] Plane aliter se rem habere, experiundo sibi comperit Charasius contestatur de Viperris, pag. 115. viperam a se nimirum fronde fraxinea circumclusam, statutamque in medio, statim ad eam frondium struem insiluisse, ac sub eas abdidisse se. Alia forte vis est fraxineæ frondi ingenita in Italo solo, cæloque, quam sit in nostro. De Veteronica Plinius idem tradit xxv. 55.

^q *In tilia*] Ex Theophrast. Hist. III. 10. Nostris *Tilleul*, et *tillau*. Græcis *φίλυρα*. Pingitur a Lobelio recte in Observ. p. 606.

^r *Rufiorque*] Theophr. *ξανθή*, quæ vox interdum *rubrum ex flavo* sonat.

Et μοχ, ἔτι δὲ εὐωδέστερον τοῦ τῆς θηλέας τὸ ξύλλον τοῦ ἄρρενος.

^s *Cortex*] Theophr. loc. cit.

^t *Ut fœmina*] Quæ florem et fructum edit. Theophr.

^u *Mirum*] Theophr. Hist. Plant. I. 20. Ὅ δὲ καρπὸς οὐδενὶ βρωτός.

^v *Foliorum*] Theophr. Hist. III. 10. Τὸ δὲ φύλλον, καὶ ὁ φλοῖδος, ἡδέα, καὶ γλυκέα.

^w *Philyræ*] Vetus Horatii interpres, in Oden ult. l. I. ‘Philyra est cortex, nempe tenuissimus, tiliaë arboris.’

^x *Lemniscis*] Vide Turneb. Advers. XVIII. 3. pag. 536. et quæ dicturi sumus XXI. 4.

XXVI. (XV.) Acer^a ejusdem fere amplitudinis, operum elegantia ac subtilitate citro¹ secundum.^b Plura ejus genera. Album,^c quod præcipui candoris, vocatur Gallicum in Transpadana Italia, transque Alpes nascens. Alterum^d genus crispo macularum discursu, qui cum excellentior fuit,² a similitudine caudæ pavonum^e nomen accepit, in Istria Rætiaque præcipuum. E viliori³ genere crassivenium^f vocatur. Græci situ discernunt. Campestre enim candidum esse, nec crispum, quod glinon^g vocant:⁴ montanum vero crispus, duriusque: etiamnum e mascula^h crispus ad latiora opera. Tertium genus zygiam,ⁱ ruben-

CAP. XXVI. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. Chiff. Turneb. et Cujac. cum edd. Harduin. et recentt. *cedro* Gronov. et al.—2 Chiff. *quod quum excellentius fuit.*—3 Ita Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *E viliori* Gronov. et vulgg. *E molliore* cod. Dalec.—4 Chiff. *quod alinon* vocant.

NOTE

^a *Acer*] In Indice, 'aceris genera decem' spondet auctor: nunc fidem datam præstat. Primum enim est, Album seu Gallicum. 2. Pavonaceum. 3. Crassivenium. Deinde genera bina, ex Græcorum campestri, et montano. Quæ genera quinque, si in mare ac fœminam singula dividas, decem omnino efficient. De acere mare Plinius cap. seq. De campestri sexus utriusque, Theophr. Hist. III. 11. De montano item duplice, Plinius ipse plane modo. Græcis σφένδαμνος dicitur: nostris *Erable*.

^b *Citro secundum*] Atlanticæ arbori, de qua diximus XIII. 29. Vide Notas et Emend. num. 8.

^c *Album*] Est acer majus Valerii Cordi de Hist. Plant. III. 5. Nostris *Sycamore*, et quibusdam *Plane*, a similitudine platani: et *Bois blanc*.

^d *Alterum*] *Erable madré*. Dalecampio Hist. Plant. I. 28. opulus montana dicitur. Vidimus in horto Regio. Ovid. Met. x. 95. 'Acerque coloribus impar.'

^e *Pavonum*] Ut acer pavonaceum nuncuparetur. Sic et de citri maculis, XIII. 19. 'Sunt,' inquit, 'et undatim crispæ: majore gratia, si pavonum caudæ oculos imitentur.'

^f *Crassivenium*] Ob crassiorem ac rudiorem venarum macularumque discursum. Idem a Theophr. loc. cit. κλινώτροχον vocatur, seu quod lecti ex eo fierent torno currente, seu quod rotulæ ex eo tornarentur, subjectæ pedibus lectorum.

^g *Quod glinon*] Γλίνον Theophrasto Hist. III. 11. γλείνον eidem, c. 4. Forte vilis acer vox ea sonat; nam Suidæ γλίνη, ῥόπος, sordes.

^h *E mascula*] Hodie quoque lignatores Sequani, inquit Dalec. loc. cit. acer montanum mare fœminaque distinguunt: colore magis flavo in mare, pallidiore in fœmina: ligno in mare duriore, venosiore, magisque crispo: in fœmina laxiore, molliore, solutio-reque, ac minus crispo. Et mas quidem prius floret, quod Plinius quoque agnovit cap. seq. fœmina tardius.

tem, fissili ligno, cortice livido, et scabro. Hoc alii generis proprii esse malunt, et Latine carpinum appellant.

XXVII. (XVI.) Pulcherrimum vero est bruscum, multoque excellentius etiamnum molluscum. Tuber utrumque arboris ejus: ^j bruscum intortius crispum: molluscum simplicius ^k sparsum. Et si ^l magnitudinem mensarum caperet, haud dubie præferretur citro.¹ Nunc intra pugillares, lectorumque silicios,^{2 m} aut laminas raro usu spectatur. E brusco fiunt et mensæ nigrescentes. Reperitur et in alno ⁿ tuber: tanto ³ deterius, quanto ab acere alnus ipsa distat. Aceris mares prius florent. Etiamnum in siccis natæ præferuntur aquaticis, sicut et fraxini. Est et trans Alpes arbor, simillima aceri albo materia,⁴ quæ vocatur staphylo-dendron.^o Fert siliquas, et in iis nucleos, sapore nucis avellanæ.⁵

XXVIII. Inprimis vero materies honorata buxo est, raro



CAP. XXVII. 1 Ita Chiffli. et Cujac. item edd. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. al. et recentt. *cedro* Turneb.—2 Chiffli. *silicios*.—3 Cod. Dalec. *et tanto*.—4 Chiffli. *materie*.—5 Idem codex, *abellanæ*.

NOTÆ

^j *Zygiam*] *Zυγία* Theophr. Hist. III. 11. Carpinum recte Gaza vertit. Vitruvius II. 9. p. 34. 'Item carpinus . . . habet utilissimam tractabilitatem. Itaque Græci, quod ex ea materia juga jumentis comparant, quod apud eos *juga*, ζυγά, vocitentur, item et eam ζυγίαν appellant.' Gallis, *Charme*. A Matthiolo pingitur in Diosc. lib. I. pag. 145. Gallia Vulcano potius quam lautis operibus dicat.

^j *Arboris ejus*] Nempe aceris.

^k *Simplicius*] Recto ac simplice, non crispo aut contorto, venarum macularumque discursu, nec nodis interrupto.

^l *Et si*] Si mensarum ex eo tubere tanti orbis, quanti ex citro, forent, haud dubie citro præferretur id aceris tuber. De magnitudine mensa-

rum citrearum dictum est XIII. 29. De acerna mensa Martialis XIV. 90. Utræque ex arboris suæ tubere factæ.

^m *Silicios*] Ita libri omnes, etiam scripti, et quos terimus, et quos Salmasius vidit, ipso prodente, in Solin. p. 416. Sed latet adhuc ejus vocis significatus, nisi forte pro operimento laminæ, lectis mensivæ addito, accipi quis velit. Quod indicare Plinius videtur, cum subjicit statim, *aut laminas*. Sunt qui *siliceas laminas* hic legant, hoc est, silis colore tinctas, qua voce Plinius iterum abutitur, XXXV. 32.

ⁿ *Et in alno*] *Alnus*, κλήθρα, l'Aune.

^o *Staphylo-dendron*] Pistaciam sylvestrem alii vocant: Galli, *Nez coupés*. Pingitur a Dodonæo, pag. 806. Vidimus in horto Regio.

crispanti, nec nisi radice: cetero lenis quies^p materiæ, silentio quodam, et duritie,^t ac pallore commendabilis: in ipsa vero^q arbore² topiario opere. Tria ejus genera: Gallicum, quod in metas^r emittitur, amplitudinemque proceriorem.³ Oleastrum,^{4,5} in omni usu damnatum, gravem præfert^s odorem. Tertium genus nostrate vocant: sylvestre,⁶ ut credo, mitigatum satu: diffusius, et densitate⁷ parietum virens semper, ac tonsile.^t Buxus Pyrenæis,^u ac Cytoriis montibus plurima, et Berecynthio tractu: crassissima in Corsica, flore non spernendo:⁸ v^v quæ causa^w amaritudinis mellis. Semen illius cunctis animantibus invisum. Hæc in Olympo^x Macedoniae gracilior, sed brevis. Amat^y fri-



CAP. XXVIII. 1 Cod. Dalec. *crispanti, nec nisi radice. De cetero lenis quæ est materia silenti, et quadam duritia.* Gronov. et al. ante Harduin. *crispanti, &c.*—2 Vet. Dalec. *ipsa vero arbor*—3 Cod. Dalec. *amplitude procerius est.*—4 ‘Recte observavit Dalecampius aut Plinium, aut ejus librarium errasse, et legisse ἀγρίελαιον, oleastrum, ubi Theophrastus scripsit ἄγριον ὄλον, totum sylvestre.’ Brotier.—5 ‘Quidam, profert; alii, procul fert; Vet. fert.’ Dalec.—6 Cod. Dalec. *nostrates vocant sylvestre.*—7 ‘Densitati; id est, tegendis densa coma parietibus.’ Dalec.—8 ‘Vet. *florem non ferendo.* Lego, in

NOTÆ

^p *Lenis quies*] Materiei perpetuus lævor, qui et sit enodis, et crispo venarum discursu careat. Et quietem et silentium dici μεταφορικῶς hoc loco palam est. Buxus, *du Bouis*. Græci πύξον vocant.

^q *In ipsa vero*] In arbore, inquit, ipsa, commendabilis maxime quies et patientia topiarii operis exhibendi, natura buxi tonsili.

^r *In metas*] In conum, et acuminatam arborem crescens. Herbarii buxum arborescentem vocant.

^s *Oleastrum*] Genus id est, nomenque buxi humilis, quale a Dodonæo pingitur, Pempt. vi. lib. ii. cap. 22. p. 770. Nisi forte festinatio in legendo nimia Plinium transversum egit, effecitque, ut cum ἄγριον ὄλον totum id sylvestre buxi genus esse apud scriptorem Græcum invenisset, vidisse se ἀγρίελαιον putarit.

^t *Ac tonsile*] Et ‘tonsile buxetum’ Martiali est, III. 58. Tam densum illud, ut in hortis parietum vicem obtineat.

^u *Buxus Pyrenæis*] Et Cyrene quoque, ἐν Κυρήνη, inquit Theophr. Hist. III. 15. quam vocem cum Πυρήνη permutasse incaute Plinium, quidam falso putant. De Cytoro Virgil. Georg. II. 437. ‘Et juvat undantem buxo spectare Cytorum.’ Nos de Berecynthio tractu, v. 29.

^v *Non spernendo*] Ob elegantem speciem, et jucundum colorem, ab apibus adeo non spernitur, ut ultro etiam appetatur.

^w *Quæ causa*] Theophrast. Hist. III. 15. Δὶδὸ καὶ τὸ μέλι οὐχ ἦδὺν, ἕζον τῆς πύξου.

^x *Hæc in Olympo*] Theophr. loc. cit.

^y *Amat*] Theophrast. loc. cit. Φύε-

gida, aprica. In igni quoque duritia, quæ ferro: nec flamma, nec carbone utili.⁹

XXIX. (XVII.) Inter has^a atque frugiferas, materie vitiumque amicitia, accipitur ulmus. Græci duo^b ejus genera novere: montuosam,^{1 c} quæ sit amplior: campestem, quæ fruticosa.^d Italia Atinias vocat excelsissimas,^e et ex iis siccanas præfert, quæ non sint riguæ.² Alterum^f genus Gallicas. Tertium nostrates, densiore folio, et ab eodem pediculo³ numerosiore. Quartum sylvestre. Atiniæ non ferunt samaram:^{4 g} ita vocatur ulmi semen: omnesque radicum plantis^{5 h} proveniunt: reliquæ semine.ⁱ

//////////

Corsica, apibus florem non spernentibus, quæ causa, ' &c. Dalec.—9 Ita Harduin. 1. Miller. et Bipont. In igne q. d. q. f. n. f. n. c. utilis Harduin. 2. et Franz. duritia ferri, nec fl. nec carb. utilis cod. Dalec.

CAP. XXIX. 1 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. recentt. *montosam Gronov. et vulgg.—2 Vet. Dalec. siccanas. præfert quæ non sunt riguæ.—3 Vet. Dalec. surculo.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. samarim Chiffli. samara Gronov. et vulgg.—5 Dalec. radicibus plantarum. Mox, cod. Dalec. reliqua semine.*

NOTÆ

ται δ' ἐν τοῖς ψυχροῖς τόποις καὶ τραχέσι.
Nascitur locis frigidis, asperisque.

^a *Inter has*] Inter sylvestres ac frugiferas. Inter sylvestres quidem, bonitate materiæ: inter frugiferas, affinitate vitium: hæ enim maritantesque ulmis, quæ uvas, racemos, palmitisque sustinent, ac veluti partus suos ostentant. Ulmus, *l'Orme.*

^b *Græci duo*] Theophr. Hist. III. 14.

^c *Montuosam*] Theophr. Ὀρειπτελέα εὐαυξέστερος. Pingitur a Dodonæo Pemptad. VI. lib. IV. cap. 15. pag. 825.

^d *Fruticosa*] Frutici similis, θαμνωδέστερος. Iconem habet Lobelius in Observ. pag. 607.

^e *Italia . . . excelsissimas*] Nempe montuosas, quæ sunt, uti dictum est, ampliores. Siccanæ sunt, in siccis natæ. Sic Colum. II. 17. 'prati duo genera: alterum siccanæum: alterum

riguum.'

^f *Alterum*] Gallicum genus ab Atinia Columella non secernit. 'Ulmo- rum,' inquit, 'duo esse genera convenit: Gallicum, et vernaculum. Illud Atinia, hoc nostras dicitur.' Lib. V. 6. pag. 183.

^g *Samaram*] Quos Plinius hic auctores sequatur, Columella indicat loc. cit. pag. 184. 'Atiniam ulmum,' inquit, 'Tremellius Scrofa non ferre sameram, quod est semen ejus arboris, falso est opinatus: nam rariorem sine dubio creat, et idcirco plerisque sterilis videtur, seminibus inter frondem, quam prima germinatione edit, latentibus.' At enimvero samaram Plinius vocat, non minutum illud semen quod sub foliis latitat, sed majores baccas, quales in ulmo campestri Lobelii delineatæ apparent: quod hæ solæ in satione utiles.

^h *Radicum plantis*] Hoc est, plan-

XXX. (XVIII.) Nunc celeberrimis arborum dictis, quædam in universum de cunctis indicanda sunt. Montes amant^j cedrus, larix, tæda, et ceteræ, e quibus resina gignitur. Item aquifolia,^k buxus, ilex, juniperus, terebinthus, populus,^l ornus,^m cornus, carpinus. Est et in Apennino frutex, qui vocatur cotinus,ⁿ ad linamenta^o modo conchylii colore insignis. Montes et valles diligit abies,^p robor, castaneæ, tilia, ilex, cornus. Aquosis montibus gaudent acer, fraxinus, sorbus, tilia, cerasus.^q Non temere in montibus visæ sunt prunus, Punicæ, oleastri, juglans, morus,^r sambuci. Descendunt^r et in plana cornus, corylus, quercus, ornus, acer, fraxinus, fagus, carpinus. Subeunt et in montuosa^s ulmus, malus, pirus, laurus, myrtus,^s sanguinei



CAP. XXX. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ad *linamenta* vett. edd. et Gronov. ad *lignamenta* Chiffli.—2 Chiffli. *mori*.—3 Ita codd. Harduini et Chiffli.

NOTE

tis cum radice ex ulmario vulsis: ut dicemus xvii. 9. et 15. Columella loc. cit. 'Nemo jam serit ex samera, sed ex sobolibus.'

ⁱ *Reliquæ semine*] Sive samara, quam reliqua, præter Atiniam, genera creant. De his enim Plinius xvii. 15. 'Ulmorum, priusquam folio vestiantur, samara colligenda est, circa Martias Kalendas, cum flavescere incipit.'

^j *Montes amant*] Accepta hæc a Theophrasto Hist. iii. 4.

^k *Item aquifolia*] Parva nempe ilex, de qua c. 12. 'Ἄγπλα hoc loco a Theophrasto nuncupatur.

^l *Populus*] At Theophr. Hist. iii. 1. populum utramque, albam et nigram, lucos et aquas desiderare ait. Notum quoque Maronis carmen, Ecl. vii. 65. 'Fraxinus in sylvis pulcherrima, pinus in hortis, Populus in fluviis, abies in montibus altis.'

^m *Ornus*] Virgil. Georg. ii. 111. 'Steriles saxosis montibus orni.' Ornus ea esse arbor existimatur, quæ

sylvestris fraxinus Columellæ. *Frêne sauvage*. Sed a βουμελία Macedonica discrepat.

ⁿ *Cotinus*] Est ea coriaria cotinus, quam Dodonæus describit ac delineat, Pempt. vi. lib. ii. c. 19. p. 767. et 768. atque in Galliæ plerisque Italiæque montibus reperiri ait. Sabaudi vocant, *du fustet*. Anguillara part. iv. p. 85. *Scotano* ab Italis appellari, radicem tingendis lanis pannisque purpureo colore utilem, tradit. Est et κότινος Græcis, nempe *olca sylvestris*, quæ ab hoc frutice multum discrepat.

^o *Linamenta*] Ad fila tantum vestesque lineas conchylii colore tingendas idoneus. In editis hactenus libris perperam legebatur *linamenta*. In Mss. *lignamenta*.

^p *Diligit abies*] Sic Theophr. Hist. iv. 1.

^q *Cerasus*] Sic Palladius lib. xi. in Octob. tit. xi. pag. 152.

^r *Descendunt*] Theophr. Hist. iii. 4.

^s *Myrtus*] Myrtum montanam Diosc.

frutices,^t ilex, tinguendisque^u vestibus nascentes genistæ. Gaudet frigidis sorbus,^v et magis⁴ etiam betulla.^w Gallica hæc arbor mirabili candore atque tenuitate, terribilis magistratum^x virgis. Eadem circulis flexilis,⁵ item corbium costis.^{6y} Bitumen^z ex ea Galliæ excoquant. In eodem situs comitatur et spina,^{7a} nuptiarum facibus auspicatissi-



cum edd. Harduin. et recentt. *montosa* Gronov. et vulgg.—4 Cod. Dalec. *sed magis*.—5 Ita edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Bipont. *flexibilis* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—6 Ita codd. Harduini, Dalec. Turneb. et Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. *sportis* Gronov. et vulgg.—7 Vet. Dalec. et *pinus*.

NOTÆ

t. 133. reliquis generibus anteponit: etsi Maro canit Georg. iv. 124. esse ‘amantes littora myrtos.’ Et II. 112. ‘Littora myrtetis lætissima.’

^t *Sanguinei frutices*] A colore corticis sanguineo nomen ei frutici inditum: hodieque vulgus *Sanguin* vocat. Joan. de Janua, in Cathol. ‘Sanguinus quædam parva arbor, quod cortex et fructus ejus sit sanguinei coloris: unde sanguinetum, locus ubi abundant sanguini.’ Virgam sanguineam Plinius appellat xxiv. 43. Hæc Theophrasto loc. cit. quem Plinius nunc sequitur, *θηλυκρανεια* est, hoc est, cornus fœmina. A Dodonæo delineatur, pag. 770.

^u *Tinguendisque*] Non genista quælibet, sed quæ a re ipsa ‘genista tinctoria’ nominatur. Describit eam, delineatque Dodonæus, pag. 751. Galli vocant, *Fleur à teindre*, vel *Herbe à jaunir*.

^v *Gaudet . . . sorbus*] Pallad. lib. II. in Januar. tit. 15. p. 44. ‘Amat loca humida, montana, et frigidis proxima, et solum pinguissimum.’

^w *Betulla*] *Du boulevard*.

^x *Magistratum*] Nunc quoque pueros virgis e betulla pædagogi terrent. His Consulares olim fasces plerumque constabant. Consulares, in-

quam: nam, ut recte Plinius, libro superiore, c. 40. fasces Imperatorum laurus decorabat. Nunc betulla baculis præterea scopisque nascitur.

^y *Corbium costis*] Sic Mss. omnes, et quos habemus præ manibus, et quos Turnebus laudat, Advers. iv. 16. p. 118. non *sportis*. Corbium costæ veluti statumina sunt, crassioraque et firmiora vimina, quibus reliqua, quæ tenuiora subtilioraque, firmanatur atque nectuntur. Vide inferius c. 68. Sic ‘navium costas’ Plinius ipse superius dixit, XIII. 19.

^z *Bitumen*] Sane bitumine scatet: et in facibus resinosum quiddam emittit, picis instar nigræ. Matthiol. in Diosc. I. 93.

^a *Et spina*] Non quælibet, sed ea modo, ex qua fieri in nuptiis solitæ faces, hoc est, spina alba: ut Varro testatur de Vita populi Rom. lib. II. apud Non. c. 2. num. 340. Et Festus, verbo ‘Patrimi.’ ‘Patrimi et matrimi pueri prætextati tres nubentem deducunt: unus, qui facem præfert ex spina alba, quia noctu nubebant: duo qui tenent nubentem.’ Ideo autem spina alba adhibita, quod polere ea plurimum in avertendis malis noxis crederetur, teste Nasone Fast. vi. ‘Sic fatus, spinam, qua

ma, quoniam inde fecerint pastores qui rapuerunt Sabinas, ut auctor est Masurius. Nunc facibus carpinus et corylus¹ familiarissimæ.

XXXI. Aquas odere cupressi, juglandes, castaneæ, laburnum.^c Alpina et hæc arbor, nec vulgo nota, dura ac caudida materie, cujus florem cubitalem longitudine¹ apes non attingunt. Odit et quæ appellatur Jovis barba,^d in opere topiario tonsilis, et in rotunditatem² spissa, argenteo folio. Non nisi in aquosis proveniunt salices,^e alni, populi, siler,^f ligustra^g tesseris^h utilissima. Item vaccinia, Italiæ mancupiis³ sata: Galliæ vero etiam purpuræ tinguendæ^j cau-

//////////

CAP. XXXI. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *floris cubitalem longitudinem.* —2 Dalec. *rotunditate.* —3 Ita Turneb. Harduin. et recent. *in aucupiis* Gronov. et al. ante Harduin. ita quodque codd. incuria librariorum. Literæ *m* et

NOTÆ

tristes pellere posset A foribus noxas, (hæc erat alba,) dedit.⁷ Et mox: 'Virgaque Janalis de spina sumitur alba,' &c. Varro denique, in Ætiis, apud Charisium lib. I. p. 117. 'Fax ex spina alba præfertur, quod purgationis causa adhibetur.'

^b *Corylus*] De corylo diximus xv. 24. E coryli genere avellana est.

^c *Laburnum*] Est hoc Dalecampii Laburnum alterum, ab eo pictum Hist. Plant. I. 36. p. 104. De eo plura dicemus xvii. 35.

^d *Jovis barba*] Hic frutex recte a Dalec. pingitur Hist. Plantar. II. 35. p. 194. Nondum in certi nominis Gallica lingua possessionem venit. In Bæterrensi Galliæ agro frequens, ipso teste: et in Italia juxta Livornam, ita prodente Anguillara.

^e *Salices*] *Les saules.* Cato de Re Rust. c. 9. p. 14. 'Salicta locis aquosis, humectis, umbrosis, propter amnes ibi seri oportet.' Virgil. Georg. II. 110. 'Fluminibus salices, crassisque paludibus alni nascuntur.'

^f *Siler*] Fruticem vocat xxiv. 44.

ex quo baculos rustici conficiant, ad serpentes fugandos. Anguillara latifoliam esse salicem putat, cujus e cinere, sulfure, et aphronitro mixtis, pulvis efficitur excutiendis tormentis bellicis. Sed verius fruticem ignotum remur.

^g *Ligustra*] Gallis, *Troënc.* Pingitur a Matthiolo in Diosc. lib. I. p. 170.


^h *Tesseris*] Nempe vel militaribus, vel iis quas Imperatores in publicis largitionibus viritim dabant. His enim frustis ligni quadratis, certa insignitis notatisque forma, qui a principe donati erant, jus eis deinde fuit petendi frumenti publici.

ⁱ *Italiæ mancupiis*] Mss. editique libri, *in aucupiis* præferunt, manifesto errore, quem Turnebus ante nos vidit, Advers. IV. 6. p. 118. Emendationis causam repetit ex Plinii verbis, XXI. 97. quam et nos probamus. Geminum itaque distingui vaccinium a Plinio scito: Italicum alterum, quod mancupiis seratur: alterum Gallicum, sive hyacinthum, qui et

sa⁴ ad servitiorum vestes. Quæcumque^k communia sunt montibus planisque, majora fiunt, aspectuque pulchriora⁵ in campestribus: meliora materie, crispioraque in montibus: exceptis malis, pirisque.

XXXII. (XIX.) Præterea arborum aliis decidunt folia: aliæ sempiterna coma virent. Quam differentiam antecedit necesse est prior. Sunt enim arborum quædam urbaniores,¹ quas his placet nominibus distinguere. Hæ mites,² quæ fructu, aut aliqua dote, umbrarumve officio humanius³ juvant, non improbe dicantur urbanæ.

XXXIII. (XX.) Harum generi^a non decidunt: oleæ, lauro, palmæ, myrto, cupresso,² pinis, hederæ, rhododendro, et (quamvis herba^b dicatur) sabinæ. Rhododendron,^{3c} ut nomine apparet, a Græcis venit. Alii nerion



in, n et u non raro confunduntur in vett. membranis.—4 Ita Harduinus et recentt. ex codd. *purpureæ tingendi causa* cod. Dalec. *purpuram purpuræ tingendæ causa* Chiff. ita quoque Dalecampius, et Turneb. Advers. iv. 16. *purpurea, tingendi causa* Gronov. et vulgg.—5 Chiff. *aspectu pulchrioraque*.

CAP. XXXII. 1 Ita Harduin. et recentt. *arborum quædam omnino sylvestres, quædam urbaniores* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Eæ mites* cod. Dalec. *Ergo mites* Gronov. et al. vett.—3 Dalec. *humanos*. Mox, cod. Dalec. *vivunt, non impr. dicuntur*.

CAP. XXXIII. 1 Dalec. *folia non decidunt*.—2 Chiff. *cupressis*.—3 Ita Mercerus, codd. Dalec. et Chiff. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et

NOTÆ

gladiolus vocetur, de quo dicemus XXI. 97.

^j *Purpuræ tinguendæ*] Sic Mss. omnes. Vitruvius lib. VII. c. ult. p. 148. 'Vaccinium temperantes, et lac miscentes, purpuram faciunt elegantem.'

^k *Quæcumque*] Ex Theophr. Hist. III. 4. 'Ἀπαντα δὲ ὕσα κοινὰ τῶν ὄρων καὶ τῶν πεδίων, μείζω μὲν καὶ καλλίω τῇ ὕψει τὰ ἐν τοῖς πεδίοις γίνονται, κρείττω δὲ τῇ χρήσει τῶν ξύλων καὶ τῶν καρπῶν τὰ ὄρεινά, πλὴν ἀχράδος, καὶ ἀπίου, καὶ μηλέας· αὐταὶ δ' ἐν τοῖς πεδίοις κρείττους, οὐ μόνον τοῖς καρποῖς, ἀλλὰ καὶ τοῖς ξύλοις.'

^a *Harum generi*] Hoc est, mitiorum e genere, et urbaniorum. Accepta hæc a Theophr. Hist. I. 19. Eadem habet auctor Geopon. XI. 1. pag. 305.

^b *Quævis herba*] Herba, inquit, vocatur, inter frutices tamen numeranda. Virgilius in Culice: 'Herbaque thuris opes prisceis imitata Sabinis.' Arborem tamen δένδρον Diosc. vocat I. 104. Sed quoniam pumila est, et coactæ brevitatis, herbam Romani appellaverunt. Dicemus de ea uberius XXIV. 61.

^c *Rhododendron*] Lauream rosam Apuleius vocat. 'Ροδωνίαν Theophr.

vocarunt, alii rhododaphnen, sempiternum⁴ fronde, rosæ similitudine, caulibus fruticosum. Jumentis^d caprisque et ovibus venenum est. Idem homini^e contra serpentium venena remedio.

(XXI.) Sylvestrium^f generis folia non decidunt abieti, larici,^g pinastro, junipero, cedro, terebintho, buxo,^h ilici,ⁱ aquifolio,^j suberi, taxo, tamarici.^k Inter utraque^l genera sunt adrachne in Græcia, et ubique unedo. Reliqua enim folia decidunt his, præterquam in cacuminibus. Non decidunt autem et in fruticum genere cuidam rubo,⁵ et calamo.^m In Thurinoⁿ agro, ubi Sybaris fuit, ex ipsa urbe prospiciebatur quercus una, nunquam folia dimittens, nec ante mediam æstatem germinans. Idque mirum est, Græcis auctoribus proditum, apud nos postea sileri.^o Nam



Franz. *rhododendro. Et quamvis herba dicatur Sabina rhododendron Gronov. et al. vett. Alii ap. Dalec. rhododendro. Et quamvis herba, durant Sabine. Rhododendron.*—4 Vet. Dalec. *sempiterna.*—5 Cod. Dalec. *quibusdam rubo. Et sic Theophr. Hist. i. 15.*

NOTÆ

Hist. i. 15. Diosc. iv. 82. *Νήριον, οἱ δὲ ροδοδάφνη, οἱ δὲ ροδόδεῦδρον θάμνος, κ. τ. λ.* Pingitur a Matthiolo in Diosc. lib. iv. p. 1103. Gallis, *Laurier rose.* Italis *oleandro*, teste Anguillara de Simp. Par. iv. p. 82.

^d *Jumentis]* Diosc. loc. cit. et Galienus de Fac. Simp. Med. pag. 215. Prudentius in Hamartigenia vs. 232.

^e Noxius in teneris sapor æstuat ecce frutetis, Cum prius innocuas tulerit natura cicutas, Roscidus et viridem qui vestit flos rhododaphnen Pabula lascivis dederit sincera capellis.^a

^c *Idem homini]* Diosc. loc. cit.

^f *Sylvestrium]* Accepta hæc a Theophrast. Hist. i. 15. et iii. 4.

^g *Larici]* Melezixæ arbori, quam esse laricem quidam volunt, decidunt hyeme folia: et quidem soli, e coniferis arboribus.

^h *Buxo]* ‘Perpetuoque virens buxus.’ Ovid. Met. x. 97.

ⁱ *Ilici]* Πρίνφ, Theophr. locis cit.

^j *Aquifolio]* Ἀγρίφ, Theophr. Hist. i. 15. De ea diximus c. 12.

^k *Tamarici]* Folia tamarici omnia in hortis nostris hyeme delabuntur. De eo diximus XIII. 37.

^l *Inter utraque]* Inter αἰέφυλλα videlicet, et φυλλοβόλα, ea quæ perpetuo virent, et quibus folia decidunt. Sic Theophr. Hist. i. 15. Δοκεῖ δὲ ἡ ἀδράχνη καὶ ὁ οἶναρος (forte rectius, ὁ κόμαρος) τὰ μὲν κάτω φυλλοβολεῖν, τὰ δ’ ἔσχατα τῶν ἀκρεμόνων αἰέφυλλα ἔχειν. *Folia infima demittunt, cacuminibus perpetuo virent.* De adrachne et unedone diximus XIII. 40.


^m *Et calamo]* Hoc est, arundini. Theophr. loc. cit. τῶν δὲ θαμνωδῶν, βάτος, βάμνος, κάλαμος.

ⁿ *In Thurino]* Hæc a Theophr. loc. cit.

^o *Apud nos . . . sileri]* Recitat tamen Varro de Re Rust. i. 7. pag. 51.

locorum^p tanta vis est, ut circa Memphim Ægypti, et in Elephantine Thebaidis nulli arbori decidant, ne vitibus quidem.

XXXIV. (XXII.) Ceteræ omnes, extra prædictas, (etenim enumerare longum,)¹ folia deperdunt: observatumque non arescere, nisi tenuia, et lata, et mollia. Quæ vero non decidant,² callo crassa,^a et angusta esse. Falsa^b definitio est, non decidere his, quarum succus pinguior sit. Quis enim potest in ilice intelligere? Decidere Timæus mathematicus Sole Scorpionem transeunte, sideris vi, et quodam veneno³ aëris, putat. Cur ergo non eadem causa adversum⁴ omnes polleat, jure miremur. Cadunt plurimis autumno. Quædam tardius^c amittunt, atque in hyemes⁵ prorogant moras. Neque interest^{6d} maturius germinasse: utpote cum quædam primæ germinent, et inter novissimas nudentur: ut amygdalæ, fraxini, sambuci. Morus autem^e novissima germinat, cum⁷ primis folia dimittit. Magna et in hoc vis soli.^f Prius decidunt in siccis macrisque: et vetustæ⁸ prius arbori: multis etiam, antequam matures-



CAP. XXXIV. 1 Gronov. et al. vett. *longum est.*—2 Cod. Dalec. *decidunt.*—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. recentt. *sideris vi, quodam veneno* Gronov. et al. ante Harduin.—4 Chiff. *adversus.*—5 Dalec. *hyemem.*—6 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *Nec interest* Gronov. et vulgg.—7 *Morus item novissime germinat, et cum* Dalec. *novissima* cod. Dalec. *novissime* Gronov. et al. ante Harduin.—8 Chiff. *vetustate.*—

NOTÆ

sed ex Theophrasti libris.

^p *Nam locorum*] Theophr. et Varro locis cit.

^a *Callo crassa*] Corpore, carne, et quadam veluti pulpa.

^b *Falsa*] Theophrastum jure carpit, qui Hist. I. 15. ea perpetuo virere ait, quæ et angustiore folio et pinguitudine quadam prædita essent, et odore jucundo: cum absint hæc dotes ab ilice. Πάντα δὲ καὶ τῶν ἄλλων τὰ ἀείφυλλα, στενοφυλλότερα καὶ ἔχοντά τινα λιπαρότητα καὶ εὐωδία.

^c *Quædam tardius*] Ex Theophr. Hist. I. 15.

^d *Neque interest*] Hæc verbis totidem Theophr. loc. cit.

^e *Morus autem*] Theophr. loc. cit.

^f *Vis soli*] Δοκεῖ δὲ καὶ ἡ χῶρα συμβάλλεσθαι καὶ ὁ τόπος ὁ ἔνικμος πρὸς τὸ διαμένειν, κ. τ. λ. Theophr. loc. cit. In libris quibusdam, *vis Solis*, male: cum sequatur proxime causa ejusce placiti: 'Prius decidunt in siccis macrisque,' &c.

cat fructus. In scrotina ficu,⁹ et hyberna piro, et malo granato est pomum tantum⁸ aspici in matre. Neque his autem,^h quæ semper retinent comas, eadem folia durant: sed subnascentibus aliis, tum arescunt vetera: quod evenit circa solstitia maxime.^{10 i}

XXXV. Foliorum unitas^j in suo cuique genere permanet, præterquam populo, hederæ, crotoni, quam et ciciⁱ diximus^k vocari.

(XXIII.) Populi tria^l genera: alba, ac nigra,^{2 m} et quæ Libyca appellatur, minima folio, ac nigerrima, fungisque enascentibusⁿ laudatissima. Alba³ folio bicolor, superne candicans, inferiore parte viridi. Huic,^o nigræque, et crotoni,⁴ folia in juvena circinatae rotunditatis sunt: vetus-



9 Idem codex, *fico*. Mox, pro *hyberna piro*, margo edd. Dalec. et Gronov. *pyrastro Achrade*, e Theophr.—10 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quod evenit circa solstitium. Maxime foliorum*, &c. Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. XXXV. 1 Vet. Dalec. *ricinum*.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *alba et nigra* alii ap. Dalec. *alba, nigra* Gronov. et vulgg.—3 Cod. Dalec. *evanescentibus. Laudatissima alba*.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ita quoque cod. Dalec. *nigræque et cocam* Chiff. *nigræ*

NOTE

⁸ *Pomum tantum*] Decussis hyeme foliis univervis, arbori adhuc pomum adhaerescit.

^h *Neque his autem*] Theophr. loc. cit.

ⁱ *Circa solstitia maxime*] Ita Mss. omnes. Apud Latinos, qui caste integreque in eloquendo versati sunt, non dicitur solstitium fere, nisi de æstivo. Nam tametsi motus eadem proportio cum hyberno, tamen id Romani nunquam dixere, sed brumam. Theophr. loc. cit. *τοῦτο δὲ περὶ τροπῶν μάλιστα γίνεταί θερινῶς.*

^j *Foliorum unitas*] Idem color, inquit, foliis in suo cuique genere, eadem forma, in juvena, et cum senescunt. At in populo, hederæ, et crotone, sunt diversa. Theophr. Hist. 1. 16.

^k *Cici diximus*] Lib. xv. c. 7.

^l *Populi tria*] Ab his verbis ductum hactenus capitis primordium est: quam inepte, ex totius orationis serie liquet.

^m *Alba, ac nigra*] *Peuplier blanc, et noir*. Libycam vulgo Tremulam vocant, a tremulorum foliorum crepitu strepituque assiduo, *Tremble*. Triplex id populi genus a Dodonæo accurate delineatur, Pempt. vi. lib. iv. c. 14. p. 823. et 824.


ⁿ *Enascentibus*] Ramo, vel caudici adnascentibus.

^o *Huic*] Hoc est, populo albæ. Theophr. loc. cit. *Τῆς δὲ λεύκης, τοῦ κίττου, καὶ τοῦ καλουμένου κρότανος . . . τὰ νέα (φύλλα) περιφερῆ τὰ δὲ παλαιότερα, γωνοειδῆ.*

tiora in angulos exeunt. E contrario hederæ angulosa rotundantur. Populorum foliis grandissima lanugo^p evolat: candidæ, traditæ^q folio numerosiore, candida, et ut villi.^r Folia granatis et amygdalis rubentia.

XXXVI. Mirum inprimis id, quod^t ulmo, tiliæque, et oleæ, et populo albæ, et salici evenit. Circumaguntur^a enim folia earum post solstitium: ² nec alio argumento certius intelligitur sidus confectum.^b

(XXIV.) Est et publica omnium foliorum in ipsis^c differentia.³ Namque pars^d inferior a terra herbido viret colore. Ab eadem^e læviora nervos, callunque, et articulos in superiore habent parte: incisuras vero subter, ut manus humana.^f Oleæ^f superne candidiora, et minus lævia: item



ut crotani Gronov. et vulgg.—5 Ita Harduin. et recentt. ⁶ Ms. lanugo evolat. Candida, &c. est ut intus. Alii, evolat, &c. candida, et ut villi. Folia, &c. Lego, evolat candida, et ut villi. Tradita numerosiora folio candida. Folia, &c. Dalec. lanugo. Evolat candida (tradita folio numerosiore candida) ut intus. Folia, &c. Gronov. et al. vet. et ut villæ folia. Granatis, &c. Chiffi.

CAP. XXXVI. 1 Ita edd. vet. Gronov. Harduin. 1. et Bipont. inprimis quod Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—2 Ita Gronov. et al. vet. item Harduin. 1. Bipont. et Miller. per solstitium Harduin. 2. 3. et Franz.—3 Vet.

NOTÆ

^p Lanugo] Seu βρόν, ut diximus, lib. XII. sect. 62.

^q Candidæ, traditæ] Hoc est, quæ traditur esse folio numerosiore. Ita Mss. Reg. Colb. Th.

^r Et ut villi] In Mss. proxime laudatis, et ut villæ. Forte, et ut uvæ. Nam ut XII. 62. bryon uva populi albæ dicitur.

^a Circumaguntur] Vertunt partes supinas statim post æstivum solstitium: eoque argumento solstitium exactum rustici intelligunt. Theophr. Hist. I. 16. Tractat hoc argumentum uberrime et eleganter Plinius, XVIII. 68.

^b Sidus confectum] Solstitium peractum. Auctor Geopon. IX. 2. p. 219. Προσημαίνει δὲ καὶ τὰς τροπὰς θερινὰς στραφέντα τὰ φύλλα τῆς ἐλαίας, ὡς περ ἢ φιλόρα, καὶ ἢ πετελέα, καὶ ἢ

λεύκη. Causam ejus rei aperit Theophr. de Caus. lib. II. 26. p. 262.

^c In ipsis] In ulmo scilicet, tiliæ, olea, populoque alba, de quibus dictum est proxime. Sic Theophr. Hist. I. 16.

^d Namque pars] Hæc a Plinio verissime pronuntiata: etsi nonnihil is discedere a Theophrasto videatur, Hist. I. 16.


^e Ab eadem] Cum ab inferiore parte læviora sint folia, in superiore nervos habent et callum, et articulos; tenuiores fibras, atque incisuras, seu veluti venas in inferiore: Theophr. loc. cit. Ἴνας καὶ φλέβας, ἐν τοῖς πρηνέσιν, ὡς περ ἢ χεῖρ. Quæ venæ Græco auctori, et Ἴνες, Latino incisuræ appellantur.

^f Oleæ] Theophr. loc. cit. τῆς ἐλαίας δὲ λευκότερα, καὶ ἦτρον λεῖα.

hederæ. Sed omnium folia quotidie ad Solem oscitant,^g interiores^h partes tepeferi voluntia. Superior pars omnium lanuginem quantulamcumque habet, quæ in aliis gentiumⁱ lana est.

XXXVII. In Oriente funes validos e palmæ foliis fieri dictum est,^j eosque in humore utiliores esse. Et apud nos fere palmis a messe decerpuntur. Ex his meliora, quæ sese non diviserint. Siccantur sub tecto quaternis diebus: mox in Sole expanduntur, et noctibus relicta, donec candore^k inarescant, postea in opera finduntur.^l

XXXVIII. Latissima fico,^m viti, platano: angusta myrto, Punicæ, oleæ: capillataⁿ pino, cedro: aculeata aquifolio, et ilicum generi:^o nam junipero^r spina pro folio est: carnosæ cupresso, tamarici: crassissima alno:^p longa arundini, salici: palmæ etiam duplicia:^q circinata piro, mucronata malo, angulosa hederæ, divisa platano: insecta^r pectinum modo piccæ, abieti: sinuosa toto ambitu robori: spinosa



Dalec. est et publica foliorum in omnibus ipsis differentia.—4 Ab eadem leviora. Fibras enim ac venas habent in prona, veluti manus, &c. margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr. 'Negligenter hæc Plinius.' Dalec.

CAP. XXXVII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. donec sub dio cum candore.

CAP. XXXVIII. 1 Cod. Dalec. juniperi; Chiffli. juniperis.—2 Dalec. et ex

NOTÆ

^g Oscitant] Superne convertuntur. Theophr. Πάντα δὲ, ἢ τὰ γε πλείστα, ἐκφανῆ ἔχει τὰ ὕπτια, καὶ ταῦτα γίνεται τῷ ἡλίῳ φανερά.

^h Interiores] Eædem et inferiores, terramque spectant.

ⁱ In aliis gentium] Apud Seras, aliosque, ut dictum est VI. 20.

^j In Oriente . . . dictum est] Lib. XIII. 7.

^k Donec candore] Donec se arida probent candore.

^l In opera finduntur] In funes, vitulinumque nexus, et capitum levia umbracula, uti dictum est loco proxime appellato, XIII. 7.

^m Latissima fico] Hæc maximam partem a Theophr. accepta, Hist. I. 16.

ⁿ Capillata] Vel, ut alibi, capillacea, τριχόφυλλα.

^o Ilicum generi] Hoc est, ilici geminæ, de qua c. 8. diximus.

^p Crassissima alno] Theophr. nervosa dixit, ἰνώδη, Hist. III. 14.

^q Palmæ . . . duplicia] Quamobrem bifidata foliorum palmæ latera vocat, XIII. 7.

^r Insecta] Theophr. Hist. I. 16. εἰσχιστά, καθάπερ τὰ τῆς ἐλάτης, κ. τ. λ. Probe secta, fissaque. Sic. IX. 56. 'pectini insecto' dixit.

cute rubo. Mordacia sunt quibusdam, ut urticis. Pungentia pino, piceæ, abieti, larici, cedro, aquifoliis.^s Pediculo brevi oleæ, et ilici: longo vitibus: tremulo populis, et iisdem solis inter se crepitantia. Jam et in pomo ipso, mali quodam in genere,^t parva mediis emicant folia, interrim et gemina. Præterea aliis^u circa ramos, aliis et in cacumine ramorum: robori, et in caudice ipso.² Jam densa, ac rara, semperque lata rariora. Disposita myrto,^v concava buxo, inordinata pomis. Plura eodem pediculo^w excurrentia malis pirisque. Ramulosa^x ulmo, et cytiso. Quibus adjicit Cato decidua,^y populea,³ quernaque, animalibus jubens dari non perarida: bubus quidem et ficulnea, iligna-que, et hederacea. Dantur et ex arundine, ac lauro. Decidunt sorbo universa, ceteris paulatim. Et de foliis hactenus.

XXXIX. (XXV.) Ordo autem naturæ annuus ita se habet. Primus est conceptus, flare incipiente vento Favonio, circiter fere sextum^a Idus Februarii. Hoc maritantur^b vi-



caudice ipso.—3 Cod. Dalec. a populo.

NOTÆ

^s *Aquifoliis*] Hoc est, et aquifolio simul, et aquifoliæ ilici. De utroque genere diximus, c. 8. et 12.

^t *Mali quodam in genere*] Quod melifolium ex ea re appellatum vidimus, xv. 15.

^u *Præterea aliis*] Hæc etiam Theophr. loc. proxime citato.

^v *Disposita myrto*] Ei præsertim, quam hexastichani vocant, ut diximus xv. 37. a senis foliorum versibus.

^w *Eodem pediculo*] Eodem potius petiolo: nude cum suis pediculis folia plura pendent.

^x *Ramulosa*] Venosa, ut quidem reor: sic enim cytisum Diosc. iv. 113. αἰτ ῥάχυν ἔχειν μελίζοβα, spina dorsi prominentiore esse.

^y *Cato decidua*] Decidua pro *cadua*

dixit paulo licentius. Sic enim Mss. omnes. Catonis verba sunt ea, e c. 5. pag. 11. 'Frondem populneam, ulmeam, querneam cædito: per tempus eam condito, non peraridam, pabulum ovibus.' Et c. 30. p. 28. 'Bubus frondem ulmeam, populneam, querneam, ficulneam, usque dum habebis, dato.' Denique c. 45. p. 42. 'Bubus... si sænum non erit, frondem iligneam et hederaceam dato.' Vide etiam Colum. vi. 3.

^a *Circiter fere sextum*] Ut dictum est II. 47.

^b *Hoc maritantur*] Hoc vento sæcundantur, stimulantur, illiciuntur, invitantur ad conceptum. Sic palmæ mares 'afflatu visque' dicuntur fæminas 'maritare,' XIII. 7.

vescentia e terra: quippe cum etiam equæ¹ in Hispania, ut diximus.^c Hic est genitilis spiritus mundi, a fovendo^{2 d} dictus, ut quidam existimavere. Flat ab occasu æquinotiali, ver inchoans. Catulitionem^{3 e} rustici vocant, gestiente natura semina accipere, eoque animam^f inferente⁴ omnibus satis. Concipiunt variis diebus, et pro sua quæque natura. Alia protinus, ut animalia: tardius aliqua, et diutius gravida partus gerunt: ⁵ quod germinatio ideo vocatur. Pariunt vero cum florent, flosque ille ruptis constat utriculis.^g Educatio⁶ in pomo^h est: hoc, et germinatio, laborum.^{a i}

XL. Flos est pleni veris indicium, et anni renascentis, flos gaudium arborum. Tunc se novas aliasque quam sunt ostendunt: tunc variis colorum picturis in certamen usque

^a Est et hæc educatio, et germinatio, plena laboris.

CAP. XXXIX. 1 Ita codd. Harduini et Dalec. cum Harduin. 1. 2. 3. et recent. *Circiter fere sexto Idus . . . Hoc enim maritantur . . . quo etiam equæ* Gronov. et al. ante Harduin. *vivescentia* Dalec. *quippe cum etiam equæ* codd. Dalec. et Chiff. *quin etiam* Vet. Dalec. *quum etiam* Parm.—2 Cod. Dalec. *a fovendo*.—3 Cod. Dalec. *catulitionem*.—4 Chiff. *eaque animam ferente*; cod. Dalec. *eaque animam inferente*.—5 Cod. Dalec. *egerunt*.—6 ‘Ms. e *promptis constat utriculis. Sed dubitato. Lego, flosque illico ruptis exstat. ἔξισταται.*’ Dalec. *Edubitatio* Chiff. Mox, Vet. Dalec. *pomo. Est et hoc ut germinatio arborum. Flos, &c.* Gronov. et al. ante Harduin. *pomo est: hoc et germinatio. Arborum flos est, &c.* Lectionem nostram ex codd. Regg. Colb. et Thuan. restituit Harduinus, eumque secuti recent.

NOTÆ

^c *Ut diximus*] Lib. VIII. 67.

^d *A fovendo*] Ita Mss. omnes. Græcis pariter Ζέφυρος, qui Favonius est, quasi Ζονφόρος, *vitam afferens*, appellatur. Sic Favonius a fovendo, quoniam foveat sata, ‘genitabilis aura Favoni,’ ut canit Lucretius lib. III. Isidorus Orig. IX. 5. ‘Favonios appellabant, quia quædam animalia Favonio spiritu hausto concipere existimantur.’

^e *Catulitionem*] Mss. Reg. Colb. Th. *Catulionem*. Catulire Grammatici novitii aiunt idem esse atque in Venerem incitari.

Delph. et Var. Clas.

^f *Eoque animam*] Eo vento, scilicet, Favonio.

^g *Utriculis*] Hoc est, calyculis, unde flos erumpit. Ἐλυτρα sunt Dioscoridi, II. 114.

^h *In pomo*] Quamdiu pendet a matre pomum, quasi quædam fœtus educatio intelligitur.

ⁱ *Laborum*] Est nutritio pomi, inquit, est et germinatio arbori, ut fere mulieri partus, et educatio fœtus, plena laboris: flos autem, res plena gaudii. Vide Notas et Emend. num. 9.

Plinius.

7 Y

luxuriant. Sed hoc negatum plerisque. Non enim omnes¹ florent: et sunt tristes quædam, quæque non sentiant² gaudia annorum. Nam neque ilex,^j picea, larix, pinus ullo flore exhilarantur, natalesve pomorum recursus annuos versicolori nuntio promittunt: nec fici,^k atque caprifici. Protinus enim fructum flores gignunt.³ In ficis mirabiles sunt et abortus,⁴ qui nunquam maturescunt. Nec juniperi^l florent. Quidam earum^m duo genera tradunt: alteram florere, nec ferre: quæ vero non floreat, ferre protinus baccis nascentibus,⁵ quæ biennio hæreant. Sed id falsum: omnibusque iis dura facies semper. Sic et hominum multis fortuna sine flore est.ⁿ

XLI. Omnes autem germinant, etiam qui non florent, magna et locorum differentia. Quippe cum ex eodem genere quæ sunt in palustribus priora germinent, mox campestria, novissima in sylvis.^{1 a} Per se autem tardius piri sylvestres, quam cetera.^{2 b} Primo Favonio^{3 c} cornus,⁴ proxime laurus, pauloque ante æquinoctium tilia, acer.

CAP. XL. 1 Cod. Dalec. *plerumque*. Nam nec omnes.—2 Cod. Dalec. *sentiant*.—3 Margo edd. Dalec. et Gronov. *non flores gignunt*.—4 Cod. Dalec. *abortivi*.—5 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *subnascentibus* Gronov. et al. vett.

CAP. XLI. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *in montibus*, e Theophr.—2 Ibid. *quam piri*. ἀχράδες, ἢ ἄπιοι, Theophr.—3 *Ante Favonium* ibid. e Theophr.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *P. F. germinat*

NOTE

^j *Nam neque ilex*] Ilicem tamen florere Theophrastus asseverat, Hist. III. 5. πρῶτος ἀνθεί.

^k *Nec fici*] Macrobius Saturn. II. 16. p. 378. 'Nec hoc ignorandum,' inquit, 'ficum solam ex omnibus arboribus non florere.'

^l *Nec juniperi*] Itane se res habeat, an secus, amplius considerandum Theophrastus admonet, σκεπτέον, Histor. III. 6. Juniperus, *Genévrier*, et *Genièvre*.

^m *Quidam earum*] Sic etiam Theo-

phrastus loc. cit. suffragante nunc quoque in Galliis experientia.

ⁿ *Sine flore est*] Nunquam benigna, aut blande arridens.

^a *Novissima in sylvis*] In montibus. Theophr. Ἐσχάτα δὲ τὰ ἐν τοῖς ὄρεσιν, loc. cit.

^b *Quam cetera*] Quam urbanæ, inquit Theophr. loc. cit. Ἀχράς δὲ μικρῶ ὕστερον τῆς ἀπίου.

^c *Primo Favonio*] Etiam ante Favonium in Græcia, πρὸ ζεφύρου, teste Theophr. loc. cit.

Inter primas^d vero populus, ulmus, salix, alnus, nuces. Festinat^e et platanus. Ceteræ vere cœpturo,^{5 f} aquifolium, terebinthus, paliurus, castanea, glandes.^g Serotino^h autem germine malus, tardissimo suber. Quibusdam geminaturⁱ germinatio,⁶ nimia soli ubertate, aut invitantis cœli voluptate: quod magis in herbis segetum evenit. In arboribus tamen nimia germinatio elassescit.^{7 j}

Sunt aliæ naturales quibusdam, præterque vernas, quæ suis constant^k sideribus, quorum ratio aptius reddetur tertio ab hoc volumine. Hyberna Aquilæ exortu, æstiva Canis ortu, tertia Arcturi. Has duas quidam omnibus arboribus communes putant: sentiri autem maxime in fico, vite, Punicis: causam afferentes, quoniam in Thessalia Macedoniaque plurima tum ficus exeat. Maxime tamen in Ægypto apparet hæc ratio. E reliquæ^l quidem arbores, ut primum cœpere, continuant germinationem: robur, et abies, et larix intermittunt tripartito,^m ac teraa⁸ germina edunt: ideo et ter squamasⁿ corticum spargunt:⁹ quod om-



cornus Gronov. et al. ante Harduin.—5 Vet. Dalec. *concepto*; al. ap. Dalec. *cepto*.—6 'Ita bene Editio princeps. In codd. Regg. 1. 2. et recentioribus editionibus, *geminatur germinatio*.' Brotier. Mox, Chiff. *minima soli ubertate*.—7 Vet. Dalec. *lassescit*.—8 Cod. Dalec. *intermittunt, tripartita ac teraa*.

NOTÆ

^d *Inter primas*] Theophr. loc. cit.

^e *Festinat*] Sic tamen ut paulo serius germinet, quam proxime appellata. Theophr. loc. cit.

^f *Vere cœpturo*] Sic libri omnes. Theophr. *περιεπισταμένου τοῦ ἤρος, incivite vere*.

^g *Glandes*] Vel juglandes scribi necesse est, ex Theophr. loc. cit. qui *καρύα* dixit: vel Jovis glandes intelligendæ.

^h *Serotino*] Theophr. loc. cit.

ⁱ *Quibusdam geminatur* [*germinatur*] Ita Mss. omnes: sincerior tamen lectio haud dubie, *geminatur*.

^j *Elassescit*] Arborum fecunditatem exhaustit, efficitque sæpenuero,

ut fructus suos alternent.

^k *Quæ suis constant*] Quæ certorum exortu occasive siderum eveniant: quorum ratio expediatur uberime xviii. 57. et sequentibus.

^l *Et reliquæ*] Hæc totidem verbis Theophr. Hist. iii. 6.

^m *Intermittunt tripartito*] Ter intermittunt germinationem, terque turgent. *Πεύκην δὲ καὶ ἐλάτην καὶ δρῦν διαλέπειν καὶ τρεῖς ὁρμὰς εἶναι καὶ τρεῖς ἀφιέναι βλαστούς*. Theophr. loc. cit. En rursus *δρῦς* Plinio robur est, abies *ἐλάτη*, *πέυκη* larix, ut diximus. Sed *melezia*, quam laricem esse eruditi volunt, non intermittit.

ⁿ *Idco et ter squamas*] Ter corticem,

nibus arboribus in germinatione evenit, quoniam prægnantium rumpitur cortex. Est autem prima^o earum incipiente vere, circiter xv. diebus. Iterum germinant transeunte Geminos^p Sole. Sic fit, ut prima¹⁰ q cacumina impelli secutis appareat, geniculato incremento. Tertia est earundem ad solstitium brevissima, nec diutius septenis diebus. Clareque et tunc cernitur excrescentium cacuminum articulatio.^r Vitis sola bis parturit:^s cum primum emittit uvam: iterum cum digerit. Eorum quæ non florent partus tantum est et maturitas. Quædam statim in germinatione florent, properantque celeriter, sicuti morus,^t quæ novissima urbanarum germinat, nec nisi exacto frigore: ob id dicta sapientissima arborum. Sed cum cœpit, in tantum universa germinatio crumpit, ut una nocte peragat, etiam cum strepitu.¹¹

XLII. Ex his, quæ hyeme Aquila exoriente (ut diximus)^a

—9 ‘*Διδὸ καὶ τριόλοιποι, tergenitali succo turgent.* Plinius legit, *τριόλοιποι.* Dalec.—10 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. ut quima Gronov. ut summa alii ap. Dalec.—11 Chiffi. *sterritu.*

NOTE

qui squamarum instar est, genitali, qui interlabitur insinuatque sese, humore respergunt: quod in unaquaque germinatione evenire vel ex eo intelligitur, quod tum facile cortex absistat, detrahaturque corpori. Hæc plane mens Theophrasti, Pliniique, quæ interpretes hactenus male vexavit. Vide Notas et Emend. num. 10.

^o *Est autem prima*] Alia ratio est Græciæ, quam Theophr. explicat, loc. cit. alia Italiæ, quam Plinius nunc declarat.

^p *Transeunte Geminos*] Theophr. loc. cit. *περὶ τὴν Σικιῶφοριῶνα λέγοντα.* Vide quæ dicturi de mensibus Græcis sumus, xvii. 37. circa finem.

^q *Sic fit, ut prima*] Priora cacumina sequentibus, quæ adnascuntur, apparet impelli: et articulis quibus-

dam seu nodis incrementa distinguuntur. Ruellius de Nat. Stūrp. l. i. p. 29. legit ita: ‘Sic fit ut, dum prima cacumina propellantur, se cutis aperiat,’ &c. Sed male.

^r *Articulatio*] Genuculatum cacuminum incrementum, ut dictum est proxime. Fit illud, cum cacumina crescunt ramorum, medulla ante se tendente, et novam impellente materiam, ut dicitur xvii. 35.

^s *Vitis... bis parturit*] Bis germinat.

^t *Sicuti morus*] Quæ propter frigiditatem soli tarde germinat, eadem propter debilitatem cito maturat. Theophr. de Caus. i. 21. Vide quæ dicturi de moro sumus, xviii. 67.

^a *Ut diximus*] Cap. sup.

concipiunt, floret prima omnium amygdala mense Januario: Martio vero pomum maturat.¹ Ab ea proxime florent Armeniaca,^b dein tuberes, et præcoces:^c illæ peregrinæ, hæ coactæ.^d Ordine autem naturæ, sylvestrium primæ sambucus,^e cui medulla plurima: et cui nulla, cornus mascula. Urbanarum, malus: parvoque post, ut simul videri possit, pirus, et cerasus, et prunus. Sequitur laurus, illamque cupressus: dein Punica, fici. At vites et oleæ florentibus jam iis germinant. Concipiunt Vergiliarum exortu.^f Hoc sidus illarum est. Floret autem solstitio vitis, et, quæ paulo serius incipit, olea. Deflorescunt omnia septenis diebus, non celerius: quædam tardius, sed nulla pluribus bis septenis. Omnia et intra VIII. Idus Julii etesiarum præcursu.^g

XLIII. (XXVI.) Nec statim fructus sequitur in aliquibus. Cornus enim^h circa solstitia reddit primo candidum, postea sanguineum. Ex eo genere foemina post autumnum fert baccas acerbis, et ingustabiles cunctis animantibus: ligno quoque fungosa et inutilis,ⁱ cum mas e fortissimis quoque sit: tanta differentia ab eodem genereⁱ fit. Sed et terebinthus² messibus^j reddit semen, et acer, et fraxinus: nuces, et mala, et pira, præterquam hyberna, aut præcocia,

CAP. XLII. 1 Cod. Dalec. *pomo matura.*

CAP. XLIII. 1 'Ms. *fungoso et inutili.*' Dalec.—2 Margo edd. Dalec. et

NOTE

^b *Armeniaca*] Scilicet prunus, de qua xv. 12.

^c *Præcoces*] Nempe præcocia Persica, de quibus xv. 11.

^d *Hæ coactæ*] Ad velociorem maturitatem arte evocatæ, præter insitam a natura indolem.

^e *Sambucus*] *Du surcau*, arbor notissima, et passim in dumetis obvia.

^f *Vergil. exortu*] De quo, xviii. 66.

^g *Etesiarum præcursu*] Sic plane ut etesiarum ortum anteveniant: qui

ortus incidit in VIII. Kalend. Aug. ut dicitur xviii. 68.

^h *Cornus enim*] Hæc mutuatus ad verbum a Theophr. Hist. III. 6. *Κρανελα μὲν . . . περὶ τροπὰς θερμὰς, κ. τ. λ.*

ⁱ *Ab eodem genere*] Tanta est, inquit, in sexu differentia, vel in arboribus etiam ejusdem generis. Theophr. *Τοσαύτη δὲ ἡ διαφορά περὶ ἄμφω.*

^j *Sed et . . . messibus*] Theophr. *περὶ πυροῦ ἄμνητόν, circa messem tritici.*

autumno.^k Glandiferæ^l serius etiamnum, Vergiliarum occasu:^m æsculus³ tantum autumnno. Incipiente autem hyeme quædam genera mali, pirique, et suber. Abies floresⁿ croci⁴ colore circa solstitium, semen reddit post Vergiliarum occasum. Pinus autem^o et picea præveniunt germinatione quindecim fere diebus.⁵ Semen vero^{6p} post Vergilias et ipsæ reddunt.

XLIV. Citreæ,^q et juniperus, et ilex, anniferæ^r habentur:^a novusque fructus in his cum annotino pendet.² In maxima tamen admiratione pinus est: habet fructum maturescentem: habet proximo anno ad maturitatem venturum, ac deinde tertio. Nec ulla arborum avidius se promittit. Quo mense ex ea nux decerpitur, eodem maturescit alia: et sic dispensatur, ut nullo non mense maturescant. Quæ se in arbore ipsa divisere, azaniæ vocantur:^{3r} læduntque ceteras, nisi detrahantur.

^a *Toto anno ferre fructum existimantur.*

//////////

Gronov. fit. *Et terebinthus.*—3 Vet. Dalec. *præcocia. Autumnno glandiferæ: serius etiamnum Vergiliarum occasu. Æsculus.*—4 Vet. Dalec. *cocci. Mox, semen vero reddit* Vet. Dalec.—5 Cod. Dalec. *XV. diebus.*—6 *Semen vere* Chiffi.

CAP. XLIV. 1 *Cedri et juniperi, et ilex annuæ fere* Vet. Dalec.—2 Cod. Dalec. et Vet. ejusdem, *autumno pendet.*—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. Miller. Bipont. et Franz. *zamiæ vocantur* Gronov. et vulgg.

NOTÆ

^k *Et acer ... autumnno]* Hæc pariter omnia Theophr. loc. cit.

^l *Glandiferæ]* Ut robur, et castanea, δρῦς καὶ Διὸς βάλανος, Theophr.

^m *Vergiliarum occasu]* De quo XVIII. 59.

ⁿ *Abies flores]* Theophr. loc. cit. Καὶ τῆς γε ἐλάτης ἄνθος κρόκινον, κ. τ. λ.

^o *Pinus autem]* Theophr. Πεύκη δὲ καὶ πίτυς προτεροῦσι τῇ βλαστήσει μικρόν, κ. τ. λ.

^p *Semen vero]* Theophrast. loc. cit. Μετὰ Πλειάδα, hoc est, μετὰ δύοσιν Πλει-

άδος.

^q *Citreæ]* De citreis jam verissime superius affirmavit XII. 7. De junipero et ilice, accepit a Theophr. loc. cit.

^r *Azaniæ vocantur]* Hoc est, exarescentes, ab ἀζάνω, exaresco, vel ab ἀζαίνω, exsicco, quod vel siccitate æris vel longiore mora in arbore factæ aridiores dehiscant nuces eæ pineæ. Ita porro Mss. Reg. Th. Colb. Chiffi. non Zamia;

XLV. Fructum arborum solæ nullum ferunt, hoc est, ne semen quidem, tamarix^s scopis tantum nascens, populus,^t alnus,^u ulmus Atinia,^v alaternus,^w cui folia inter ilicem et olivam. Infelices^x autem existimantur, damnatæque religione, quæ neque seruntur unquam, neque fructum ferunt. Cremetius¹ auctor est, nunquam virere arborem, ex qua Phyllis^y se suspenderit. Quæ gummi² gigaunt, post germinationem aperiuntur: ^z gummi vero non nisi fructu detracto spissatur.

XLVI. Novellæ arbores carent fructu quamdiu crescunt. Perdunt facillime^a ante maturitatem palma, ficus, amygdala, malus, pirus: item Punica, quæ etiam roribus nimiis et pruinis florem amittit. Qua de causa inflectunt ramos ejus, ne subrecti¹ humorem infestum excipiant, atque con-



CAP. XLV. 1 Cremetius cod. Dalec.—2 Chiff. *gummini*.

CAP. XLVI. 1 Codd. Dalec. et Chiff. *subtecti*.—2 Ita codd. Hardnini et

NOTÆ

^s *Tamarix*] Nempe sylvestris, et nostras, quæ plane est sterilis, ut dicitur XXIV. 42. non sativa, quæ in Ægypto Syriaque fert fructum.

^t *Populus*] Alba nimirum, λεύκη. Nam nigrae semen in comitialibus morbis ipse commendat, XXIV. 32.

^u *Alnus*] Alnos in Creta fructum ferre scribit auctor libri de Mirab. Auscult. p. 1155. Apud nos oblongum quiddam emittit, ex multis compactum squamulis, quod pro fructu habetur: iis dehiscentibus semen autumnum excidit.

^v *Ulmus Atinia*] Diximus de ea ulmo c. 29.

^w *Alaternus*] Et hanc Macrobius inter infelices arbores reponit, Saturn. II. 16. p. 378. A Clusio pingitur, Hist. Plant. I. 33. p. 50. Gallis *Alaterne*. Plura ejus sunt genera in horto Regio.

^x *Infelices*] Felices arbores vocant, quæ fructum ferunt: infelices, quæ

non ferunt. Livius I. V. p. 95. 'Nulla felix arbor, nihil frugiferum in agro relictum.'

^y *Ex qua Phyllis*] Fuit hæc Lycurgi Thraciæ regis filia, quæ Demophonta Thesei regis Atheniensis ex Phædra filium amavit, exceperitque e Trojano bello redentem. Is cum Athenas ad componenda regni negotia reversus illie longiores contra datam fidem traheret moras, Phyllis, se spre tam rata, amoris impatientia vitam laqueo finivit, et in arborem amygdalum foliis carentem est mutata. Reversus deinde Demophoon, cum arborem amplexus esset, illa sponsi adventum veluti sentiens emisit folia, quæ ab ejus nomine φύλλα deinde dicta sunt, quæ prius πέταλα dicebantur. Vide Hygin. fab. 243.

^z *Aperiuntur*] Debescunt, ut gummi emittant.

^a *Perdunt facillime*] Theophr. Hist. II. 9.

tineant. Pirus et amygdala,^b etiamsi non pluat, sed fiat Austrinum cœlum, aut nubilum, amittunt florem et primos fructus, si, cum defloruere, tales dies fuerint. Ocyssime autem salix^c amittit semen, antequam omnino maturitatem sentiat, ob id dicta Homero^d frugiperda: secuta ætas^{2 e} scelere suo interpretata est hanc sententiam, quando semen salicis mulieri sterilitatis medicamentum^f esse constat. Sed in hoc quoque providens natura facile nascenti, et depacto³ surculo,^g incuriosius semen dedit. Una tamen^{5 h} proditur ad maturitatem perferre solita, in Creta insula, ipso descensu Jovis speluncæ, torvum ligneumque, magnitudine ciceris.

XLVII. Fiunt vero quædam loci¹ vitio infructuosa, sicut in Paro sylva cædua, quæ nihil fert. Persicæ² arboresⁱ



Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *sequitaque ætas* Gronov. et al. ante Harduinum.—3 Vet. Dalec. *ex depacto*.—4 Cod. Dalec. *semen reddit*.—5 *Una tantum* Vet. Dalec.

CAP. XLVII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. ita quoque Chiffi, *ut in loci* Vet. Dalec. *quædam et loci* Gronov. et vulgg.—2 *Persææ* margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.

NOTÆ

^b *Pirus et amygdala*] Plinius ipse XVII. 2. ‘Adeo ut amygdalæ et piri, etiam si omnino nubilum fuit, Austri-nusve flatus, amittant fætus.’

^c *Ocyssime . . . salix*] Ex Theophr. Hist. III. 2. quod Plinius ipse iterum repetit, XXIV. 38. Id porro semen, quod in araneam abit, ante quam per-coquatur, etsi Theophr. καρπὸν appel-lat, Galenus, Ægineta, et alii, malunt florem vocare.

^d *Homero*] Odyss. K. 510. Μακρὰ τ’ αἴγυροι, καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρποι. Ubi Didymus Interpres: ὠλεσίκαρποι ἐπειδὴ τὸ ἔνθος ἀποβάλλουσιν· ἢ ἐπεὶ οἱ πίνοντες ἄνθος ἰτέας, ἀγονοὶ διαμένουσι. Quoniam florem amittit: vel quod in potu sumtus sterilitatem inducit.

^e *Secuta ætas*] Theophrastus ἐν φυ-τικοῖς, citante Didymo loc. cit. De-

mocritus in Geopon. XI. 14. p. 312. ubi Homericus versus ita scribitur, Κλῆθρα τ’, αἴγυροι, καὶ ἰτέαι ὠλεσίκαρ-ποι. Diosc. I. 136. Ælian. Hist. Ani-mal. IV. 23. ac Plinius ipse rursus XXIV. 38.

^f *Medicamentum*] Φάρμακον, quod sterilitatem affert.

^g *Et depacto surculo*] Cum vel de-pacto, inquit, in terram nulla fere arte, vel cultura, facile hæc nascatur arbos, indiligentius ei natura semen dedit, quod vix perfert ad maturita-tem.

^h *Una tamen*] In ejusdem speluncæ aditu fuisse et populum nigram, quæ fructum ferret, scribit Theophr. Hist. III. 5.

ⁱ *Persicæ arbores*] Id jam superius memoratum xv. 13. Idem de arbore

in Rhodo florent tantum. Fit hæc differentia et ex sexu :^j in iisque mares non ferunt. Aliqui hoc^k permutantes, mares esse, quæ ferant, tradunt. Facit et densitas sterilitatem.

XLVIII. Gignentium^l autem quædam et lateribus ramorum, et cacuminibus ferunt : ut pirus, Punica, ficus, myrtus : cetero^m eadem natura, quæ frugibus. Namque et in eis spica in cacumine nascitur, legumina in lateribus.² Palma sola (ut dictum est)ⁿ in spathis habet fructum, racemis propendentem.

XLIX. Reliquis sub folio pomum, ut protegatur, excepta fico, cui folium maximum umbrosissimumque, et ideo supra id pomum : ei demum serius folium^r nascitur, quam pomum. Insigne proditur in quodam genere Ciliciæ, Cypri, Helladis, ficos sub folio,^o grossos vero post folium nasci.² Ficus et præcoces^p habet, quas Athenis prodromos vocant. In Laconico genere maxime sunt.^q



CAP. XLVIII. 1 Cod. Dalec. *ceteris*.—2 *Namque ut eis sp. in cac. nasc. ita legumini siliqua in lateribus* Vet. Dalec.

CAP. XLIX. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. item Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et demum inferius folium* cod. Dalec. *eidemque serius folium* Gronov. et vulgæ.—2 Cod. Dalec. *supra folium nasci*.

NOTÆ

Persea Theophrastus, Hist. III. 5. quoniam arbos utraque Ægypti indigena fuit.

^j *Fit hæc . . . et ex sexu*] Ex Theophrast. Hist. III. 6.

^k *Aliqui hoc*] Theophr. loc. cit.

^l *Gignentium*] Accepta hæc a Theophrasto Hist. I. 23.

^m *Cetero eadem natura*] Cetero constant hæc arbores eadem natura, quæ frugibus inest. Namque et in ipsis frugibus spica est in cacumine, ut in frumento; legumina sunt in lateribus, ut in faba. Hæc Plinius vere, sed alio ex fonte, quam ex Theophrasto.

ⁿ *Ut dictum est*] Lib. XIII. 7. ubi

spathas, quæ vox Græca est, palmites transtulit. Pollux lib. I. cap. ult. ἐξ οὗ κρεμῶνται οἱ βάλανοι, σπάθη.

^o *Ficos sub folio*] Hoc est, infra folium. Grossos vero post folium, hoc est, a tergo foliorum, et, uti nos loquimur, supra folia. Hæc quoque recitat Athenæus ex Theophrasto, lib. III. p. 77. τὸ μὲν σῶκον ἐμπροσθεν φέρει τοῦ φύλλου τὸν δὲ ἕλυνθον ἐξόπισθεν. Grossus est pomum serotinum, vel raro, vel nunquam maturescens.

^p *Ficus et præcoces*] Theophr. de Causis v. 1. et in hoc argumento habitat, et causas ejus rei investigat.

^q *In Laconico . . . maxime sunt*] Vide Notas et Emend. num. II.

L. (XXVII.) Sunt et biferæ^a in eisdem. In Cea^b insula caprifici triferæ sunt. Primo fœtu sequens evocatur, sequenti tertius: hoc fici^c caprificantur. Et caprifici autem ab adversis foliis^d nascuntur. Biferæ et in malis ac piris quædam, sicut et præcoces. Malus sylvestris biferæ. Sequens ejus fructus post Arcturum^e in apricis maxime. Vites quidem^f et triferæ sunt, quas ob id insanas vocant: quoniam in iis alia maturescunt, alia turgescunt, alia florent. M. Varro^g auctor est, vitem fuisse Smyrnæ apud Matroum^h biferam,ⁱ et malum in agro Consentino. Hoc autem evenit perpetuo in Tacapensi² Africæ agro, de quo plura alias:ⁱ ea est soli fertilitas. Trifera est et cupressus. Namque baccæ ejus colliguntur mense Januario, et Maio, et Septembri: ternasque earum^j gerit³ magnitudines.

Est vero et in ipsis arboribus etiam onustis peculiaris differentia. Summa sui parte^k fertiliores, arbutus,⁴ quercus: inferiore, juglandes, fici mariscæ.^l Omnes, quo magis



CAP. L. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller, Bipont, et Franz. *apud matrem biferam* cod. Dalec. *apud Matream biferam* Vet. Dalec. *apud matream antriferam* Chiff. *apud mare biferam* Gronov. et vulgg.—2 *Venesi* Chiff.—3 'Vet. gerunt; Chiff. generit. Forte, generis.' Dalec.—4 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *fertilior est arbutus* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *fici, mariscæ*

NOTE

^a *Sunt et biferæ*] In ficibus, ut dictum est xv. 19.

^b *In Cea*] 'Εν Κέα, Theophr. de Plantis lib. II. apud Athen. lib. III. p. 77.

^c *Hoc fici*] Hoc nempe tertio caprifici fœtu fici urbanæ caprificantur, quo dictum est modo xv. 21.

^d *Ab adversis foliis*] Supra folia, ut fici: non sub ipsis, ut reliqua poma.

^e *Post Arcturum*] Μετ' Ἀρκτοῦρον, Theophr. Hist. I. 23. post Arcturi exortum, de quo dicemus XVIII. 74.

Vites quidem] Theophr. de Causis

I. 11. p. 211.

^g *M. Varro*] De Re Rust. I. 7. pag. 51.

^h *Apud Matroum*] Matris Deum Cybeles fanum. Vide Notas et Emend. num. 12.

ⁱ *Plura alias*] Lib. XVIII. 51.

^j *Ternasque earum*] Tergemina est, inquit, magnitudinis baccarum differentia.

^k *Summa sui parte*] Vide Notas et Emend. num. 13.

^l *Fici mariscæ*] De his egimus xv. 19.

senescunt, hoc maturius ferunt, et in apricis locis, nec pingui terra. Sylvestriora^m omnia tardiora. Quædam ex iis omnino nec maturescunt.⁵ Item quæ subarantur,ⁿ aut quæ ablaqueantur, celeriora neglectis: hæc et fertilia.^o

LI. Est etiamnum¹ ætatis differentia. Amygdala enim et pirus in senecta fertilissimæ: ut et glandiferæ,² et quoddam genus ficorum. Ceteræ in juvena, tardiusque maturantes: quod maxime notatur in vitibus. Vetustioribus enim vinum melius: novellis copiosius. Celerrime vero senescit, et in senecta deteriore fructum gignit malus: namque et minora poma proveniunt, et vermiculis obnoxia. Quin et in ipsa arbore nascuntur. Ficus sola ex omnium arborum foetu maturitatis causa medicatur:³ jam quidem ex portentis,^q quoniam majora sunt pretia præposteris. Omnia autem celerius senescunt præfecunda.^r Quin et



Gronov.—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. recentt. *non maturescunt* Gronov. et al. ante Harduinum.

CAP. LI. 1 *Et etiamnum* Vet. Dalec.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ut glandiferæ* Gronov. et vulgg.—3 Cod. Da-

NOTE

^m *Sylvestriora*] Tardius ea fructus suos perficiunt. Theophr. Hist. III. 3. Περαινει γὰρ ὀψιατρον.

ⁿ *Item quæ subarantur*] Subarare, est subtus arando terram movere: idem fere quod ablaqueare.

^o *Hæc et fertilia*] Nempe, quæ subarantur. Nam, ut paulo post ipse verissime, ‘Omnis cura fertilitatem adjicit.’

^p *Medicatur*] Sparso ad radices hordeo milioque, terraque obruto. Qua arte ficus præsertim humiles ac pumilæ in vasis fictilibus satæ nutriuntur: et citius eæ, quam reliquæ, germinant, et fructum edunt. Neque enim de caprificatione hic sermo, ut Dalecampius est arbitratus.

^q *Ex portentis*] Portentosæ, inquit, cujusdam luxuriæ est, majore esse in pretio eas quæ sic medicatæ coguntur ad maturitatem, ac præpostere nec legitimo tempore perficiuntur; cum sint eæ minus salubres. Plinius iterum XXIII. 63. ‘Novissimæ ficus salubriores, quam primæ: medicatæ vero, nunquam.’ Dalecampius hallucinatur, qui præposteras hoc loco novissimas putat esse.

^r *Præfecunda*] Quorum coacta medicamentis fecunditas est, quæ domini aviditas ad fertilitatem celerius quam par est evocat. Simili fato, similique forte de causa, ‘senilis prudentia præmaturæ mortis signum est,’ ut ait Plinius VII. 52.

protinus moriuntur aliqua, cœlo^s fœcunditatem omnem eblandito: quod maxime vitibus evenit.

(XXVIII.) Contra morus tardissime senescit, fructu⁴ minime^t laborans. Tarde et quorum crispa materies: ut acer, palma, populus. Et subarata ocyus senescunt.

(XXIX.) Sylvestria autem tardissime. Atque in totum, omnis cura fertilitatem adjicit, fertilitas senectam: ideo et præflorent talia,^u et prægerminant, atque in totum⁵ præcocia fiunt: quoniam omnis infirmitas cœlo magis^v obnoxia est.⁶ w

LII. Multæ vero plura gignunt, ut diximus^a in glandiferis: inter quas laurus uvas suas:^b maximeque^c sterilis, quæ non gignit aliud: ob id a quibusdam mas existimatur. Ferunt et avellanæ iulos^d compactili callo, ad nihil utiles.

(XXX.) Plurima vero buxus. Nam et semen suum, et granum, quod cratægum¹ e vocant, et a septemtrione vis-



lec. causam meditatúr.—4 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. *fructus* Chiffli. *fructibus* Gronov. et vulgg.—5 Cod. Dalec. *et quæ germinant tota*.—6 Cod. Dalec. *accidit*; Chiffli. *occidit*.

CAP. LII. 1 'Theophrastus, Hist. Plant. III. 15. mox post buxum egit de cratago. Inde, ut recte observat Dalecampius, error Plinii, qui buxi granum appellavit *cratægum*.' Brotier. Vet. Dalec. et Chiffli. *crategum*; Gronov. et al. ante Harduin. *carthegon*.

NOTE

^s *Cælo*] Cæli et aëris benignitate ad fœcunditatem arbores invitante.

^t *Fructu minime*] Ita Reg. 2. et alii. Reg. 1. Colb. Th. *fructus*. Hand multum, inquit, in edendo fructu morus laborat: ideo tardius senescit.

^u *Præflorent talia*] Nempe sylvestria.

^v *Cælo magis*] Cæli vires affectionesque sentit.

^w *Magis obnoxia est*] Mss. Reg. Th. Colb. &c. *magis oboccidit*.

^a *Ut diximus*] A c. 9. ad c. 14.

^b *Uvas suas*] Quiddam uvæ simile.

^c *Maximeque*] Et sativa quidem,

inquit, et sterilis: sed hæc maxime quæ fructum alium nullum gignit.

Theophr. Hist. III. 8. 'Ἡ δὲ δάφνη τὸ βοτρυδίων' φέρεi μὲν καὶ καρποφόρος, εἰ μὴ καὶ πᾶσα, ἀλλὰ καὶ γένος τι αὐτῆς· οὐ μὴν ἀλλὰ πλέον ἢ ἄκαρπος, ἣν δὴ καὶ ἄρρενά τινες καλοῦσιν.

^d *Iulos*] Theophr. loc. cit. 'Ἡρακλεωτικὴ καρύα τὸν ἴουλον. Est autem iulus, quem avellanæ florem Suidas vocat, callo seu squamula plurima, ex qua compingitur: et tamdiu quidem compactilis dicitur, donec in flosculos exiguos dehiscat. Galli vocat, *des Chatons*.

^e *Quod cratægum*] Mss. omnes hoc

cum,^f a meridie hyphear: de quibus plura mox paulo.^g Interdumque pariter res quaternas habent.

LIII. Arbores quædam^h simplices,ⁱ quibus a radice caudex unus: et rami frequentes, ut olivæ, fico, viti. Quædam fruticosi^j generis, ut paliurus, myrtus: item nux avellana:² quin immo melior est, et copiosior fructu, in plures dispersa ramos. In quibusdam omnino nullus,^j ut in suo genere buxo, loto transmarinæ. Quædam bifurcæ, atque etiam in quinque partes diffusæ. Quædam dividuæ,^k nec ramosæ, ut sambuci. Quædam individuæ,^{3l} ramosæ, ut piceæ. Quibusdam ramorum ordo, sicut piceæ, abieti. Alias inconditus,⁴ ut robori, malo, piro. Et abieti^m quidem subrecta divisura, rami que in cælum tendentes, non in latera proni.

CAP. LIII. 1 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *Arbores quidem simplices*, margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr. *Arborum quædam*, &c. Gronov. et vulgg.—2 Chiffi. *avellana*.—3 Vet. Dalec. *diffusæ*. *Quædam individuæ*. Hæc verba, ut *sambuci*. *Quædam individuæ, ramosæ*, desunt in ed. Brotier. oculis typothetæ scilicet deceptis voce *ramosæ* bis in eodem versu posita.—4 *Alias*

NOTÆ

loco, *gratægum*. In Indice, *gratægum*. Nos utrobique *cratægum* rescripsimus. In editis perperam *cratægum*.

^f *Viscum*] *Viscum* et hyphear ilici pariter, *πρίνυ*, attribuit Theophrastus Hist. III. 16. Nec tamen illos audio, qui buxum pro ilice acceptum hoc loco a Plinio volunt: aut *κράταιγον* aliud nullum esse, præter arborem eam, quam Theophr. c. 15. extremo, post buxum describit.

^g *Mox paulo*] Cap. 93. ubi et ilici viscum assignat.

^h *Arbores quædam*] Dissimilia plane sunt quæ Theophrastus affert Histor. I. 13. et ab hoc argumento, in quo Plinius habitat, valde discrepantia: οὐδὲν πρὸς ἕπος, ut aiunt. Ut plane frustra sint Rob. Constantinus, Dalecampius, ceterique, qui Plinianam

orationem ex Theophrastea metiri, falsique coarguere moliantur.

ⁱ *Quædam fruticosi*] Hoc est, frutibus annumeranda. Est autem frutex, qui ad justam arboris magnitudinem, crassitudinemve, non assurgit: lignoso tamen et ipse caudice, qui non perarescat, ut in herbis accidit, sed perennis eduret.

^j *In quibusdam . . . nullus*] Subintellige, nullus caudex: sed statim pulululatur a radice ramorum sylvæ, ut in buxi genere quodam, lotoque Africana, de qua diximus XIII. 32.

^k *Quædam dividuæ*] Caudice bifurco, vel in plures partes diffuso.

^l *Individuæ*] Simpliciter, nec usquam scisso vel bifurco caudice.

^m *Et abieti*] Theophr. Hist. I. 13. Iconem vide abietis apud Matthioli. p. 107.

Mirum,ⁿ cacuminibus eorum decisis moritur: totis vero detruncatis durat. Et si infra,^o quam⁵ rami fuere, præcidatur, quod superest, vivit: si vero cacumen^p tantum auferatur, tota moritur. Alia ab radice brachiata, ut ulmus. Alia in cacumine ramosa, ut pinus, lotos, sive faba^q Græca: quam Romæ a suavitate fructus sylvestris quidem, sed cerasorum pæne natura, loton appellant. Præcipue domibus expetitur ramorum petulantia, brevi caudice latissima exspatiantium umbra, et in vicinas domos sæpe transilientium. Nulli⁶ opacitas brevior: nec aufert Solem hyeme, decidentibus foliis. Nulli⁷ cortex jucundior, aut oculos excipiens blandius. Nulli⁸ rami longiores validioresque, aut plures, ut dixisse totidem arbores liceat. Cortice pelles tinguunt, radice lanas. Malis proprium^r genus: ferarum enim rostra reddunt, adhærentibus uni maximo minoribus.⁹

LIV. Ramorum aliqui^a cæci, qui non germinant: quod natura fit, si non evaluere:^b aut pœna, cum deputatos ci-

inconditi Vet. Dalec.—5 *Et si intra quam* codd. Dalec. et Chiff. —6 *Iidem* codd. *Nulla*.—7 *Nullis* Chiff. —8 *Idem* codex, *Nullis*.—9 Dalec. *uni ramo pluribus*.

NOTÆ

ⁿ *Mirum*] Theophrast. Hist. III. 8.

^o *Et si infra*] Theophr. loc. cit. ὕταν δὲ τὰ κατωτέρω, κ. τ. λ.

^p *Si vero cacumen*] Theophr. ἐὰν τὸ ἄκρον μόνον ἐπικοπή, *vel solo deciso cacumine*, moritur.

^q *Lotos, sive faba*] Gallis, *l'Alisier*, arbor Biturigibus Cubis valde familiaris. Recte a Dodonæo pingitur, et describitur eadem accurate, Pemptad. VI. I. IV. c. 24. p. 834.

^r *Malis proprium*] Arbori, inquit, quæ malus vocatur, peculiaris est ramorum forma seu facies: ferarum enim rostra referunt nodis suis: unus est eorum prægrandis: complures exigui circumadhærescunt. Theophr.

Hist. I. 13. Ἰδιώτατοι δὲ οἱ τῆς μηλέας ὄζοι· ὅμοιοι γὰρ θηρίων προσώποις· εἶς μὲν ὁ μέγιστος, ἄλλοι δὲ περὶ αὐτὸν μικροὶ πλείους.

^a *Ramorum aliqui*] Ramorum, inquit, (ὄζους Theophrastus vocat, quod eodem recidit, nam ὄζοι nodi sunt, unde rami exeunt:) alii cæci, (sic enim vocantur infertiles, ἄβλαστοι,) qui non germinant: quod et natura fit, genitali ibi deficiente succo, et læsione, deputatis ramis, excisis, avulsis. Theophr. loc. cit. Εἰσι δὲ τῶν ὄζων οἱ μὲν τυφλοὶ, οἱ δὲ γόνιμοι. Λέγω δὲ τυφλοὺς, ἀφ' ὧν μηδεὶς βλαστός· οὗτοι δὲ καὶ φύσει, καὶ πηρώσει γίνονται. Index hujus loci, *De ramis*.

^b *Si non evaluere*] Plinianum hoc

catrrix hebetavit. Quæ dividuis in ramo^c natura est, hæc viti in oculo, arundini in geniculo. Omnium terræ proxima crassiora. In longitudinem excrescunt abies, larix, palma, cupressus, ulmus, et si qua unistirpia.^d Ramosarum cerasus etiam in XL. cubitorum^e trabes, æquali per totam^f duum cubitorum crassitudine reperitur.² Quædam statim^f in ramos sparguntur, ut mali.

LV. (XXXI.) Cortex aliis^g tenuis, ut lauro, tiliæ: aliis crassus, ut robori. Aliis lævis, ut malo, fico. Idem scaber robori, palmæ. Omnibus in senecta rugosior. Quibusdam rumpitur^h sponte, ut viti. Quibusdam etiam cadit, ut malo, unedoni: carnosus, suberi, populo: membranaceus,ⁱ ut viti, arundini: libris similis, ceraso: multiplex tunicis, ut vitibus, tiliæ, abieti. Quibusdam simplex, ut fico, arundini.

LVI. Magna et radicum^j differentia. Copiosæ fico, robori, platano: breves et angustæ malo: singulares abieti,

//////////

CAP. LIV. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. totum Gronov. et al. ante Harduinum.—2 Verbum *reperitur* deest in cod. Dalec.

NOTÆ

evalescere respondere Theophrastæ voci ἐκβιάζεσθαι, ex loco citato, falso credit Constantinus in Lexico: cum isti Latine aut *pæna*, &c. Græca æquivalente.

^c *Quæ dividuis in ramo*] Quod in arboribus, quarum caudex dividitur, ramus est, hoc in vite oculus, sive gemma, in arundine geniculum est: omnium natura similis, calamitas par: iisdem obnoxia cuncta casibus, sive naturæ vitio, seu læsione ea injuriaque hominum accidant, Theophr. loc. cit. Ὡς γὰρ ὁ ὄξος ἐν τοῖς ἄλλοις, οὕτω καὶ ὀφθαλμὸς ἐν ἀμπέλῳ, καὶ ἐν καλάμῳ γόνυ.

^d *Unistirpia*] Quæ simpliciore assurgunt caudice, μονοστελέχη. Theophr. Hist. I. 14.

^e *In XL. cubitorum*] Vide Notas et Emend. num. 14.

^f *Quædam statim*] Theophr. loc. cit. Ἐνια δὲ εὐθὺς σχίζεται, οἶον ἡ μηλέα.


^g *Cortex aliis*] Quæ de corticis multiplici natura hic produuntur, Theophrasto referenda, Hist. I. 8.

^h *Quibusdam rumpitur*] Ἐνια δὲ καὶ ῥηξίφλοια, sic enim apud Theophr. legi oportere, non ῥιζόφλοια, et Plinius admonet, et experientia docet.

ⁱ *Membranaceus*] Nervosus gracilisque, ac minime carnosus, ἰνώδης καὶ ἄσαρκος . . . οἶον ἀμπέλου, καλάμου, κ. τ. λ.

^j *Magna et radicum*] Hæc radicum differentia proditur totidem fere verbis a Theophr. Hist. I. 9.

larici.^{1k} Singulis enim innituntur,² quanquam minutis in latera³ dispersis. Crassiores lauro et inæquales: item oleæ, cui et ramosæ.¹ At robori carnosæ. Robora^m suas in profundum agunt. Si Virgilioⁿ quidem credimus, æsculus, quantum corpore eminent, tantum radice descendit. Oleæ, malisque, et cupressis,⁴ per summa cespitum.^o Aliis recto^p meatu, ut lauro, oleæ: aliis flexuoso, ut fico. Minutis hæc capillamentis hirsuta, ut abies, multæque⁵ sylvestrium: e quibus montani prætenuia fila decerpentes, spectabiles lagenas, et alia vasa, nectunt. Quidam non altius^q descendere radices, quam Solis calor tepefaciat, idque natura^r loci tenuioris crassiorisve,⁶ dixere, quod falsum arbitrator. Apud auctores^s certe invenitur, abietis planta cum transferretur, VIII. cubitorum^t in altitudine:



CAP. LXI. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *pino*, e Theophr.—2 *Singulis enim innituntur* Gronov.—3 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *minimis in latera* Gronov. et edd. vett.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *malis et cupressis* Gronov. et al. vett.—5 Vet. Dalec. *hirsuta abieti, multisque*.—6 Vet.

NOTÆ

^k *Abieti, larici*] Aliis una tantum radix, ut abieti et larici. τὰ δὲ μο- νόρριζα, καθάπερ ἐλάτη, πεύκη. En iterum *πέυκη, larix*, ut diximus c. 19.

^l *Cui et ramosæ*] Theophr. loc. cit. ὀξῶδεις, Plinius ramosas recte, Gaza *nodosas* perperam interpretatus est.

^m *Robora*] Theophr. Ἔστι δὲ καὶ τὰ μὲν βαθύρριζα, καθάπερ δρύς. *Robur* Plinio δρύς est, ut diximus sæpius.

ⁿ *Si Virgilio*] Georg. II. 291. Ἔsculus imprimis, quæ quantum vertice ad auras Æthereas, tantum radice in Tartara tendit.⁷

^o *Per summa cespitum*] In summa terra arrepunt. Theophr. τὰ δὲ ἐπι- πολαιόρριζα, καθάπερ ἐλαία, ῥοὰ, μηλέα, κυπάρισσος.

^p *Aliis recto*] Etsi aliquantum obliquæ radices lauro, oleæque sint, tamen illæ æquabiliore cursu per sum-

ma cespitum repunt: ficus flexuoso magis, et contorto. Hæc e re ipsa, non e Theophrasti fontibus, petita.

^q *Quidam non altius*] Theophrastum dissimulato nomine reprehendit, quem in eam sententiam ivisse liquet, Hist. I. 11.

^r *Idque natura*] Conferre ii dixere, inquit, ad βαθύρριζιαν, et teporem Solis, et tenuitatem soli, ἐὰν ᾗ κόυφη, καὶ μανῆ, καὶ εὐδιόδος, inquit Theophr. In Mss. Reg. &c. *idque natura loci tenuiores, gravissime dixere*. Haud recte, ut alii ante nos sensere.

^s *Apud auctores*] Quod de abietis radice Plinius, hoc ipsum de larice Theophr. Hist. II. 7. Πεύκην δὲ τις, κ. τ. λ.

^t *VIII. cubitorum*] Subintellige, radicem fuisse.

nec totam⁷ refossam, sed abruptam. Maxima spatio atque plenitudine et citri^u est.⁸ Ab ea platani,^v roboris, et glandiferarum. Quarundam radix vivacior superficie, ut lauri. Itaque cum trunco⁹ inaruit, recisa etiam lætius fruticat. Quidam brevitate radicum celerius senescere arbores putant: quod coarguunt fici, quarum radices^w longissimæ, et senectus ocysissima. Falsum arbitror et quod aliqui prodidere, radices arborum vetustate minui. Visa etenim¹⁰ est annosa quercus eversa vi tempestatis, et jugerum soli^x amplexa.

LVII. Prostratas^a restitui plerumque, et quadam terræ cicatrice vivere,^{1b} vulgare est. Et familiarissimum hoc platanis,^c quæ plurimum ventorum concipiunt propter densitatem ramorum: quibus amputatis, levatæ² onere^d in sua scrobe reponuntur. Factumque jam est hoc in juglandibus, oleisque, ac multis aliis.

(XXXII.) Est in exemplis, et sine tempestate, ullave causa alia³ quam prodigii, cecidisse multas, ac sua sponte resurrexisse. Factum hoc^e populi Rom. Quiritibus^{4f}

Dalec. tenuiores crassioresc.—7 Vet. Dalec. cubitorum altitudine radicem fuisse, nec totam.—8 Vet. Dalec. et cedri est.—9 Itaque cum truncus Vet. Dalec.—10 Visa enim Chiffi.

CAP. LVII. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. recentt. revivescere Gronov. et al. ante Harduin.—2 Cod. Dalec. levato.—3 Vox alia deest in cod. Dalec.—4 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. populi Rom.

NOTÆ

^u Et citri] Uti dictum est superius, XIII. 29.

^v Ab ea platani] De platani radicibus XXXIII. cubitorum dictum est XII. 5. ex Theophrasto et Varrone.

^w Quarum radices] Theophr. Hist. I. 11.

^x Et jugerum soli] Partim corpore et ramis, partim radicibus, jugerum amplexa.

² Prostratas] Hæc sunt accepta a Theophr. Hist. IV. 19.

^b Vivescere] Sic Mss. omnes, non reviviscere.

Delph. et Var. Clas.

^c Et . . . platani] Theophr. loc. cit.

^d Levatæ onere] Mss. omnes, levato onere. At XVII. 37. 'Arboribus putatione levatis onere.'

^e Factum hoc] Julius Obseq. cap. 103. p. 54. 'Nucerix ulmus, vento eversa, sua sponte erecta in radicem coaluit.'

^f Populi Romani Quiritibus] 'Populi R. Quirites' sunt e Populo R. non quilibet, (nam toto orbe Romano sparsus Populus R. fuit,) sed ii qui in ipsa Urbe regia, ἐν τῇ κυρίᾳ

Plinius.

7 Z

ostentum Cimbricis bellis^g Nuceriæ in luco Junonis, ulmo, postquam etiam cacumen amputatum⁵ erat, quoniam in aram ipsam procumbebat, restituta sponte, ita ut protinus floreret: a quo deinde tempore majestas populi Romani^h resurrexit, quæ ante vastata cladibus fuerat. Memoraturⁱ hoc idem factum et in Philippis,^j salice procidua atque detruncata: et Stagiris^k in Museo populo alba: omnia fausti ominis. Sed maxime^l mirum, Antandri platanus etiam circumdolatis^m lateribus restibilisⁿ sponte facta,

//////////

Quiritibus Gronov. et vulgg.—5 *Chiffi. amputamentum.*

NOTÆ

ἰδίαι, domicilium haberent. Auctor Virgilius, qui Georg. iv. 200. de apibus sic cecinit: 'Verum ipsæ foliis natos et suavibus herbis Ore legunt; ipsæ regem, parvosque Quirites Sufficiunt, aulasque, et cerea regna refiunt.' Ubi 'parvi Quirites' sunt apes quæ regem sui quique alvearis assidue ac proxime circumcingunt, ut regi suo olim cives urbis regiæ Romæ proxime aderant. Inde est et 'Quirinus,' qui proinde conditor regiæ civitatis est, nempe Romulus. Plinius xv. 36. 'Inter antiquissima delubra habetur Quirini, hoc est, ipsius Romuli.' Est Quirini nomen etiam in nummo vetere familiæ Memmiæ, apud Patinum p. 174. capite Romuli laureato, vultu senili et barbato, cum hac epigraphe pone caput QVIRINVS: e regione, c. MEMMIVS C. T. Triumvir monetalis: qui nempe ex aliqua Romuli filia se genus trahere gloriabatur. Est ergo Quirinus, ut diximus, Urbis regiæ conditor, vel rector. Virile nomen illud etiam Cæsari Augusto tribuitur a Virgilio, Georg. iii. 26. 'In foribus pugnam ex auro solidoque elephanto Gangaridum faciam, victorisque arma Quirini.' Hoc est, Romani Principis,

qui Romæ in urbe regia sedem habet. Denique legitur etiam in Vitellii et Galbæ nummis hæc epigraphe: VESTA P. R. QVIRITIVM. 'Vesta Populi Romani Quiritium:' hoc est, Religio Pietasque Populi Romani, nempe eorum qui in Urbe regia Roma degunt. In singulari numero dixit 'Quiritem' Horatius, i. Ep. 5. 7. 'Quid plausus, et amici dona Quiritis?' Verisimiliora certe hæc videntur, quam quæ Festus comminiscitur de voce 'Curis' et 'Curitis.' *Ed. sec.* Vide Notas et Emend. num. 15.

^g *Cimbricis bellis*] Cimbro Marius cum Catulo vicit anno Urbis DLXIII. Vide Plutarch. in Mario.

^h *Majestas populi Rom.*] Simile ostentum de majestate Senatus primum florente, deinde et marcescente, relatum est superiore libro, c. 36.

ⁱ *Memoratur*] Acceptum hoc a Theophr. Hist. iv. 19. et de Causis v. 4. p. 328.

^j *Philippis*] Thraciæ oppido, de quo iv. 18.

^k *Et Stagiris*] Theophr. ἐν Σταγείρας ἐν τῷ Μουσείῳ, Hist. iv. 19.

^l *Sed maxime*] Theophr. loco proxime cit.

^m *Circumdolatis*] Duobus lateribus

vitæque reddita longitudine quindecim cubitorum, crassitudine quatuor ulnarum.

LVIII. Arbores, quas naturæ^o debeamus, tribus modis^p nascuntur: sponte, aut semine, aut ab radice. Cura numerosior existit: de qua suo dicemus volumine:^q nunc enim totus sermo de natura est, multis modis mirisque memorabili. Namque non omnia in omnibus locis nasci docuimus,^r nec translata vivere. Hoc alias fastidio, alias contumacia, sæpius imbecillitate eorum quæ transferantur^r evenit: alias cælo invidente, alias solo repugnante.

LIX. Fastidit balsamum alibi nasci: nata Assyria^a malus alibi ferre:^r nec non et palma nasci ubique, aut nata parere: vel cum promisit^b etiam, ostenditque ea educare,² quæ tanquam invita peperit. Non habet vires frutex cinnami in Syriæ vicina perveniendi. Non ferunt amomi nardique deliciæ, ne in Arabia quidem ex India, et nave^{3c} peregrinari. Tentavit enim Seleucus rex. Illud



CAP. LVIII. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Hoc aliaque fastidio, &c. transferantur* Chiffi. *Hocque alius fastidio, &c. transferuntur* Gronov. et al. ante Harduinum.

CAP. LIX. 1 Chiffi. *nasci natura. Syria malus alibi ferre; cod. Dalec. nasci. Natura nisi in Syria noluit: nec non et palmam nasci ubique aut natam. Vox nata deest in Gronov.*—2 Cod. Dalec. *promisit ostenditque etiam educare.*—3 Ita ex codd. Harduin. et recentt. ita quoque codd. Dalec. et Chiffi. *ex India*

NOTE

circumdolatis: παραπεπελεκημένη δ' ἐτύγγανεν ἐκ τῶν δύο μερῶν. Theophr. loc. cit.

^p *Restibilis*] Regerminans, restituta sæcunditate, παλιμβλαστος.

^o *Arbores, quas naturæ*] Non arti, non curæ, aut industriæ. Unde in Indice hujus libri locus hic notatur his verbis: 'Quot modis sponte nascuntur arbores.'

^p *Tribus modis*] Vide Notas et Emend. num. 16.

^q *Suo dicemus volumine*] Lib. XVII. c. 9. 'Nunc de his arboribus dicemus, quæ cura hominum atque arte proveniunt.'

^r *Docuimus*] Lib. XII. c. 7.

^a *Nata Assyria malus*] Voculam nata ex Mss. Reg. Colb. Thuanoque adjecimus. Negat alibi feracem malum eam esse, quamvis alibi natam. Sic statim de palma, 'Nec non et palma nasci ubique fastidit, aut nata parere.'

^b *Vel cum promisit*] Alludit ad ea quæ superius ipse notavit, XIII. 6. de palmis: 'Ferunt in maritimis Hispaniæ fructum, verum immitem: dulcem in Africa, sed statim evanescentem.'

^c *Et nave*] Etiam nave, quod transactionis genus mollissimum est.

maxime mirum, ipsas arbores plerumque exorari ut vivant, atque transmigrent: aliquando et a solo⁴ impetrari, ut alienas alat, advenasque nutriat: cœlum nullo modo flecti.⁵ Vivit in Italia^d piperis arbor: casia^e vero etiam in septentrionali^e plaga: vixit in Lydia^{6 f} thuris. Sed unde^g sorbentes succum omnem ex iis Soles, coquentesque lacrymam?

Illud proxime mirum, mutari naturam in iisdem,^h atque pro indiviso^{7 i} valere. Cedrum æstuosis^j partibus dederat: et in Lyciis^{8 k} Phrygiisque montibus nascitur. Frigus inimicum lauro fecerat: sed in Olympo^l copiosior nulla est. Circa Bosporum^m Cimmericum, in Panticapæo urbe, omni modo laboravit Mithridates rex, et ceteri incolæ, sacrorum certeⁿ causa, laurum myrtumque habere:

//////////

nave Gronov. et vulgg.—4 Cod. Dalec. *transmigrans aliquorsum et a solo*.—5 Vet. Dalec. *modo quit flecti*.—6 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vixit et in Lydia* Gronov. et al. vett.—7 Cliff. *in iisdem atque ex improviso*; cod. Dalec. *in iisdem locis, atque improvisa*; Vet. Dalec. *atque improviso*.—8 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin.

NOTÆ

^d *Vivit in Italia*] Ut dictum est XII. 14.

^e *In septentrionali*] Vide XII. 43. De casia porro aromatica accipi hæc oportere, Columella testis est, cujus hæc oratio, III. 8. ‘Tmolon et Corycion florere croco animadvertimus: Judæam et Arabiam pretiosis odoribus illustrem haberi. Sed nec nostram civitatem prædictis egere stirpibus: quippe cum pluribus locis Urbis jam casiam frondentem conspicimus, jam thuream plantam, florentesque hortos myrrha et croco.’

^f *In Lydia*] Nempe Sardibus, ut diximus XII. 31.

^g *Sed unde*] Sed sunt eæ arbores, inquit, in alieno cœlo soloque, sine succo, sine lacryma: absumente fortassis utrumque vi Solis, et, si superis placet, sorbente.

^h *Mutari naturam in iisdem*] In iisdem scilicet arboribus: cum eas, quæ æstuosis fere nascuntur locis, etiam edant frigida, et versa vice. Vide Notas et Emend. num. 17.

ⁱ *Pro indiviso*] Perinde. Sic Reg. 2. alique, et editi omnes. Ea voce usus idem superius IX. 64.

^j *Cedrum æstuosis*] Syriæ. Theophr. Hist. IV. 6.

^k *Et in Lyciis*] Theophr. loc. cit. Κέδρον δὲ καὶ τὰ Θράκεια ὄρη, καὶ τὰ Φρύγια.

^l *Sed in Olympo*] Nempe Pierico, de quo IV. 15. Quem *νιφόνερα* montem nivosum Homerus vocat, hymno in Hercul. Theophr. loc. cit.

^m *Circa Bosporum*] Theophr. loc. cit.

ⁿ *Sacrorum certe*] Quoniam in sacris adhiberi myrtus laurusque soleret, ad

non contigit,^o cum teporis⁹ arbores^p abundant ibi, Punicae,^q ficique, jam mali et piri laudatissimæ. Frigidas^r eodem tractu¹⁰ non genuit arbores, pinum, abietem, piceam. Et quid attinet in Pontum abire? juxta Romam ipsam castaneæ cerasique ægre proveniunt: Persica in Tusculano, necnon nuces¹¹ Græcæ cum tædio inseruntur, Tarracina sylvis scatente earum.¹²

LX. (XXXIII.) Cupressus advena,^a et difficillime nascentium fuit, ut de qua verbosius sæpiusque, quam de omnibus aliis, prodiderit Cato.^b Natu morosa,^c fructu supervacua,^d baccis torva,^e folio amara, odore violenta, ac ne umbra quidem gratiosa, materie rara,^f ut pæne fruticosi



1. 2. 3. et recentt. at in Lyciis Gronov. et vulgg.—9 Vox teporis deest in cod. Dalec. pro qua Chiffli. habet *temporis*.—10 Vet. Dalec. *idem tractus*; alii vett. *natura eodem tractu*.—11 Nam nuces cod. Dalec.—12 Ita Gronov. Harduin. 1. et Bipont. *scatet earum* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *inseruntur. Terracina sylvis scatet earum* cod. Dalec.

NOTÆ

purgationes, ad suffimenta, ut dictum est libro sup. c. 36. et 40. dice-
turque uberius, xxv. 59.

^o *Non contigit*] Frigus perferre negat posse myrtum Maro, Ecl. vii. 6. 'dum teneras defendo a frigore myrtos.' Et Plinius Junior, v. 6. villam suam membratim describens: 'Cælium,' inquit, 'est hyeme frigidum et gelidum: myrtos, oleas, quæque alia assiduo tepore lætantur, aspernatur ac respuit.' Apud Aremoricos, qui Britones nominantur, multa myrtus est, cælium tamen hyeme frigidum satis, gelidumque.

^p *Teporis arbores*] Tepido calidoque cælo feliciter provenientes.

^q *Punica*] Theophr. loc. cit.

^r *Frigidas*] Theophr. rursum loc. cit.

^a *Cupressus advena*] Quoniam ei patria a Creta fuit, ut mox dicetur.

^b *Cato*] De Re Rust. c. 48. et c. 151. p. 80. et 81.

^c *Natu morosa*] *Δυσανέτης*, Theophr. de Causis i. 9. crescens ægre admodum. Unde poetis dicta 'lenta cupressus.' Plinius xvii. 34. de æsculo: 'Minus morosa nasci.'

^d *Fructu supervacua*] Cessit ea res in proverbium, *Κυπαρίττου καρπός, Cupressi fructus*, de re pulchra quidem, et aspectu speciosa, sed prorsus inutili. Vide Cælium Rhodig. xxv. 2.

^e *Baccis torva*] Quæ gustanti faciem torvam reddunt, cum 'ora,' ut Maro cecinit Georg. ii. 247. 'Tristia tentantum sensu male torquet amaror.' Baccas ejusemodi galbulos appellat Varro de Re Rust. cap. 40. et tanquam pilas corticias ait esse, in quibus semina natura concluderit. Pilulas Plinius xvii. 14. Theophr. de Causis i. 5. *καρπὸν σφαιροειδῆ*.

^f *Materie rara*] Macilenta. Quod de cupresso fœmina verissimum, quam Dodonæus delineavit, p. 844.

generis, Diti sacra,^g et ideo funebri signo ad domos^h posita. Fœmina sterilis diu.ⁱ Metæ demum^j aspectu non repudiata, distinguendis tantum pinorum ordinibus:^k nunc vero tonsilis facta in densitate^l parietum, coërcitaque gracilitate perpetuo tenera.^m Trahitur etiam in picturas operis topiarii,ⁿ venatus, classesve, et imagines rerum tenui folio, brevique, et virenti semper vestiens.² Duo genera earum. Meta in fastigium convoluta, quæ et fœmina appellatur. Mas spargit extra se ramos, deputaturque, et



CAP. LX. 1 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *operi historiarum* cod. Dalec. *opere historiali* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Ita cod. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *et virenti supervestiens* Gronov. et al. ante Harduin. *et virente semper vestiens* Chiff. *et virenti superveniens* Vet. Dalec. Paulo post verba, *et accipit vitem*, exciderant e textu Harduini; quæ revocare neglexe-

NOTÆ

Cyprês femelle. Quid fruticosum sit, diximus c. 53.

^g *Diti sacra*] Festus: 'Cupressi mortuorum domibus ponebantur ideo, quia hujus generis arbor excisa non renascitur: sicut ex mortuo nihil est jam sperandum: quam ob causam in tutela Ditis patris esse putabatur.'

^h *Ad domos*] Nobilium scilicet. Lucan. III. 442. 'Et non plebeios luctus testata cupressus.' Neque ad domos tantum, sed et ad sepulcra. Horat. II. Od. 14. 'Linguenda tellus, et domus, et placens Uxor, neque harum quas colis arborum, Te, præter invisas cupressos, Ulla brevem dominum sequetur.' Et apud Virgil. *Æneid.* VI. 215. in Miseni funere, 'ferales' ante pyram 'cupressos' constituunt.

ⁱ *Fœmina sterilis diu*] 'Tarde fructum edit. Sed mas omnino non gignit, ut dicitur inferius, XVII. 14. Et Geopon. auctor diserte monet, XI. 6. p. 308. Κυπρίσσιος δὲ ὁ ἄρβρον ἄγονός ἐστιν.'

^j *Metæ demum*] Acuminato fastigio placuit, sive cono. Unde 'coniferæ

cyparissi,' apud Virg. *Æneid.* III. 680. Et 'metas imitata cupressus,' apud Ovid. *Metam.* x. 106.

^k *Pinorum ordinibus*] Sic libri omnes, etiam Mss. non *vinearum*, uti reponere ex Varronis I. 26. nititur Pintianus. Et aliud Varro voluit, de *Re Rust.* I. 15. de limitatione agrorum, ita scribens: 'Serunt alii circum fines prædiorum pinos, ut habet uxor in Sabinis: alii cupressos, ut ego habeo in Vesuvio.' Aliud Plinius: qui ipsos pinorum ordines claudi cupressis intersitis ac distingui monet.

^l *In densitate*] Tam densum, ut in hortis parietum vicem obtineat. Simili modo et de buxo superius, cap. 28. 'Densitate parietum virens semper, ac tonsile.'

^m *Perpetuo tenera*] Tonsili.

ⁿ *Operis topiarii*] Sic hodie in hortis elegantioribus cupressos tractas in acies, classes, et Centauros videmus. In Mss. *operi istoriarum.* In editis, *opere historiali*, quæ defendi utemque scriptura potest. Pintianum secuti sumus.

accipit vitem.^o Utraque autem^p immittitur in perticas, asseresve, amputatione ramorum, qui xiiii. anno denariis singulis^q veneunt. Quæstuosissima^r in satus ratione sylva: vulgoque dotem^s filiarum antiqui plantaria appellabant. Huic patria^t insula Creta, cum Cato³ u Tarentinam eam appellet: credo, quod primum eo venerit. Et in Ænaria^v succisa regerminat. Sed in Creta,^w quocumque in loco⁴ terram moverit quispiam, vi naturali^x hæc gignitur,⁵ protinusque emicat: illa vero etiam^y non appellato solo, ac sponte,^z maximeque in Idæis^a montibus, et quos

//////////

runt Bipont. Miller. et Brotier. Ea restituit Franzius.—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *quanquam* Cato Gronov. et vulgg. Paulo post, *eo evenerit* Vet. Dalec.—4 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. recentt. *quocumque loco* Gronov. et al. ante Harduin.—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *quispiam, nisi seratur alia, hæc gignitur* Gronov. et vulgg. Mox, Chiff. *protinusque emigrat*. Paulo post, Dalec. *non aperto*

NOTE

^o *Accipit vitem*] Maritantur et cupresso vites. Varronem vide de Re Rust. i. 26. Fiunt et e cupressu pedamina vitium teretia, teste Colum. iv. 26.

^p *Utraque autem*] Cupressus mas fœminaque crescere sinitur in ramos longiores: quibus amputatis perticæ fiunt, asseresve.

^q *Denariis singulis*] Monetæ Gallicæ assibus octo.

^r *Quæstuosissima*] Inter ea quæ seruntur. Solinus c. 11. p. 30.

^s *Dotem*] Cupressorum plantaria dotem filiarum nominabant: nam dotis usum et commoditatem præstabant, quod ex iis pecuniam ad illas maritandas conficerent. Ita Petavius noster in Miscell. Exerc.

^t *Huic patria*] Theophr. Histor. iv. 6.

^u *Cato*] De Re Rust. c. 151. 'Semmen cupressi Tarentinæ per ver legi oportet,' &c.

^v *Et in Ænaria*] De qua diximus

III. 12. Vide Notas et Emend. num. 18.

^w *Sed in Creta*] Vide Notas et Emend. num. 19.

^x *Vi naturali*] Per sese, ac nullo satu, nativa quadam terræ vi cupressus erumpit. Vide Notas et Emend. num. 20.

^y *Illam vero etiam*] In eadem insula, inquit, non solum impressa leviter tellure, nullo satu ac sponte gignitur cupressus, quod unum Theophrastus de illa scripsit, verum etiam non commota terra, hoc est, non appellato ac fossionibus sollicitato solo, et quasi ad pariendum compulso, sed sponte.

^z *Ac sponte*] Ita libri, et Mss. omnes. Etsi *ex sponso* legi Petavio τῶ μακαρίτη placet, in Miscell. Exercit. cap. 11. quoniam dum colitur exerceturque terra, quasi nexu quodam obligatur, ut ex sponso, vel, ut alii aiunt, ex sponso, citari cogique possit ad reddendum mutuuum. 'Spon-

Albos vocant, summisque jugis, unde nives⁶ nunquam absunt, plurima, quod miremur: alibi non nisi in tepore^b proveniens, et nutricem^c magnopere fastidiens.

LXI. Nec terræ tantum natura circa has refert, aut perpetua cœli, verum et quædam temporaria vis imbrium.^d Aquæ plerumque¹ semina afferunt: et certo fluunt^e genere, aliquando etiam incognito: quod accidit^f Cyrenaicæ regioni, cum primum ibi laserpitium natum est: ut in herbarum natura dicemus.^g Nata est et sylva^{2 h} urbi ei proxima, imbre piceo crassoque, circiter urbis Romæ annum CCCCXXX.ⁱ

LXII. (XXXIV.) Hedera jam dicitur in Asia nasci: negaverat Theophrastus:^j nec in India, nisi in monte Mero. Quin et Harpalum omni modo laborasse, ut sereret eam in Medis,^{1 k} frustra: Alexandrum^l vero ob raritatem ita



solo.—6 Vet. Dalec. ubi nives.

CAP. LXI. 1 Gronov. et al. ante Harduin. *temporaria vis: imbres aliquæ plerumque.* Cod. Dalec. *alioqui plerumque.*—2 *Nata est enim sylva* Vet. Dalec.

NOTE

sus' pro sponsione in Dig. tit. de verborum signif. leg. sponsio.

^a *In Idæis*] Theophr. Hist. iv. 1. *Ἐν Κρήτῃ γούν φασὶν ἐν τοῖς Ἰδαίοις ὄρεσι, καὶ ἐν τοῖς Λευκοῖς καλουμένοις, ἐπὶ τῶν ἄκρων, οὐπερ οὐδέποτε ἐπιλείπει χιών, κυκάριπτον εἶναι.* Hinc apud Maronem Georg. II. 84. 'Idææ cyparissi.'

^b *In tepore*] Theophr. Hist. iv. cap. 6. *ἐν τοῖς ἀλεινοῖς, καὶ τοῖς πρὸς μεσημβρίαν, locis apricis, et meridiano Soli expositis.*

^c *Et nutricem*] Et ab eo loco transferri magnopere cupiens, ubi primum alta et enutrita est.

^d *Vis imbrium*] Theophr. de Causis I. 5. Vide Notas et Emend. num. 21.

^e *Certo fluunt*] Nunc certa vehunt amnes, et cognita nobis semina: nunc

etiam prius incognita. Theophr. Hist. III. 2. *Ἐνιαχοῦ καὶ ὀδάτων ἐπιγινομένων ἰδιώτερον ἀνατεῖλαι ὕλης πλήθος.* Quare Salmasius in Solin. pag. 173. *perperam certe reponit, vel libris in-vitis.*

^f *Quod accidit*] Refert hoc ipsum Theophr. loc. cit. Accidisse autem anno Urbis Romæ cxxxvi. Plinius ipse admonet XIX. 15.

^g *Dicemus*] Lib. XIX. cap. 15.

^h *Nata est et sylva*] Theophr. loc. cit. Refert quiddam simile in Peruvia Occidentalis Indiæ regione accidisse Jos. a Costa IV. 31.

ⁱ *CCCCXXX.*] Quo fere anno Aristoteles obiit, magister Theophrasti, a quo hæc traduntur, ut diximus, loc. cit.—Anno quo Darium devicit Alexander Magnus. *Ed. sec.*

^j *Theophrastus*] Hist. Plant. IV. 4.

coronato exercitu, victorem ex India rediisse, exemplo Liberi patris: cujus Dei et nunc adornat thyrsos, galeasque etiam ac scuta, in Thraciæ populis,² in solennibus sacris. Inimica arbori,^m satisque omnibus:³ sepulcra, muros⁴ rumpens: serpentium frigori⁵ gratissima, ut mirum sit ullum honorem habitum ei.

Duo genera^o ejus prima, ut reliquarum,^p mas, et fœmina. Major traditur mas corpore,⁶ et folio duriore etiam ac pinguiore, et flore ad purpuram accedente. Utriusque autem flos similis est rosæ sylvestri, nisi quod caret odore. Species horum^q generum tres. Est enim candida, et nigra hedera, tertiaque quæ vocatur helix. Etiamnum^r hæ species dividuntur in alias: quoniam est aliqua fructu tantum candida, alia et folio: fructum quoque candidum ferentium aliis densus acinus, et grandior, racemis in or-

CAP. LXII. 1 *Mediis* Chiff. — 2 Cod. Dalec. *adornant thyrso galeas, quin etiam ac scuta Thraciæ populi.* Gronov. et vulgg. *et scuta.* — 3 Cod. Dalec. *arbor satis omnibus; Dalec. arbori satisque.* — 4 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sepulchraque ac muros* Gronov. et vulg. — 5 Pintian. *frietui.* — 6 Chiff. *mas atque fœmina. M. t. mas et corpore.* Mox,

NOTÆ

^k *In Mediis*] Non in ipsa Media, sed Babylone, quæ Medorum ditio- nis fuit. Theophr. loc. cit. *ἐν τοῖς παραδείσοις τοῖς περὶ Βαβυλῶνα, Ἄρπαλος φυτεύων . . . οὐδὲν ἐποίει πλέον.* De Harpalo, quem olim Alexander inter fidissimos, mox inter hostes habuit, vide Curtium x. 6. pag. 393. De monte Mero diximus vi. 23.

^l *Alexandrium*] Theophr. loc. cit. et ex eo Arrian. vi. 23.

^m *Inimica arbori*] Quoniam arbores necat, ut mox dicetur. Hedera, Gallis *Lierre*.

ⁿ *Serpentium frigori*] Quoniam hedera frigidis locis gaudet, sub ea serpentes lubenter latent, quarum est etiam natura perfrigida.

^o *Duo genera*] Quæ κίσσῳ vel κίσσῳ

tribuenda erant, ea κίσσῳ, *hedera*, imprudenter assignasse quibusdam videtur, mendosis Theophrasti codicibus impulsus in fraudem: sed falso. Vide Notas et Emend. num. 22.

^p *Ut reliquarum*] Arborum scilicet: arborum enim nomine et vites et hedera continentur, ut dicitur in Lexico Juris civilis.

^q *Species horum*] Tria pariter hedera summa genera Theophrastus habet, Hist. III. 18. ὅ τε λευκὸς καὶ ὁ μέλας, καὶ τρίτον ἢ ἕλιξ. Helix a Dodonæo pingitur, pag. 408. Ἐλιξ ab ἐλίσσω, quod circumvoluta magis est ista: vel quod cincinnos, qui ἕλικες vocantur, magis conspicuos habet.

^r *Etiamnum*] Theophr. loc. cit.

bem circumactis, qui vocantur corymbi.⁵ Item selenitium,^t cujus est minor acinus, sparsior racemus.⁷ Simili modo in nigra.^u Alicui^{8 v} et semen nigrum, alii crocatum:^w cujus coronis poëtæ^x utuntur, foliis minus nigris: quam quidam Nysiam,^{9 y} alii Bacchicam vocant, maximis inter nigras corymbis. Quidam apud Græcos etiamnum duo genera hujus faciunt, a colore acinorum: erythranum,^{10 z} et chrysocarpum.^a

Plurimas autem habet differentias helix, quoniam folio maxime distat.^b Parva sunt^c et angulosa, concinnioraque, cum reliquorum generum simplicia sint.¹¹ Distat et lon-

//////////

etiam deest in cod. Dalec.—7 Cod. Dalec. *sileniticum* (ita quoque Chiffli.) est *minus acinis, sparsius racemis*.—8 Idem codex, *nigra, alicui*.—9 *Dionysiam* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—10 Dalec. *erythrocarpon*.—11 Margo edd. Dalec. et Gronov. *generum rotundiora et simplicia sint*, e Theophr.—

NOTÆ

⁵ *Corymbi*] Racemus in hederæ est, ut in vite, ex quo grana plura pendent: hunc quidam corymbum vocant: ὄν δὴ καλοῦσί τινες κόρυμβον, inquit Theophr.

^t *Item selenitium*] An ei generi a σελήνη nomen? An *selinicium*, ut in Mss. Reg. aliisque, ab aliqua acinorum sive granorum similitudine cum semine apii, quod Græci σέλινον vocant? In Anthol. III. 24. Epigr. 40. mentio est σκηρίτου κισσοῦ, hoc est, tabernacula integrentis, seu topiariæ hederæ. An denique *Silenicum*, a Sileno pædagogo et comite Bacchi, quem et hederæ pariter coronari Plinius asseverat, sect. 63.

^u *Simili modo in nigra*] Ut in candida proxime dictum est, sic in nigra, aliqua fructu tantum nigra est, alia et folio: alia majore fructu, seu acino, alia minore. Theophr. loc. cit. Ἔχει δὲ ὁ μέλας διαφοράς. At mox idem subjicit, ἀλλ' οὐχ ὁμοίως φανεράς, sed non ad eundem modum conspicuas.

^v *Alicui*] Nempæ e genere nigrarum hederarum.

^w *Crocatum*] Croceo colore. Diosc. II. 210. Ὅ δὲ μέλας μέλανα (καρπὸν ἔχει) ἢ κροκίζοντα.

^x *Poëtæ*] Virgil. Ecl. VII. 25. 'Pastores, hederæ nascentem ornate Poëtam.'

^y *Nysiam*] Sic Mss. omnes. Nempæ a Nysa Bacchi nutrice, de qua V. 16. vel ab urbe Nysa, in qua ipse nutritus est, de qua VI. 23. Dionysiam ab ipso Baccho vocat Diosc. loc. cit. Vide Ovid. Fast. III. 769.

^z *Erythranum*] A rubro acinorum colore, qui Græcis ἐρυθρός.

^a *Chrysocarpum*] Diosc. in Nothis, ad cap. de hederæ: οἱ δὲ χρυσόκαρπος. Apuleius c. 119. 'Chrysocanthos' pro 'chrysocarpon' vocat: et sic appellari ait, quod grana aurei coloris ferat. Idem habet et Plinius Valer. de Re Med. III. 12.

^b *Maxime distat*] Nempæ ab aliis generibus, albæ, nigræque hederæ. Theophrastus Hist. III. 18.

^c *Parva sunt*] Hæc totidem verbis Theophr. loc. cit.

gitudine^d internodiorum: præcipue tamen sterilitate, quoniam fructum non gignit. Quidam^e hoc ætatis esse, non generis, existimant: primoque helicem esse, fieri¹² hederam vetustate. Horum error manifestus intelligitur: quoniam helicis¹³ plura genera reperiuntur, sed tria maxime insignia: herbacea ac virens, quæ plurima est: altera candido folio: tertia, versicolori,¹⁴ quæ Thracia^f vocatur. Etiamnum herbacæ tenuiora¹⁵ folia, et in ordinem digesta, densioraque. In alio genere^g diversa omnia. Et in versicolori alia tenuioribus foliis et similiter¹⁶ ordinatis densioribusque est: alteri generi neglecta hæc omnia. Majora quoque aut minora sunt folia, macularumque habitu distant: et in candidis alia sunt candidiora. Adolescent in longitudinem maxime herbacea.

Arbores autem^h necat candida: omnemqueⁱ succum auferendo tanta crassitudine augetur, ut ipsa arbor fiat. Signa ejus^j folia maxima atque latissima, mammas¹⁷ k erigentis,



12 Dalec. *helicem esse, deinde fieri*; cod. Dalec. *helicem putant fieri*.—13 Margo edd. Dalec. et Gronov. *intelligitur. At enim helicis, e* Theophr.—14 Chiff. *versicolore*.—15 Margo edd. Dalec. et Gronov. *herbacæ cuidam tenuiora. Mox, folia in ordinem, ommissa conjunctione et, Gronov. et al. ante Harduin. folia, et in ordinem* codd. Harduini, Chiff. et edd. recentt.—16 Ita Gronov. al. vet. Harduin. 1. et Bipont. *et deest* in edd. Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—17 Margo edd. Dalec. et Gronov. *germina, e* Theophr.—18 *Vox he-*

NOTE

^d *Distat et longitudine*] Theophr. loc. cit. Διαφέρει καὶ τῷ μήκει τῶν κλημάτων, καὶ ἔτι τῷ ἄκαρπος εἶναι.

^e *Quidam*] Hæc rursus totidem verbis Theophr. loc. cit.

^f *Quæ Thracia*] Theophr. ἦν δὴ καλοῦσί τινες Θρακίαν.

^g *In alio genere*] In alio herbacæ genere: uti mox geminum versicoloris hederæ genus distinguitur. Theophr. loc. cit. Καὶ γὰρ τῆς χλωδούς, ἡ μὲν λεπτοτέρα, καὶ εὐρυθμοφυλλοτέρα, καὶ ἔτι πυκνοφυλλοτέρα· ἡ δ' ἥττον πάντα ταῦτ' ἔχουσα. Καὶ τῆς ποικίλης, ἡ μὲν μείζον, ἡ δ' ἔλαττον τὸ φύλλον, καὶ

τὴν ποικιλίαν διαφέρουσα.

^h *Arbores autem*] Theophr. loc. cit. Eo allusit Poëta Laberius apud Macrobius Saturn. ii. 7. p. 344. 'Ut hederæ serpens vires arboreas necat, Ita me vetustas amplexu annorum enecat: Sepulcri similis nil nisi nomen retineo.' Hederæ nomen factum, quia id, cui adhæserit, edat, Festus innuit, verbo 'Hederæ.'

ⁱ *Omnemque*] Theophr. loc. cit.

^j *Signa ejus*] Candidæ nimirum hederæ, in vetustatem inclinantis.

^k *Mammas*] Quid mamma sit, dicemus xviii. 26.

quæ sunt ceteris inflexæ: racemi stantes, ac subrecti. Et quanquam omnium hederarum¹⁸ generi radicata¹ brachia, huic tamen^m maxime ramosa ac robusta: ab ea nigræ. Sed propriumⁿ albæ quod inter media folia emittit brachia, utrimque¹⁹ semper amplectens: hoc et in muris, quamvis ambire non possit. Itaque etiam^o pluribus locis intercisa,²⁰ vivit tamen duratque: et totidem initia radicem habet, quot brachia,²¹ quibus incolumis et solida arbores sugit ac strangulat. Est et in²² fructu^p differentia albæ nigræque hederæ: quoniam aliis tanta amaritudo acini, ut aves non attingant. Est et rigens hedera, quæ sine adminiculo stat, sola omnium generum ob id vocata cissos.^q E diverso nunquam nisi humi repens chamæcissos.^r

LXIII. (XXXV.) Similis est hederæ, e Cilicia primum quidem profecta, sed in Græcia^r frequentior, quam vocant smilacem,^a densis^b geniculata caulibus, spinosis^c frutec-



derarum deest in cod. Dalec.—19 Margo edd. Dalec. et Gronov. *brachia, arbores utrimque*, e Theophr. Vox *brachia* deest in cod. Dalec. Vet. Dalec. habet, *brachia, utrumque*. Mox, Vet. Dalec. *Hoc est et in muris*; cod. Dalec. et Chiff. *hoc et in muris*.—20 Margo edd. Dalec. et Gronov. *inferne succisa*, e Theophr.—21 Ibid. ex eodem, *germina*.—22 Cod. Dalec. *figit, ac strangulat. Est in*. Paulo post, margo edd. Dalec. et Gronov. *quoniam aliis dulcis fructus, aliis tanta, &c.* e Theophr.

CAP. LXIII. 1 Cod. Dalec. *edera Cilicia quidem, sed profecto in Græcia*.—

NOTÆ

¹ *Radicosa*] Radicum in morem efformatæ claviculæ, et sarmenta, κλήματα.

^m *Huic tamen*] Albæ.

ⁿ *Sed proprium*] Theophr. totidem fere verbis, loc. cit.

^o *Itaque etiam*] Theophrast. loc. cit.

^p *Est et infructu*] Est, inquit, fructus alius gustu jucundus, alter peramarus, tam in candida, quam in nigra: 'Ὁ μὲν γὰρ ἐπιγλυκὺς ἐστίν' ὁ δὲ σφόδρα πικρὸς, καὶ τοῦ λευκοῦ, καὶ τοῦ μέλανος. Theophrast.

^q *Vocata cissos*] Sunt qui ὀρθόκισ-

σος malint, quasi *subrecta hedera*, et assurgens. At si ea quæ humi serpit χαμαίκισσος recte vocatur, sane ἐκ τῶν πρὸς τι, ea quæ subrecta est et rigens erit recte κισσός.

^r *Chamæcissos*] Quæ ἐπίγειος hedera Theophrasto, loc. cit. Est hedera terrestris, quæ in horto Regio visitur, minor et elegantior, quam vulgaris: ei fere similis quam Dodonæus delineavit, p. 390. Gallis, *Lierre terrestre, ou Terrete*.

^a *Smilacem*] Σμίλαξ τραχεία est Diosc. iv. 144. A Clusio recte pingitur Hist. Plant. lib. i. pag. 112. qualem in

tosa ² ramis, folio ^d hederaceo, parvo, non anguloso, a pediculo ^e emittente pampinos, flore candido, olente lilium.^f Fert racemos ^g labruscæ modo, non hederæ, colore rubro, complexa acinis ^h majoribus nucleos ternos, minoribus singulos, nigros durosque: infausta omnibus sacris et coronis: quoniam sit lugubris, virgine ejus nominis, propter amorem juvenis Croci,ⁱ mutata in hunc fruticem. Id vulgus ignorans, plerumque festa sua polluit, hederam existimando:^j sicut in poetis, aut Libero patre, aut Sileno, quis ³ omnino nescit quibus coronentur? E smilace fiunt codicilli: propriumque materiæ est, ut admota auribus lenem ⁴ sonum reddat. Hederæ mira ^k proditur natura ad experienda vina:



2 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. *fruticosa* Gro. nov. et vulgg. Mox, cod. Dalec. *folio ceu edera*.—3 *Sileno, si quis* Vet. Dalec' et mox in eodem, *coronarentur*.—4 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. et

NOTÆ

horto Regio vidimus. Gallis, *Liseron*.

^b *Densis*] Denso geniculorum seu internodiorum numero distinctos caules habet.

^c *Spinosis*] Rubi instar spinosa ei sarmenta sunt, inquit Diosc. loc. cit.

^d *Folio*] Theophr. Hist. III. 18. Τὸ δὲ φύλλον κιστώδες, μικρὸν, ἀγώνιον: ipsaque id experientia oculorum probat.

^e *A pediculo*] Ex eodem pediculo, ex quo folia enascuntur, emicant et claviculæ, quales in hederis cernuntur. Pampinos interdum Plinius et hos et vitium capreolos vocat: quorum a similitudine et polyporum cirros seu crines, tortilem pampinum appellavit IX. 74. 'Pariunt,' inquit, 'vere ova, tortili vibrata pampino.'

^f *Olente lilium*] Aliunde hoc quam a Theophr. qui odoratum modo florem dixit, et ἡρινδον, verno tempore provenientem: non λειρινδον, quod etsi Theophrastus scripsisset, non odorem lilii eo vocabulo, sed formam

modo effigiemque is expressisset. Occupavit hoc fere Dalecampius, Salmasius arripuit, objecitque Plinio, in Præfat. p. 90.

^g *Fert racemos*] Theophr. et Diosc. locis citatis.

^h *Complexa acinis*] In singulis granis nuclei sunt: bini, terni: πυρήνας δύο ἢ τρεῖς. Theophr. loc. cit.

ⁱ *Juvenis Croci*] Cujus fabellam recitat Galenus ipse κατὰ τόπους, IX. 4. pag. 608. et Ovid. Met. IV. 283. 'Et Crocon in parvos versum cum Smilace flores.'

^j *Hederam existimando*] Quam in coronis Liberi Patris, et Sileni, adhiberi nemo nescit.

^k *Hederæ mira*] Cato, de Re Rust. c. 111. p. 61. 'Si voles scire in vinum aqua addita sit, necne, vasculum facito de materia hederacea. Vinum id quod putabis aquam habere, eodem mittito. Si habebit aquam, vinum effluet, aqua manebit. Nam non continet vinum vas hederaceum.'

si vas fiat e ligno⁵ ejus, vina transfluere, ac remanere aquam, si fuerit mixta.

LXIV. (XXXVI.) Inter ea, quæ frigidis gaudent, et aquaticos^r frutices dixisse conveniat. Principatum in his tenebunt arundines, belli pacisque¹ experimentis necessariæ, atque etiam deliciis^{2m} gratæ. Teguloⁿ earum domus suas Septemtrionales populi operiunt, durantque ævis tecta alta.³ Et in reliquo vero orbe cameras^o levissime suspendunt. Chartisque^p serviunt calami, Ægyptii^{4q} maxime, cognatione^r quadam papyri. Probatiores tamen Gnidii,^{5s} et qui in Asia circa Anaiticum^t lacum nascuntur. Nostriatibus fungosior^u subest natura, cartilagine bibula, quæ cavo corpore intus, superne tenui inarescit ligno: fissilis præacuta^v semper acie: geniculata. Cetero⁶ gracilitas

//////////

recentt. *levem* Gronov. et vulgg. *materiei est, ut ad. aur. lenem* margo Ed. Dalec.—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *ex ligno* Gronov. et vulgg. Mox, *si qua fuerit* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *si quæ fuerit* Gronov. et vulgg. Pronomen tacite expunxit Brotier.

CAP. LXIV. 1 Vet. Dalec. *Interea qui frigore gaudent aquaticos.* Mox, cod. Dalec. *dicere convenit.*—2 Vet. Dalec. *etiam in deliciis.*—3 Cod. Dalec. *ejus alta tecta.* Mox, Vet. Dalec. *In reliquo vero orbe et eam in cam.*—4 Codd. Dalec. et Chiffi. *Ægypti.*—5 *Gnidi* cod. Dalec.—6 *Ceterum* cod. Dalec.

NOTÆ

¹ *Belli pacisque*] Belli quidem, ad jacula: pacis, ad calamos, quis scribimus.

^m *Deliciis*] In tiliarum usu.

ⁿ *Tegulo*] Iis pro tegumento utuntur ædium suarum. Quo Plautus alludit in Rudente 1. 2. 34. 'Quin tu in paludem is, exsecasque arundines, Qui pertegamus villam, dum sudum est. DÆ. Tace.'

^o *Cameras*] Fornices interiorum ædium fiunt levissimi.

^p *Chartisque*] Calamis chartæ exarantur in scribendo. - Persius Sat. III. 'Inque manus chartæ, nodosaque venit arundo: Tunc querimur, crassus calamo quod pendeat humor.'

^q *Ægyptii*] Martial. XIV. 38. pag. 741. 'Dat chartis habiles calamos

Memphitica tellus.'

^r *Cognatione*] Quoniam et eodem veluti natali solo papyrus nascitur.

^s *Gnidii*] Hinc Cnidus arundinosa dicitur, a Catullo Carm. XXXVII. p. 58. Calamus ipse scriptorius, Gnidius nodus Ausonio Epist. IV. ad Theonem Grammat. et alibi, si memini, 'Cnidia sulcus arundinis.'

^t *Anaiticum*] In regione Armeniæ cognomine, de qua v. 20.

^u *Fungosior*] Rarior, laxiorque: carne spongiosa, sub lignoso cortice, quo superne, hoc est, exterius circumvestitur. Cartilago Theophrast. Hist. IV. 12. ξύλον.

^v *Præacuta*] Quia cum finditur, in præacutam aciem assulæ ejus desinunt.

nodis distincta, leni fastigio tenuatur in cacumina, crassiore paniculæ^w coma, neque hac supervacua. Aut enim pro pluma^x strata cauponarum replet: aut ubi lignosiore callo^{7y} induruit, sicut in Belgis, contusa, et interjecta navium commissuris, ferruminat textus,^z glutino tenacior, rimisque explendis fidelior pice.

LXV. Calamis Orientis populi bella conficiunt: calamis spicula addunt irrevocabili hamo noxia. Mortem accelerant pinna¹ addita calamis. Fitque et ex ipso telum aliud fracto in vulneribus. His armis Solem ipsum obumbrant. Propter hoc maxime serenos dies optant: odere ventos et imbres, qui inter illos pacem esse cogunt. Ac si quis Æthiopas, Ægyptum, Arabas, Indos, Scythas, Bactros, Sarmatarum tot gentes et Orientis, omniaque Parthorum regna diligentius computet, æqua ferme² pars hominum in toto mundo calamis superata degit. Præcipuus hic usus in Creta^a bellatores suos præcipitavit. Sed in hoc quoque,



Mox, Chiff. *nodisque distincta leni fastigio*. Gronov. et al. ante Harduin. *leni fastigio*.—7 Ita Pintian. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *limosiore callo* Gronov. et vulgg. *limosiore cæno* Vet. Dalec.

CAP. LXV. 1 Cod. Dalec. *accelerant etiam pinna*.—2 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. recentt. *æqua fere* Gronov. et al. ante Harduin. Paulo post,

NOTE

^w *Paniculæ*] Sic comam eam appellat, unde semina dependent, in arundinibus, juglandibus, milio, similibusque. Nomen habet ab affinitate: est enim panus, et panicula, sive panucula, lana bene elaborata, carpta, ac depexa, et ad nendum concinnata, cujus similitudinem hæc coma refert. Notæ quæ falso Tironi ascribuntur, apud Gruterum, p. 160. ‘Licium, Panucula, Floccus.’ Festus: ‘Panus facit diminutivum, panicula.’

^x *Pro pluma*] Sic gluma, quæ hordei frumentique tunica est, rusticis, quibus res angustior, pro pluma cultitas hodieque farciunt.

^y *Lignosiore callo*] In Mss. *limosiore*.

^z *Ferruminat textus*] Commissuras tabularum et compages, rimasque, si quæ sint, obstruunt, obturantque iis folliculis, quos diximus, contusis: ut musco injecto alii.

^a *In Creta*] Bello postremo Cretico, unde Cretici Metellus cognomen tulit. Vide Florum III. 7. Sagittarum usus Cretenses fecit audaciores promptioresque ad bellum cum Romanis ineundum, quod ipsi postremum fuit, et exitiosum. Prudentius, Hymn. v. 51. ‘Ille volentia Præfigit calamis spicula Gnosiis.’

ut ceteris in rebus, vicit Italia: quando nullus sagittis aptior calamus, quam in Rheno^b Bononiensi amne, cui et plurima inest medulla, pondusque volucre:^c et contra³ flatus quoque pervicax libra. Quippe non eadem gratia Belgicis. Hæc^d et Creticis commendationibus: quanquam præferantur Indi, quorum alia quibusdam videtur natura, quando et hastarum vicem præbent additis cuspidibus. Arundini quidem Indicæ^e arborea amplitudo: quales⁴ vulgo in templis videmus. Differre mares ac fœminas in his quoque Indi tradunt. Spissius mari corpus, fœminæ capacius. Navigiorumque^f etiam⁵ vicem præstant (si credimus) singula internodia. Circa Acesinem^g amnem maxime nascuntur.



visus in Creta Chiff. — 3 Ita ex codd. Harduinus et recentt. cui plurima . . . volucre: contra Gronov. et vulgg. et contra cod. Dalec. et Chiff. Mox, cod. Dalec. pervicax. Libro quip. non ead. gratia. Bellicis hæc et Cret. commendationibus. Unde Dalecampius legit, gratia, ut nec Creticis bello, commendationibus, quanquam. Chiff. etiam, bellicis. Margo edd. Dalec. et Gronov. et Creticis commendatior. — 4 Ita Gronov. al. vett. Harduin. 1. et Bipont. arborea ea amplitudo: qualem cod. Dalec. qualem etiam Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. — 5 Navigiorum etiam cod. Dalec. — 6 Ita codd. Harduini et Chiff. cum

NOTÆ

^b *Quam in Rheno*] Hujus arundinis, quæ in eo amne gignitur, iconem exhibet Jac. Zanoni, Bononiensis horti præfectus, in Historia Botanica, pag. 62.

^c *Pondusque volucre*] Adeo nihil pondus velocitati detrahit, ut libramentum quoddam potius et nisum addat contra ventorum flatus.

^d *Hæc*] Hæc libra, hoc pondus volucre, hæc gratia.

^e *Arundini quidem Indicæ*] Hausit hæc Plinius ex Ctesisæ libro singulari, quem de Indicis rebus conscripsit: cujus hoc fragmentum Photius recitat in Bibl. cod. LXXIII. pag. 144. Ἐν οἷς καὶ ὁ λεγόμενος Ἰνδικὸς κάλαμος φύεται, παχὺς μὲν ὅσον δύο ἄνδρες περιργυιωμένοι περιλάβοιεν· τὸ δὲ ὕψος, ὅσον κυριαφῆρου νεῶς ἰστός . . . εἶναι δὲ

τῶν καλάμων καὶ ἄρβενας καὶ θηλείας· ὁ μὲν οὖν ἄρβην ἐντεριώνην οὐκ ἔχει, καὶ ἔστι κάρτα ἰσχυρός· ἡ δὲ θήλεια ἔχει. *In iis locis nasci calamum, quem vocant Indicum, tantæ crassitudinis, quantam duo simul homines expansis ulnis complecti possint: altitudinis vero, quanta est mali ingentis onerariæ navis . . . In his differre mures ac fœminas: mari corpus esse validum ac firmum: sine medulla: fœminæ medullam esse, &c.*

^f *Navigiorumque*] Theophrast. Hist. IV. 12. τῶ μεγέθει μεγάλοι καὶ εὐπαχεῖς, ὥστε ἀκατίους χρῆσθαι. Vide quæ de his navigiis, arundinum internodio uno compactis, diximus VII. 2. Pro navigiis Mela et Solinus lembum dixerunt.

^g *Circa Acesinem*] Circa hunc amnem nasci eas arundines, quæ sagit-

Arundo omnis^h ex una stirpe numerosa, atque etiam re-
cisa foecundius resurgit. Radixⁱ natura vivax, geniculata
et ipsa. Folia Indicis tantum brevia. Omnibus vero a
nodo orsa^j complexu tenues per ambitum inducunt tuni-
cas: atque a medio internodio cum plurimum desinunt ves-
tire, procumbuntque. Latera arundini^k calamoque in ro-
tunditate⁶ bina, super nodos alterno semper inguine, ut
alterum ad dextra fiat, alterum superiore geniculo ad læva
per vices. Inde exeunt aliquando rami, qui sunt calami⁷
tenues.

LXVI. Plura autem genera.^a Alia spissior, densiorque
geniculis, brevibus internodiis. Alia rarior,^b majoribus:
tenuiorque et ipsa.^l Calamus vero alius totus concavus,
quem syringiam^c vocant, utilissimus fistulis, quoniam ni-

edd. Harduin. et recentt. in rotunditatem Gronov. et al.—7 Clusfl. qui
calami.

CAP. LXVI. 1 Cod. Dalec. majoribusque, tenuior et ipsa.—2 Ita codd. Har-

NOTE

tarum præbent usum, scribit Theophrast. loc. cit. Ibi et ceteras repe-
riri simile veri est.

^h Arundo omnis] Theophr. Hist. iv. 12.

ⁱ Radix] Theophr. loc. cit.

^j A nodo orsa] A geniculo.

^k Latera arundini] Arundini vulga-
ri, inquit, et calamo, in sua rotundi-
tate, duo sunt latera: ex utroque la-
tere folia uti ex inguine alterna vice
exeunt: a dextro latere in inferiore
nodo sive geniculo alterum, alterum
a lævo latere, in superiore nodo: ac
deinceps ita per vices. Theophr.
Hist. vi. 2. de ferula similiter: Βλασ-
τάνει δὲ παραλλὰξ τὰ φύλλα· λέγω δὲ
παραλλὰξ, ὅτι οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ μέρους
τῶν γονάτων, ἀλλ' ἐναλλάξ· περιειληφό-
τα δὲ τὸν καυλὸν ἐπὶ πολλὰ καθάπερ τὰ
τοῦ καλάμου. Folia alternatim erum-
punt e geniculis: alternatim dico, quod
non ex eodem latere geniculorum exeunt:

Delph. et Var. Clas.

sed permutatis vicibus: caulemque max-
ima parte complectuntur, ut arundina-
cea.

^a Plura autem genera] Hæc Theo-
phr. totidem fere verbis, Hist. iv.
12.


^b Alia rarior] Minus densa, minus
numerosa ab una stirpe, sed majori-
bus internodiis.

^c Syringiam] Hoc est, ut habetur
in Indice libri hujus, fistulatorium.
Fistulas e calamis compingi solitas
docent inprimis poetæ. Ovid. Met.
i. 705. 'Panaque, cum premsam sibi
jam syringa putaret, Corpore pro
Nymphæ calamos tenuisse palustres.
Dumque ibi suspirat, motos in arun-
dine ventos Effecisse sonum tenuem,
similemque querenti. Atque ita dis-
paribus calamis compagine ceræ In-
ter se junctis nomen tenuisse puellæ.'
Græci namque fistulam syringa vo-
cant. Συριγγίαν alii calamum dictum

Plinius.

S A

hil^d est ei cartilaginis atque carnis. Orchomenius^e est continuo foramine pervius, quem auleticum^f vocant: hic tibiis utilior, fistulis ille. Est alius^g crassiore ligno, et tenui foramine, hunc totum fungosa replet medulla. Alius brevior, alius procerior, exilior, crassiorque. Fruticosissimus, qui vocatur donax,^h non nisi in aquaticis natus: quoniam et hæc differentia est: multum prælataⁱ arundine, quæ in siccis proveniat. Suum genus sagittario calamo, ut diximus:^j sed Cretico^k longissimis internodiis, obsequentique,^l quo libeat flecti, calefacto. Differentias faciunt et folia non multitudine, verum et colore.^{2 m} Varia Laconicis,ⁿ et ab ima parte^o densiora, quales in totum circa stagna gigni putant, dissimiles amnicis, longisque vestiri tunicis,^{4 o} spatiosius^p a nodo scandente complexu. Est et obliqua^{5 q} arundo, non in excelsitatem nascens, sed juxta



duini et Dalec. cum edd. recentt. *robore et colore* Gronov. et al. ante Harduin. —3 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ita quoque Vet. Dalec. et Theophr. apud quem legitur, *ποικίλα*. Gronov. et al. ante Harduin. exhibent, *Valida Laconicis, et ab una parte*. Codd. Dalec. et Chiffi. habent, *et ab ima parte*. —4 Vet. Dalec. *vastitas tunicis*; al. ap. Dalec. *vestiri foliis*. —5 *Est et in obli-*

NOTÆ

volunt, quod, instar fistulæ, concavus sit et inanis.

^d Quoniam nihil] Theophr. Οὐδὲν γὰρ ὡς εἰπεῖν ἔχει ξύλου καὶ σαρκός.

^e Orchomenius] Ab Orchomeno lacu Bœotia, quem alio nomine Copaida appellarunt.

^f Auleticum] Ἀθλητικόν, quoniam est tibiis utilis, quas ἀλούς Græci vocant.

^g Est alius] Theophr. loc. cit.

^h Donax] Δόναξ, Gallis Canne: ex qua mulierum colus.

ⁱ Multum prælata] Theophr. loc. cit.

^j Ut diximus] Cap. sup.

^k Sed Cretico] Theophr. loc. cit.

^l Obsequentique] Rectius ex Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. &c. obsequentique. Theophr. Μάλιστα κάμ-

ψιν δεχόμενος, καὶ ὅλως ἄγεσθαι δυνάμενος, ὡς ἂν θέλη τις θερμαινόμενος.

^m Verum et colore] Vide Notas et Emend. num. 23.

ⁿ Laconicis] Arundo Laconica, seu variegata, *Canne Royale*.

^o Vestiri tunicis] Hoc est, foliis: quæ, uti dictum est sup. cap. 'complexu arundinis tenues per ambitum inducunt tunicas,' nempe circa nodum, unde ipsa exeunt.

^p Spatiosius] Folia, quæ a nodo seu geniculo exeunt, caulem alte vestiunt, tunicæ in morem, ac circumplectuntur: et prius quam pendeant ac procumbant, alte subriguntur.

^q Est et obliqua] Theophr. loc. cit. Est, inquit, genus quoddam arundinis, ἐπίγειον, quod per humum repit, nec in aërem subrectum attollitur,

terram fruticis⁶ modo se spargens, suavissima in teneritate⁷ animalibus. Vocatur a quibusdam elegia.⁸ Est et in Italia⁹ nascens adarca nomine, palustris, ex cortice⁹ tantum sub ipsa coma, utilissima dentibus, quoniam vis eadem est quæ sinapi.

De Orchomenii lacus arundinetis accuratius dici cogit admiratio antiqua. Characian^t vocabant crassiorem firmioremque, plotian¹⁰ vero subtiliorem: hanc in insulis fluitantibus natam, illam in ripis expatiantis lacus. Tertia

qua Vet. Dalec.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *graminis*, e Theophr.—7 Dalec. *ejus teneritate*.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. *epigeia*, e Theophr.—9 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *et cortice* Gronov. et al. vett.—10 Margo edd. Dalec. et Gronov. *plotimon*, e Theophr.

NOTE

sed graminis modo per terram funditur, ἀφίησι καυλὸν ὡς περ ἄγρωστις.

^r *Elegia*] Sic Mss. etiam omnes. Frustra sunt qui *epigea* ex Theophr. malunt: quam vocem ne Grammaticæ quidem leges ferunt, pro ἐπίγειος. Sed ita fingunt scriptum a Plinio, ut errorem deinde summo viro exprobrent, quod Salmasius facit, in libello cui titulus, 'Præfatio ad Plinium,' p. 102. et 103.

^s *Est et in Italia*] Et in Italia, inquit, circa palustres arundines, ex cortice tantum, et sub ipsa coma nascens adarca. Quo nomine intelligitur concreta salsilago, ut ait Diosc. v. 137. quæ locis humidis et palustribus siccitate emergit, et circa arundines concrescit: 'Ὁ δὲ προσαγορευόμενος ἀδάρκης . . . ὡς περ ἐπίπαγος ὑφαλμυρίζων, καθ' ὑγρῶν καὶ τελευτωδῶν τόπων ἐν ξηρασίᾳ ἐπιγινόμενος, καὶ περιπηγνόμενος καλάρμοις. Plinius ipse rursum xx. 88. 'Sinapis naturam effectusque eosdem habere traditur adarca . . . in cortice calamorum sub ipsa coma nascens.' Iterumque xxxii. 52. 'Inter aquatilia dici debet et κα-

λαμόχρους, Latine adarca appellata. Nascitur circa arundines tenues e spuma aquæ,' &c. Ex quibus intelligas calumniari Dalecampium, qui Plinium dicat adarcam inter arundinum genera inepte censere.

^t *Characian*] Χαράκιαν Theophr. Hist. iv. 12. Non ea arundo est, quam Diosc. φραγμίτην, nos vulgarem dicimus, Galli *Roseau*. Quanquam si solam etymon spectes, eadem fere vis est utriusque vocis, χαρακίας, et φραγμίτης, ut τοῦ φραγοῦ et χάρακος. Sepimentum enim et munimentum sonant. At φραγμίτης tenuis arundo est, ex Diosc. i. 114. et gracilis: characias Plinio ac Theophrasto crassior.

^u *Plotian*] Ita etiam Mss. Πλωτίαν in Theophrasti codicibus Plinius aut scribi re ipsa vidit, aut scribi ita censuit oportere: præsertim cum ibi legeret nasci id arundinis genus ἐπὶ τῶν πλοάδων, in fluitantibus insulis. Nunc in editis Græce libris πλόκιμον legitur: quod ex ejus foliis storeæ, tegetes, aliaque fierent.

arundo est tibialis calami, quem auleticon^v dicebant: nono hic anno nascebatur. Nam et lacus^w incrementa hoc temporis spatio servabat: prodigiosus, si quando amplitudinem biennio extendisset: quod notatum apud Chæroniam in fausto Atheniensium,^x et sæpe: Lebaida vocatur influente Cephisso.¹¹ Cum igitur anno permansit¹² inundatio, proficiunt in aucupatoriam^y quoque amplitudinem: vocabantur¹³ zeugitæ. Contra bombyciæ,^z maturius reciproco, graciles:^a fœminarum,¹⁴ latiore folio atque candidiore, modica lanugine: aut omnino nulla, spadonum nomine insignibus.¹⁵ Hinc erant armamenta^b ad inclusos cantus:



plocian Vet. Dalec. et Chiffi. Mox, *fuitantibus natare* cod. Dalec.—11 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *infausto Atheniensium prælio et apud Lebodium sæpe notatur influente Cephisso* Gronov. et vulgg.—12 Franzius e cod. Dalec. *permanserit*.—13 Cod. Dalec. *vocantur*.—14 Margo edd. Dalec. et Gronov. *fœminarum specie*, e Theophr.—15 Dalec. *insignæ*.—16 Ita codd. Harduini et

NOTE

^v *Auleticon*] A tibiis, ut diximus, sup. cap.

^w *Nam et lacus*] Hæc totidem verbis Theophr. loc. cit. Toto novennio crescere lacum aiebant: calammum tibiale post id tempus exactum nasci.

^x *Infausto Atheniensium*] Hoc est infortunio. Prælium illud significat, quo et Athenienses et Bœoti cum Philippo Macedone conflixere, a quo victi, Olymp. cx. anno 111. Vide Notas et Emend. num. 24.

^y *In aucupatoriam*] In eam crescunt amplitudinem, propter quam mutato jam nomine *ζεγγίται*, hoc est, aucupatorii calami, appellantur. Ζεγγόγιο Hesychio, βρόχοι ὀρνίθων, laquei captandis aviculis destinati. In eo genere aucupii, quod calamis peragebatur, arundo ad arundinem sic attexi jungique consueverat, ut sensim cumulus cresceret, donec alitis ejus quæ captabatur, alas viscum tangeret. Hinc arundo crescens dicitur

Martiali, xiv. 218. ejus lemma. ‘Calami aucupatorii:’ ‘Non tantum calamis, sed cantu fallitur ales, Callida dum tacita crescit arundo manu.’ Et ix. 55. ‘Aut crescente levis traheretur arundine præda, Pinguis et implicitas virga teneret aves.’ Petron. in Sat. p. 141. ‘Parati aucupes cum arundinibus fuerunt.’

^z *Contra bombyciæ*] Cum anno, inquit, integro non manet inundatio, sed citius aqua subsidit, quæ tum crescunt arundines, eæ bombyciæ appellantur: ei tiliarum generi utiles, quod Βόμβυκα appellat Arist. lib. περὶ ἀκουστών, p. 1202. Longæ fuere tibiæ, quæ difficiliter inflarentur. Hæc Plinius a Theophr. loc. cit.

^a *Graciles*] Sunt eæ arundines, inquit, graciles: ex his fœminæ appellatæ, quæ latiore folio, et modica lanugine: quæ nulla, spadones. Sic etiam Theophr.

^b *Armamenta*] Ex spadonibus, inquit, tibiæ fiebant. Sunt enim tibiæ

non silendo^c et reliquo curæ miraculo, ut venia sit, argento jam^d potius cani. Cædi solebant^e tempestivæ¹⁶ usque ad Antigenidem^{17 f} tibicinem, cum adhuc simplici^g musica uterentur, sub Arcturo:^h sic præparatæ aliquot post annos utiles esse incipiebant. Tunc quoque multa domandæ exercitatione, et canere tibiæ ipsæ docendæ,¹⁸ comprimentibusⁱ se ligulis, quod erat illis theatrorum moribus utilius. Postquam varietas accessit, et cantus quoque luxuria,¹⁹ cædi ante solstitia cœptæ, et fieri utiles in trimatu, apertioribus earum ligulis²⁰ ad flectendos sonos, quæ inde^j sunt et hodie. Sed tum ex sua^k quamque tantum arun-



Chiff. cum edd. recentt. *tempestive* Gronov. et vulgg.—17 Ita codd. Harduini et Chiff. item Theophrast. cum edd. Harduin. et recentt. *Antigenem* Gronov. et edd. vet.—18 Vet. Dalec. *et canere tibiæ ipso educandæ*; cod. Dalec. *et canere tibiæ ipsæ edocendæ*.—19 Cod. Dalec. *luxuriantes*.—20 Chiff. *ungulis*.

NOTÆ

armamenta sive instrumenta inclusi cantus. Sunt autem cantus inclusi iidem qui tibiales, inclusi nempe tibiis: ad discrimen assæ vocis, quæ sola voce linguæ, ut Nonius interpretatur, proferri solebat, statimque in aërem effundi, nec inclusa teneri instrumentis. Theophrast. *Εὐνουχίας ἐξ ὧν ἄριστα μὲν φασὶ τινες γενέσθαι τὰ ζεύγη*. Sunt porro ζεύγη compacta simul in tibiis calamorum internodia.

^c *Non silendo*] Neque prætereundum silentio, inquit, quantum curæ veteres in tibiis concinnandis et explorandis adhibuisse videantur.

^d *Argento jam*] Tibiis ex argento: quibus concinnandis levior multo opera danda, quam olim e calamis.

^e *Cædi solebant*] Hæc deinceps a Theophrasto, ut priora, Hist. iv. 12.

^f *Antigenidem*] Sic Mss. Reg. Colbert. Th. non *Antigenem*. *Ἀντιγενίδας* Theophr. loc. cit. Plutarch. in Apophtheg. p. 193. et Tatianus Orat. contra Græcos, p. 177. Antigenidam tibicinem laudat et Valer. Max. iii. 7. Gellius xv. 17. p. 827. et Apulcius

Florid. l. i. p. 6. De eo Tullius in Bruto, pag. 569. 'Antigenidas dixit discipulo, Mihi cane et Musis.' Alexandri M. temporibus vixit.

^g *Cum adhuc simplici*] Theophrast. *ἡνίκ' ἤλλουν ἀπλάστως*, sine modulorum varietate, et multiplici flexu.

^h *Sub Arcturo*] Theophrast. *ὑπ' Ἀρκτοῦρων Βοηδρομιῶνος μηνός*. Sub Arcturi exortum, mense Septembri. Vide xviii. 74.


ⁱ *Comprimentibus*] Erant compressiores, nec satis apertæ, ligulæ tibiæ. Vide Notas et Emend. num. 24. Postea vero cæsæ solstitio in trimatu utiles, apertioresque ad flectendos sonos: ut statim dicitur. De voce 'ligulæ' sive 'lingulæ' in tibiis, Vossium et Festum vide. Gallis, *Anche*.

^j *Quæ inde*] Quales ab eo ævo, inquit, hodieque sunt.

^k *Sed tum ex sua*] Persuasum erat, lingulas tibiæ ex eodem arundinis internodio eximi oportere, unde tibia ipsa constaret: alias non fore congruas: *Συμφωνεῖν δὲ τὰς γλώσσας,*

dine²¹ congruere persuasum erat: et eam, quæ radicem¹ antecesserat, lævæ tibiæ^m convenire: quæ cacumen, dextræ: immensum quantum prælatis, quas ipse Cephissusⁿ abluisset. Nunc sacrificæ^o Tuscorum e buxo,^p ludicræ vero Ioto,^q ossibusque asininis,^r et argento fiunt. Aucupatoria arundo a Panhormo^s laudatissima: piscatoria Abaritana^t ex Africa.

LXVII. Arundinis Italiæ usus ad vineas^a maxime. Cato^b seri eam jubet in humidis agris, bipalio subacto prius



Mox, Vet. Dalec. quæ jam inde sunt.—21 Cod. Dalec. quaque tantum arundinem.

NOTÆ

inquit Theophr. τὰς ἐκ τοῦ αὐτοῦ μεσογονατίου τὰς δὲ ἄλλας οὐ συμφωνεῖν.

¹ *Quæ radicem*] Quæ proxima radici, inquit Theophr. læva ponitur: quæ cacumini, dextra. Hæc Plinius ad dextram lævamque tibiam perquam apte refert.

^m *Lævæ tibiæ*] Festus: ‘Dexterarum tibiarum genus est, quæ dextra tenentur:’ et lævarum igitur versa vice, quæ læva. Dextra simul et sinistra impares tibiæ vocabantur, quia et impari erant foraminum numero, et soni diversi. Pares, duæ dextræ, vel duæ sinistrae.

ⁿ *Quas . . . Cephissus*] Amnis, de quo supra, et in Geographicis iv. 12. qui in Copaidem paludem influebat.

^o *Nunc sacrificæ*] In sacris adhibitæ. Seneca similiter, ‘Sacrificæ dulces tibia effundat modos.’ De tibiarum usu in sacris dicetur xxviii. 3.

^p *E buxo*] Ovid. Met. xii. 157. ‘Non illos carmina vocum, Longave multifori delectat tibia buxi.’

^q *Ioto*] Africana arbore, de qua xiii. 32. De hoc tibiarum genere Athenæus lib. iv. p. 182. Οἱ δὲ καλούμεναι λώτινοι ἀλοῖ, κ. τ. λ. Festus, ‘Lotos, arboris genus, ex cujus materia

frequenter tibiæ fiebant: ejus bacis pasti quondam Lotophagi dicti.’

^r *Asininis*] In eam rem multè lapide Æsopus et Niloxenus, apud Plutarch. in Convivio septem Sapient. p. 150. Fuere et e cruribus hinnuli, teste Athenæo lib. iv. et e tibiis gruum.

^s *Panhormo*] Siciliae oppido.

^t *Abaritana*] Oppido quondam nomen Abbir majus. Vide Geographica v. 4.

^a *Ad vineas*] Unde arundo *vinitoria* in Indice hujus libri est nuncupata. Usus illius ad juga vinearum et pedamenta. Varro de Re Rust. i. 8.

^b *Cato*] De Re Rust. c. 6. p. 12. ‘Sicuti in his locis ripæ, aut locus humectus erit, ibi . . . serito, et arundinetum. Id hoc modo serito. Bipalio vortito: ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio serito. Ibi corrudam serito, unde asparagi fiant: nam convenit arundinetum cum corruda, eo quia foditur, et incenditur,’ &c. Sic rursus idem c. 47. Bipalium instrumentum est ad fodiendum. *Oculi* in arundine qui dicantur, ipse aperit xvii. 33. statim initio. Colum. de Arboribus c. 29. ‘Arundo optime

solo, oculis dispositis intervallo ternorum pedum. Simul et corradam, unde asparagi fiant: concordare enim amicitiam.

(XXXVII.) Salicem vero circa: ^c qua ¹ nulla aquaticarum utilior, licet populi vitibus placeant, et Cæcuba educunt: licet alni sepibus muniant, ² contraque erumpentium amnium impetus, riparum muro in tutela ³ ruris excubent in aqua satæ, cæsæque densius innumero hærede ^d prosint.

LXVIII. Salicis statim plura genera. ^e Namque ^f et in proceritatem magnam emittunt jugis vinearum ^g perticas, pariuntque ² baltheo corticis ^h vincula: et aliæ ⁱ virgas sequacis ad vincturas lentitiæ. Aliæ prætenues ^j viminibus texendis spectabili subtilitate. Rursus aliæ firmiores corbibus, ac plurimæ agriculturalum supellectili: candidiores



CAP. LXVII. 1 *Cato: circa omnes qua.*—2 *Cod. Dalec. sepes muniant.*—3 *Dalec. riparum modo in tutelam.*

CAP. LXVIII. 1 *Salici sativæ plura genera* Vet. Dalec. Mox, in eodem Vet. *Nam quadam et in proceritatem.*—2 *Dalec. prætenues.*—3 *Ita ex codd.*

NOTÆ

seritur, quos alii bulbos, alii oculos vocant. ⁷ De corrada sive asparago in herbarum volumine dicitur.

^c *Salicem vero circa*] Nempe circa arundinem, de qua dictum est proxime. Unde intelligas perperam a superiore sententia hanc distraxisse Plinii editores, ut inde novi capituli exordium sumerent. Nam Cato verbis modo laudatis hæc statim subnectit. *Salicem Græcam circum arundinetum serito, uti siet qui vineam alliges.* ⁷

^d *Hærede*] Numeroso stolone.

^e *Salicis . . . genera*] Gallis *Saule*. Sunt in horto Regio salicis genera omnino quindecim.

^f *Namque*] Est hæc salix alba vulgaris arborescens, ab aliis perticalis appellata: a Dodonæo pingitur, p. 831.

^g *Jugis vinearum*] Ad vinearum ju-

ga struenda. Jugum in vinea dicitur, cum duabus pluribusve perticis fixis aliæ super eas alligantur, in quibus vites conjunguntur, et quasi jugum in summitate faciunt: ut jam alibi monuimus. Colum. iv. 12. *Arundines binas singulis vitibus applicabimus: aut si regionis conditio permittit, vetera deponemus hastilia: quibus annectuntur singulæ transversæ perticæ in imam partem ordinis: quod genus jugi canterium vocant rustici.* ⁷ Nostri *Vignes perchées*.

^h *Baltheo corticis*] Cortex, in balthei modum a summo rami capite imum usque sectus, vinculi præbet vicem.

ⁱ *Et aliæ*] Ut nitelinæ, *le franc ozier*, et Amerinæ, *l'ozier*.

^j *Aliæ prætenues*] Quæ folio sunt amygdalino, purpureæ nigræ viminales dictæ. Iconem vide apud Da-

ablato cortice, lenique tractatu,³ vilioribus^k vasis, quam ut e corio fiant: atque etiam supinarum¹ in delicias cathedrarum aptissimæ. Cædua salici fertilitas, densior tonsura, ex brevi pugno^{4m} verius, quam ramo: non, ut remur, in novissimis curanda arbore. Nullius quippe tutior est reditus, minorisve impendii, aut tempestatum securior.

LXIX. Tertium locum ei in æstimatione ruris Catoⁿ attribuit, prioremque quam olivetis, quamque frumento, aut pratis: nec quia desint alia vincula. Siquidem^o et genistæ, et populi, et ulmi, et sanguinei frutices, et betullæ,¹ et arundo fissa, et arundinum folia, ut in Liguria, et vitis ipsa, recisisque aculeis rubi alligant,^p et intorta corylus. Mirumque contuso ligno alicui majores ad vincula esse vires. Salici tamen^{2 q} præcipua dos. Finditur Græca rubens:^r candidior Amerina,^s sed paulo fragilior, ideo solido^t ligat



Harduinus et recentt. *laves tractatu* Dalec. *levique tractatu* Gronov. et al. *Mox melioribus vasis* cod. Dalec. *mollioribus vasis* Chiff. Vet. Dalec. et Ruel. *vilioribus v. q. si e corio* alii vett. ap. Dalec.—1 *Cædua salici fertilitas densior tonsura, et brevi ligno* Dalec. *densiorque tonsura* cod. Dalec. *cunco pro pugno* margo edd. Dalec. et Gronov.

CAP. LXIX. 1 Gronov. et *betulæ*.—2 *Salici autem* Vet. Dalec.—3 Ita ex

NOTÆ

lec. Hist. lib. II. p. 276.

^k *Vilioribus*] Mss. Reg. Colb. Th. *melioribus vasis, quæ ut ne corio fiant eodem: atque etiam, &c.*

¹ *Supinarum*] *Supina cathedra* est, quæ desidentes, ac molliter resupinos excipit: *une chaise à dos.*

^m *Ex brevi pugno*] *Cacumen tonsæ salicis, unde rami fruticant, brevi pugni verius, quam rami, nomen obtineat.*

ⁿ *Cato*] *De Re Rust. c. 6.* ‘De omnibus agris, optimoque loco, si emeris jugera agri centum, vinea est prima, si vino multo siet: secundo loco, hortus irriguus: tertio, salicium: quarto, oletum: quinto, pratium: sexto, campus frumentarius: septimo, sylva cædua: octavo, arbustum: nono, glândaria sylva.’

^o *Siquidem*] Colum. IV. 13. p. 136.

‘Optima est ergo ad vitem ligandam genista, vel paludibus desectus juncus, aut ulva: non pessime tamen in umbra siccata faciunt in hunc usum arundinum quoque folia.’ De sanguineis fruticibus diximus c. 30. De genista dicemus XXIV. 40.

^p *Rubi alligant*] Colum. IV. 31.

^q *Salici tamen*] Etiam contusæ, vel contortæ.

^r *Græca rubens*] Colum. IV. 30. p. 161. Græca flavi coloris est, haud dubie, quæ mox nitelina dicitur. *Le franc ozier.*

^s *Amerina*] Amerina salix Columellæ loc. cit. gracilem virgam et rutilam gerit. *L’ozier.* Est salix minor viminalis a Dodonæo delineata, pag. 831.

nexu.³ In Asia tria genera observant. Nigram,^u utiliorem viminibus: candidam, agrorum usibus:^v tertiam, quæ brevissima est, helicem^w vocant. Apud nos quoque multi totidem generibus⁴ nomina imponunt: vimineam^x vocant, eandemque purpuream.⁵ Alteram nitelinam^{6y} a colore, quæ sit tenuior. Tertiam Gallicam,^z quæ tenuissima.

LXX. Nec in fruticum, nec in veprium cauliumve, neque in herbarum, aut alio ullo, quam suo genere, numerentur jure scirpi^a fragiles palustresque, ad tegulum,^b tegetesque:^c e quibus detracto cortice, candela^d luminibus et



codd. Harduinus et recentt. *Find. Gr. rub. Amerina, ut et candida, haud paulo flexilior id. sol. ligans nexu margo* edd. Dalec. et Gronov. *Finditur G. r. candidiorque Amerina* Gronov. et al. ante Harduin. *ideoque s. ligat* Vet. Dalec. Mox, *In Arcadia tria, &c. margo* edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.—4 *Vox, generibus deest in Vet. Dalec.*—5 *Ita ex codd. Harduinus et recentt. vimineam vocant, eandemque purpuream* Chiffli. *vimineam v. eandem purpuream* Gronov. et al. vett.—6 *Alteram vitellinam* Ruel.

NOTÆ

¹ *Ideo solido*] Ideo non finditur, ut Græca: sed solido ramo seu virga nectit.

^u *Nigram*] Quæ cortice nigro aut purpureo est, inquit Theophr. Hist. III. 13. nigra dicitur: candida, quæ candido. Virgas pulchriores, et ad texendum commodiores, nigra profert: candida spissiores. Nigræ iconem Dalecampius exhibet, ut ante monuimus, albæ Dodonæus.

^v *Agrorum usibus*] Corbis, et reliquæ agrorum suppellectili.

^w *Helicem*] Ἑλικήν, Theophr. loc. cit. παρὰ τὸ ἐλισσεσθαι, quod εἰς τὰ πλεκτὰ ἐλίττεται, tortilis ac plectilis est, et ad viminum textus idonea. Eadem cum Amerina nobis esse ea videtur.

^x *Vimineam*] Quæ nigra et viminalis prius a nobis est appellata.

^y *Nitelinam*] Ita Mss. omnes. A colore flavo vel rubeo: eadem quæ Græca rubens. De nitelis vide quæ diximus VIII. 82.

^z *Gallicam*] Columellæ, loco prox-

ime cit. Gallica obsoleti purpurei et tenuissimi viminis dicitur.

^a *Scirpi*] Glossæ, ‘Scirpus, φλοῦς, πάπυρος.’ Festus: ‘Scirpus est id, quod in palustribus locis nascitur, læve, et procerum, unde tegetes fiunt. Inde proverbium est in eas natum res, quæ nullius impedimenti sunt, ‘Inscirpo nodum quærere,’ quia nihil rectius et enodius junco.

^b *Ad tegulum*] Ad tegumentum ædium. Qua voce jam ante usus initio c. 64.

^c *Tegetesque*] Glossæ: ‘Ψιθοί φλόιναι, tegetes scirpeæ,’ stragula scilicet e junco, scirpoque. Sic etiam, auctore Festo, ‘Tegillum, cucullianiculum ex scirpo factum. Plautus: Tegillum mihi aret: id si vis, dabo.’ Genus vestis nimirum a tergo pendentis, quod pluviam arechat a capite: dictum a tegete: quod, ut tegetes, e scirpo fieret. Sunt et e lino, palma, cannabique tegetes. *Des nattes.*

^d *Candela*] Addita cera, et quidem odorata. Paulinus Natali 3. ‘Lumi-

funeribus^e serviunt. Firmior quibusdam in locis eorum rigor. Namque iis velificant^f non in Pado tantum nautici, verum et in mari piscator Africanus, præpostero more vela intra^g malos^g suspendens. Et mapalia^h sua Mauri tegunt: proximeque æstimanti hoc videantur esse, quo in inferiore Niliⁱ parte papyrum, usu.²

LXXI. Sed fructosi¹ generis sunt inter aquaticas et rubi,^j atque sambuci fungosi generis: aliter tamen, quam ferulæ: quippe plus ligni utique² sambuco. Ex qua magis canoram buccinam tubamque credit pastor, ibi cæsa, ubi gallorum cantum frutex ille non exaudiat. Rubi mora ferunt: et alio^k genere similitudinem rosæ, qui vocatur

CAP. LXX. 1 Vet. Dalec. *inter*.—2 Cod. Dalec. *æstimati hoc interiore parte vid. esse, quo interiore, &c.* Vet. Dalec. *quod in interiore mundi parte pari sunt papyri usui*; Chiff. *quod in interiore mundi papyrum usui*; Gronov. Harduin. et recentt. *quo inferiore Nili parte papyri sunt usu.* 'Codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps, *in inferiore Nili parte.* Bene codd. Regg. 1. 2. *papyrum.* Male Editio princeps, *papyri.* Recentiores edd. *papyri sunt.*' Brotier.

CAP. LXXI. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *fructectosi* cod. Dalec. *fruticosi* Gronov. et al. vett.—2 Vet. Dalec. *ligni ac*

NOTÆ

na ceratis adolentur odora papyris.' *funalibus.*
Nam et scirpos eos Latini papyrum dixere, non Ægyptiam illam quidem, de qua dictum est lib. XIII. sed Italianam, ut Glossæ mox laudatæ docent. Has scirpeas papyraceasve faces, cerea imbutas tunica, *λαμπάδας κηροχίτωνας* eleganter Antipater in Anthol. 'papyros cera circumdatas' vocat Isidorus Orig. XI. 2. Fortunatus Vitæ S. Hilarii, sub finem, lib. II. 'Quantum fuit cerei longitudo, cera jacens inventa est, papyro consumpta,' &c. 'Fila scirpea,' 'stuppam calentem,' non invenuste vocat Prudentius Hym. v. ad incensum lucernæ, vs. 15. 'Quin et fila favis scirpea floreis Presso melle prius collita fingimus. Vivax flamma viget . . . Seu ceram teretem stuppa calens bibit.'

^e *Et funeribus*] Ita libri omnes, etiam Mss. non, ut quibusdam placet,

^f *Velificant*] Ex his vela texunt.

^g *Intra malos*] Ita ut cum venti intendunt vela, ea in malos ipsos impellant: sunt enim ad proram mali: ex his, qua parte puppim aspectant, vela pendent.

^h *Mapalia*] Ædificia Numidarum agrestium, de quibus Sallust. in Bello Jugurth. Festus: 'Mapalia casæ Pænice appellantur,' &c.

ⁱ *Inferiore Nili*] Inferiore Ægypto, quam Delta vocant. In Mss. Reg. Colb. Th. Chiff. *quo in interiore mundi parte papyrum usu*: sinceriore sane scriptura. Extima mundi Romani pars Mauretania est: interior, hæc quam colimus.

^j *Rubi*] Rubus vulgaris fructu nigro, *Ronce*. Iconem vide apud Dalec. Hist. Plant. II. 1. p. 119.

^k *Et alio*] Et aliud, inquit, rubi ge-

cynosbatos. Tertium genus *Idæum*¹ vocant Græci a loco. Tenuius est^m quam cetera, minoribusque spinis, et minus aduncis. Flos ejusⁿ contra lippitudines illinitur ex melle: et igni sacro.³° Contra stomachi^p quoque vitia bibitur ex aqua. Sambuci^q acinos habent nigros atque parvos, humoris lenti, inficiendo maxime capillo: qui et⁴ ipsi aqua decocti manduntur.

LXXII. (XXXVIII.) Humor et cortici^a arborum est, qui sanguis earum intelligi debet, non idem omnibus. Ficis lacteus: ^r huic ad cascios figurandos^b coaguli vis. Cerasis gummosus,²° ulmis salivus: lentus ac pinguis malis, vitibus ac pyris aquosus. Vivaciora, quibus lentior. Atque in totum³° d corpori arborum, ut reliquorum animalium,



succi utique; Chiffli. ligni est utique.—3 Cod. Dalec. et ignem sacrum.—4 Vet. Dalec. quin et.

CAP. LXXII. 1 *Ficus lactens* Chiffli.—2 'Ita bene codd. Regg. 1. 2.' Brotier. Omnes codd. Harduini et Chiffli. *cumminosus*. Edd. ante Brotier. *gummosus*. Mox, Gronov. et al. vett. *salivus*, *lentus*, &c. cod. Dalec. *salivus*, *lentus* ac *pinguis*. *Malis*, &c. e Theophr.—3 *Atque in toto* cod. Dalec. *Æque in toto*

NOTE

nus est: cynosbaton vocant. Fructum id subrutulum parit, malo Punico simile: est inter fruticem, arboremque, rosæ non absimile. Theophr. Hist. III. 18. Τὸ δὲ κυνόσβατον τὸν καρπὸν ὑπέρυθρον ἔχει, καὶ παραπλήσιον τῷ τῆς ῥόσας ἔστι δὲ δένδρου καὶ θάμνου μεταξὺν, καὶ παρόμοιον ταῖς ῥόδαϊς. Non est id rubi genus, in quo rosa nasci dicitur, XXI. 73. Cynosbaton hunc, qui florem ac fruticem rosæ sylvestris promat, vidisse se Lobelius testatur in Advers. p. 446.

¹ *Idæum*] Ab Ida monte, in quo nascitur copiosius quam alibi, inquit Diosc. IV. 38. Gallis *Franboisier*. Pingitur a Dodonæo, p. 371.

^m *Tenuius est*] Hæc pariter Diosc. loc. cit.

ⁿ *Flos ejus*] Diosc. loc. cit. ad oculorum inflammationem adhibet.

^o *Et igni sacro*] Subintellige, igni sacro medendo illinitur. Erysipelata restinguere dicitur a Dioscoride, quod eodem pertinet, ut alibi dicturi sumus.

^p *Contra stomachi*] Diosc. loc. cit. et Plinius iterum XXI. 25.

^q *Sambuci*] Hæc Plinius a Theophr. Hist. III. 13. Habet eadem Diosc. IV. 175.

^a *Humor et cortici*] Ex Theophr. Hist. I. 19.

^b *Figurandos*] Cogendos, figendos. Ita Mss. omnes. Arist. Hist. Anim. III. 16. p. 390. Πήγγυται δὲ τὸ γάλα, ὅπως τε σοκῆς, καὶ πueriæ. Cogitur lac succo ficulneo, et coagulo.

^c *Gummosus* [*gummosus*] Mss. omnes, *cumminosus*.

^d *Atque in totum*] Ex Theophr. id expressum Hist. I. 4.

cutis, sanguis, caro, nervi, venæ, ossa, medullæ, pro cute cortex. *Mirum*: is^e in moro^{4f} medicis succum quærentibus, vere,^{5g} hora diei secunda, lapide incussus^h manat: altius fractus siccus⁶ videtur. Proximi plerisque adipēs: ii vocantur a colore alburnum: ⁱ mollis ac pessima pars ligni, etiam in robore facile putrescens, teredini obnoxia: quare semper amputabitur. Subest huic caro, cui ossa: id est, materiæ optimum. Alternant^j fructus, quibus siccus lignum, ut olea: magis quam quibus carnosum, ut cerasus. Nec omnibus adipēs carnesve largæ, sicuti nec animalium acerrimis. Neutrum habent⁷ buxus, cornus,^k olea: nec medullam minimumque etiam sanguinis: ^l sicut ossa non habent sorba, carnem sambuci,^m (et plurimam⁸ ambæ medullam,) nec arundines majore ex parte.

LXXIII. In quarundam arborum carnibus pulpæ^a venæ-



Vet. Dalec.—4 *Mirum hic in moro* Gronov. et al. ante Harduin. *Mirum hic in sycomoro* margo edd. Dalec. et Gronov. e Diosc.—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. fere Gronov. et al. primo vere Ruel. Mox, cod. Dalec. *lapide incisus*; Vet. Dalec. *lapide incusso*.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *fractus cortex siccus*, e Diosc.—7 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. recentt. *Neutrum habet* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, cornus: olea nec Dalec.—8 Dalec. sed plurimam. Mox, cod. Dalec. nec arundines. *Majore ex parte in quarundam, &c.*

NOTE

^e *Mirum: is*] Cortex videlicet: qui si leviter incidatur, succo manat: si altius frangatur, siccus manet.

^f *In moro*] Hoc de sycomoro Dioscorides retulit, l. 181. sed de moro Marcellus Empir. c. 12. qui succum ejus ad dolorem dentium impense commendat.

^g *Vere*] Sic Mss. non fere. Diosc. ἔαρος πρώτου.

^h *Incussus*] Ita Mss. omnes: hoc est, leviter, ac superficie summa incisus.

ⁱ *Alburnum*] Non arboris id modo nomen est, sed vitium arborum. Lignarii fabri appellant *l'Aubour*.

^j *Alternant*] Altero quoque anno

edunt. Colum. v. 9. 'Optimum est constitutum jam et maturum olivetum in duas partes dividere, quæ alternis annis fructu induantur: neque enim olea continuo biennio uberat.'

^k *Cornus*] Nempe mascula, cui medulla quoque nulla inest, ut dictum est cap. 42. De olea, num medulla careat, vide Theophrast. Hist. v. 6. De buxo c. 7.

^l *Sanguinis*] Humor in cortice.

^m *Sambuci*] Theophr. Hist. l. 19. In Mss. omnibus, *sabuci*: et Q. Sereus Samonicus, c. de phrenesi, et capite curando: 'Ungitur et succis deridet quos parva sabucus.'

que sunt. Discrimen earum facile. Venæ latiores candidioresque pulpæ fissilibus insunt. Ideo fit,^b ut aure ad caput trabis quamlibet prælongæ admota, ictus ab altero capite vel graphii sentiatur,^c penetrante rectis meatibus sono. Unde deprehenditur, an torta sit materies, nodisque concisa. Quibus sunt tubera, sic sunt² in carne glandia.^c In iis nec vena, nec pulpa, quodam callo carnis in se convoluta. Hoc pretiosissimum in citro,³ et acere.^d Cetera mensarum genera fissis arboribus^e circinantur in pulpa: alioqui fragilis esset vena in orbem arboris cæsa.⁴ Fagis pectines^f transversi in pulpa. Apud antiquos^g inde et vasis honos. Manius Curius^h juravit se ex præda nihil



CAP. LXXIII. 1 Vet. Dalec. *vel gravis sentiatur.*—2 Ita ex codd. Harduin. cum edd. recentt. *Quibusdam sunt tubera, sicut sunt* Gronov. et al. ante Harduin.—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. *cedro* Gronov. et al. vett.—4 Dalec. *arbore cæsa.*—5 *Marcus Curius* alii ap. Dalec.—6 Cod. Dalec. *fluc-*

NOTÆ

^a *Pulpæ]* Pulpa pro nervo accipit, quem *lva* Theophr. vocat. Similitudo ducitur ab animantium corpore, in quibus pulpa dicitur 'caro sine pinguedine, sicut est tumida et grossa caro crurium et brachiorum,' inquit Joan. de Janua in Catholico.

^b *Ideo fit]* Id jam delibatum a nobis xi. 112. Quotidiani hujus experimenti causam Kircherus explicat in Phonurgia nova, pag. 65. Est autem graphium, ut vulgo etiam notum est, stylus ferreus, quo in tabellis ceratis, aliisve, quicquid libuerit, exarare solemus.

^c *Glandia]* Glandulæ. Dicemus de hac voce opportunius, xxxvi. 2.

^d *In citro, et acere]* Ita Mss. Reg. Colb. Th. Chiff. &c. non *cedro*. Et de citri quidem tubere diximus xiii. 29. de tubere aceris, libri hujus cap. 27.

^e *Fissis arboribus]* Ad mensas struendas e reliquis arborum generibus,

finduntur primum arbores in longitudinem: dein pulpa, hoc est, pars ligni fissa ad opus circinatur: nec statim in orbem, sive per latitudinem ac transversim arbor dividitur: quoniam fragilis tum vena foret, seu facile frangeretur.

^f *Pectines]* Sic appellantur lineæ quædam ductusque per longitudinem arborum latitudinemque, amnium anguimve more serpentes: qui ductus in polita præcipue materia, non sine quadam colorum varietate, conspicui sunt *κρηδύες*. Venarum cursus appellat c. 76. Gallis, *veines*.

^g *Apud antiquos]* Virgil. Ecl. iii. 36. 'Pocula ponam Fagina.' Ovid. Met. viii. 669. 'Cælatus eodem Sistrur argento crater, fabricataque fago Pocula.'

^h *Manius Curius]* De quo jam diximus vii. 15. Vide Valerium Max. iv. 3. p. 208.

attigisse, præter guttumⁱ faginum, quo sacrificaret. Lignum in longitudinem fluctuatur:^{6j} ut quæ pars fuit ab radice, validius sidit.⁷ Quibusdam pulpa sine venis, mero stamine et tenui constat. Hæc maxime⁸ fissilia. Alia frangi^k celeriora, quam findi, quibus pulpa non est: ut oleæ, vites. At e contrario totum e carne corpus fico. Tota ossea^l est ilex, cornus, robur, cytissus, morus, ebenus, lotos, et quæ sine medulla esse diximus.^m

Ceterisⁿ nigricans color. Fulva cornus, in venabulis^o nitet, incisuris nodata^p propter decorem. Cedrus, et larix, et juniperus rubent.

(XXXIX.) Larix foemina^q habet,¹⁰ quam Græci vocant ægida, mellei coloris.^r Inventum est pictorum¹¹ tabellis^s



tuat; Vet. Dalec. *ita fluctuat*; alii vett. ap. eund. *fluctuat ea qua*.—7 Cod. Dalec. *sidit*.—8 *Hæcque maxime* Dalec.—9 Vet. Dalec. *notata*.—10 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Larix foeminam habet* Gronov. et edd. vett. *Pinus foemina*, &c. margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.—11 *Inventu pictorum*

NOTÆ

ⁱ *Guttum*] Poculi genus, quo in sacrificiis mensisque utebantur, et quo guttatim infundebatur aqua. Plautus: ‘Ut guttulam hauriret ex guttulo.’

^j *Fluctuatur*] Mari immergitur, ut veluti condiatur, ac maceretur, et firmitatem accipiat. Theophr. Hist. v. 6. Robur et laricem, inquit, cum in mari condiunt, δρῶν καὶ πεύκηςν ὕταν ταριχεύουσι τῇ θαλάττῃ, et quæ radici propiora sunt, citius in aqua merguntur, ac plus ceteris sidunt, τὰ πρὸς τὴν ῥίζαν θάπτων δύεται καθ’ ὕδατος, καὶ ἐπινεύει μᾶλλον.

^k *Alia frangi*] In assulas dissilire.

^l *Tota ossea*] Os esse materiæ optimum sup. cap. interpretatus est.

^m *Esse diximus*] Sup. cap. Buxum, cornum, oleam.

ⁿ *Ceteris*] E proxime appellatis: ilici, corno, robori, &c. præter cornum.

^o *In venabulis*] Venabulum, un *épiceu*, telum quondam venationi aptum: e corno ut plurimum arbore. Ovid. Epist. iv. 83. ‘Sive tenes lato venabula cornea ferro.’

^p *Incisuris nodata*] Erant asperâ nodis venabula, ubi rami a caudice amputati: nam cæsurae manebant vestigia.

^q *Larix foemina*] Theophr. Hist. III. 10. Καὶ τὴν αἰγίδα τὴν καλουμένην ἢ θήλεια τῆς πεύκης ἔχει. (Ἐν πεύκῃ γυρσὺν larix.) Τοῦτο δὲ ἐστὶν τὸ ἐγκάρδιον αὐτῆς. Est autem ægis arboris veluticor, ac medullæ interiori proximum.

^r *Mellei coloris*] Theophr. loc. cit. ἢ δὲ αἰγὶς εὐχρως, coloris elegantis et boni.

^s *Pictorum tabellis*] Τὰ τῶν ζωγράφων πινάκια vocat Theophr. loc. cit. Galli, *Palettes*, polliculares assulas, quibus colores insident. Nisi mavis pro tabulis ligneis accipere, in quibus olim,

immortale, nullisque fissile rimis, hoc lignum. Proximum medullæ est. In abiete leuson^{12 t} Græci vocant. Cedri quoque¹³ durissima, quæ medullæ proxima, ut in corpore ossa, deraso modo limo.^u Et sambuci^{14 v} interiora mire firma traduntur. Namque qui venabula^w ex ea faciunt, præferunt omnibus: constat enim ex cute et ossibus.

LXXIV. Cædi tempestivum^a quæ decorticentur, ut teretes,^b ad templa ceteraque usus rotundi, cum germinant, alias cortice^c inextricabili, et carie subnascente ei, materiaque nigrescente. Tigna^d et quibus aufert securis corticem, a bruma ad Favonium: aut, si prævenire cogamur, Arcturi occasu,^{1 e} et ante eum Fidiculæ: novissima ra-

//////////

cod. Dalec. Paulo post, cod. Dalec. rimis. Hoc lignum proximum, &c.—12 In abiete quod leuson Dalec.—13 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. Græci vocavere. Cedrus quoque Gronov. et al. vett. Græci vocant. Cedrus quoque Chiffli.—14 Cod. Dalec. ossa. Deraso modo limo et sambuci.

CAP. LXXIV. 1 ' Hic certe errat Plinius; et, ut patet ex Theophrasto,

NOTE

uti nunc in tela, pingebatur: unde tabula plerumque apud antiquos usurpata pro pictura est.

^t Leuson] Theophr. loc. cit. Ἐχει δὲ ὡσπερ ἡ πεύκη τὴν αἰγίδα καὶ ἡ ἐλάτη τὸ λευκὸν, λούσσον καλούμενον, κ. τ. λ. In Sequanis fabri lignarii, inquit Rob. Constantinus, adhuc *Louchon* vocant, et ex ea materia pyxides conficiunt.

^u Limo] Alburnum, credo, intelligit: de quo sup. cap.

^v Et sambuci] Mss. omnes, *sabuci*, ut diximus cap. sup. Interiora porro non medullam vocat, sed ossa, hoc est, lignum ipsum, materiæque optimum, quod cortice, ceu cute, vestitur.

^w Qui venabula] Baculos fieri leves e sambuco dixit Theophr. loc. cit. ἔξ οὗ τὰς βακτηρίας ποιοῦσι τὰς κούφας.

^a Cædi tempestivum] Ex Theophr. Hist. v. 1. Ὁραῖα δὴ τέμνεσθαι ξύλα, τὰ

μὲν στοργγύλα, καὶ ὅσα πρὸς φλοισμὸν, ὅταν βλαστάνῃ· τότε γὰρ εὐπεριάρητος ὁ φλοῖος· ὃ δὲ καλοῦσι λιπᾶν, διὰ τὴν ὑγρότητα τὴν ὑπογυνομένην αὐτῷ· μετὰ δὲ ταῦτα δυσπερικάρητος, καὶ τὸ ξύλον μέλαν γίνεταί καὶ δυσειδές. Cædi tempestivum est: materiem quidem rotundam, et quæ decorticanda est, cum germinare incipit. Tunc enim cortex extricari facile potest: id quod turgere appellant, ob humorem qui sub eo cortice est, &c.

^b Ut teretes] Quæ caudice sunt teretes, et procerò: ut abies, pinus, picea. De abiete speciatim cap. 80. circa germinationes cædi eam tempestive, pronuntiatur.

^c Alias cortice] Alias cortex, nisi ægre admodum, avelli non potest: nigrescitque materies, &c. Theophr.

^d Tigna] Et alia hujusmodi, quæ quadrari debent, τετράγωνα, Theophr.

^e Arcturi occasu] Theophr. μετὰ τρυγητὸν καὶ Ἀρκτοῦρον, post vinde-

tionem, solstitio. Dies siderum horum reddetur^a suo loco. Vulgo satis^f putant observare, ne qua dedolanda arbor sternatur^g ante editos suos fructus. Robur vere^h cæsum, teredinem sentit: bruma autem, neque vitiatur,^{4h} neque pandatur, alias obnoxium etiam ut torqueat sese findatque: quod in subere tempestive quoque cæso evenit. Infinitumⁱ refert et lunaris ratio: nec nisi a vicesima in tricesimam cædi volunt. Inter omnes vero^j convenit, utilissime in coitu ejus sterna, quem diem alii interlunii,⁵ alii

————— /

emendandum, *Arcturi ortu*. Arcturi ortus fit pridie Idus Septembris. Occasus fit pridie Idus Martii. Certe scripserat Plinius, *Arcturi ortu, et ante eum Fidiculæ occasu, novissima ratione solstitio*. Et tunc vera sunt omnia. Fidiculæ occasus est vi. Idus Augusti. Errat eruditus Harduinus, qui Arcturi occasum defendit. Brotier.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. reddentur edd. vett. et Gronov.—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. ne quæ dedolanda arbores sternantur Gronov. et edd. vett.—4 Ita ex codd. Dalec. et Chiffi. et Editione principe edidit Brotier. Ceteræ edd. neque viatur.—5 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. alii interlunium Gronov. et al. ante Har-

NOTÆ

miam et Arcturi occasum, ut recte Plinius interpretatus est: non post Arcturi ortum, ut Dalecampius.

^f *Vulgo satis*] Theophr. loc. cit. "Ὅλως δὲ πᾶν πρὸς ἴσχον ἑραϊότατον, οὐ μόνον πεπαυμένον τῆς βλαστῆσεως, ἀλλ' ἐπι μᾶλλον ἐκπεπαῖνον τὸν καρπὸν. Omne quod validum esse debet, tempestivius cæditur, non solum cum germinare desierit, verum etiam cum fructum percoxerit.

^g *Robur vere*] Theophr. Δρῦς δὲ δψαίτατα, κ. τ. λ. Robur, inquit, serissime cædendum, hyeme post autumnum: quod si cæditur, dum turgescit, (id quod fieri verno tempore Vitruvius monet, II. 9. p. 32.) citissime omnium fere computrescit, σήπεται. 'Vere enim,' inquit Vitruvius, 'omnes arbores fiunt prægnantes, et omnes suæ proprietatis virtutem efferunt in frondes, anniversariosque fructus. Cum ergo inanes et humidæ temporum necessitate fuerint, vanæ fiunt, et raritatibus imbecillæ.

Uti etiam corpora muliebria cum conceperint, a fœtu ad partum non judicantur integra: neque in venalibus ea quæ sunt prægnantia, præstantur sana: ideo quod in corpore præseminatio crescens ex omnibus cibi potestatibus detrahit alimentum in se: et quo firmior efficitur ad maturitatem partus, eo minus patitur esse solidum id ipsum ex quo procreatur,' &c.

^h *Neque vitiatur* [vitiatur] Ita Mss. Reg. In Chiffi. vitiatur. Neque putredinem sentire, neque vermibus erodi robur bruma cæsum dixit Theophr. loc. cit.

ⁱ *Infinitum*] Hæc rursus ex Theophr. Hist. v. 1. et ex Colum. XI. 2. p. 370. 'quoniam,' inquit Colum. 'omnis materia sic cæsa judicatur carie non iufestari.'

^j *Inter omnes vero*] De hoc argumento multa Furnerius Hydrogr. I. 23. p. 37. Vide et auctorem Geopon. III. 1. p. 83.

silentis lunæ appellant. Sic certe Tiberius Cæsar, concremato ponte naumachiario,^k larices ad restituendum cædi^l in Rætia⁶ præfinivit. Quidam dicunt,^m ut in coitu et sub terra sit Luna: quod fieri non potest nisi noctu. At si competant coitus in novissimum diem brumæ, illa sit⁷ æterna materies: proxime,⁸ cumⁿ supra dictis sideribus. Quidam et Canis ortum addunt, et sic cæsas materies in forum Augustum.⁹° Nec novellæ autem ad materiem, nec veteres utilissimæ. Circumcisas^p quoque ad medullam aliqui non inutiliter relinquunt, ut omnis humor stantibus defluat. Mirum apud^q antiquos primo Punico bello classem Duillii¹⁰ imperatoris ab arbore excisa LX. die navi-

//////////

duin.—6 Ita Chiffi. et edd. recentt. ex *Rhætia* Gronov. et al. vett.—7 Dalec. *illa fit*.—8 Vet. Dalec. *proxima*.—9 Ita Chiffi. *Augusti* Vet. Dalec.—10 Edd. vett. et Gronov. *Duelli*. Vid. Carrion. Emend. II. 11.

NOTE

^k *Ponte naumachiario*] Junctæ fuere plures ponte naves: ex quo ponte naumachiarum inter se dimicabant. P. Victore teste, Naumachiæ quinque Romæ fuere, XIV. Urbis regione, in circum effossæ, quo Tiberis aqua immittebatur, ut ibi navalis pugnae specimen ederetur.

^l *Larices . . . cædi*] Causam Palladius edocet Novemb. tit. xv. p. 173. quoniam neque flammam recipiunt, nec carbones creant, ut dictum est cap. 19.

^m *Quidam dicunt*] Sic auctor Geopon. loc. cit.

ⁿ *Proxime, cum*] Ad bonitatem, perennitatemque materiæ ejus, quæ tum cæditur, cum coitus incidit in ipsum brumæ diem, accedit ea proxime, ejus cæsura fit, cum idem coitus in occasum incidit supra dictorum siderum, Fidiculæ, et Areturi.

^o *In forum Augustum*] Ita Mss. omnes: hoc est, ad Forum Augusti exædificandum, quod in octava Ur-

bis regione fuit, ut P. Victor prodidit.

^p *Circumcisas*] Ex Vitruvio II. 9. p. 33. Palladius quoque, loc. cit. p. 172. 'Materies,' inquit, 'ad fabricam cædenda est, cum Luna decrescit: sed arbores quæ cæduntur, usque ad medullam securibus recisas, aliquamdiu stare patieris, ut per eas partes humor, si quis in venis continetur, excurrat.'

^q *Mirum apud*] Florus II. 2. p. 48. 'Duillio Cornelioque Coss. etiam mari congressi Populus Rom. ausus est. Tum quidem ipsa velocitas classis comparatæ auspiciam fuit. Intra enim LX. diem quam cæsa sylva fuerat, CLX. navium classis in anchoris stetit: ut non arte factæ, sed quodam munere Deorum conversæ in naves, atque mutatæ arbores viderentur.' Fuit hic annus Urbis ccccxiii. belli Punico primi quartus: quinto primus idem Romanorum Duillius navalem victoriam adeptus est.

gasse. Contra vero Hieronem^r regem CCXX. naves effectas diebus XLV. tradit L. Piso. Secundo quoque Punico bello, Scipionis^s classis XL. die a securi navigavit. Tantum tempestivitas etiam in rapida celeritate pollet.

LXXV. Cato hominum summus in omni usu, de materiis hæc adjicit: 'Prelum e carpino^a atra^r potissimum facito: ulmeam, pineam, nuceam, hanc atque aliam materiam omnem cum effodias, Luna decrescente eximito post meridiem, sine vento Austro. Tunc erit tempestiva, cum semen suum maturum erit. Cavetoque ne per² rorem trahas, aut doles.' Idemque mox:^b 'Nisi intermestri,^c Lunaque dimidiata,³ ne tangas materiem. Tum effodias⁴ aut præcidas abs terra. Diebus septem^{5d} proximis, quibus Luna plena fuerit, optime eximitur. Omnino caveto ne quam^e materiam doles,⁶ neve cædas, neve tangas, nisi



CAP. LXXV. 1 'Male Mss. Reg. e sappino atra. Sic quoque habent quidam libri Catonis, de Re Rust. cap. 31. At optimi recte habent, e carpino atra. Carpinus, le Charme. Præcipua adhuc est ea arbor ad hos usus, ut testatur ipse Cl. Pontedera.' Brotier. e sapino atra Gronov. Harduin. et recentt. e carpino atra alii ap. Dalec.—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Caveto quoque per alii ap. Dalec. et Chiff. Caveto ne per Gronov. et al. vett.—3 Ita codd. Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. intermestri luna, atque dimidiata Gronov. et al.—4 'Male codd. Regg. 1. 2. tam effodias. Pessime Editio princeps aliæque, tum ne effodias. Emendandum est, Tum effodias, &c. ut patet e Catone loco cit.' Brotier.—5 Ita Vet. Dalec. et Cato; item edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Diebus quatuor edd. vett. et Gronov.—6 'Ita bene Cato loc. cit. Male in codd. Regg. et Editione principe, aliisque, nigram materiam doles.' Brotier. nigra Dalec. sub. 'luna.' Vox materiam

NOTE

^r Contra ... Hieronem] Syracusanum Regem. Egit de hoc bello, victoriæque celeritatem commendavit Florus, loc. cit. Hiero sub initium primi Punico belli victus a Romanis, victorum in partes postea amicitiamque transiit.

^s Scipionis] Africani majoris.

^a Prelum e carpino [e sapino] Verba Catonis c. 31. p. 29. 'Prelum e sapino atra potissimum facito: aut ulmeam, aut pineam, vel nuceam: hanc atque aliam materiam omnem cum

effodias,' ceteraque ut Plinius.

^b Idemque mox] Cap. 37.


^c Intermestri] Interlunio, et in coitu Lunæ.

^d Diebus septem] Vide Notas et Emend. num. 25.

^e Caveto ne quam [nigram] Ita Mss. Libentius tamen caveto ne quam materiam ex Catone agnoverim, cujus verba referemus in Notis et Emend. num. cit. Dalecampius legit nigra, subintelligit Lunam jubet. Quid porro sit Luna nigra, nescio.

siccam : neve gelidam, neve rorulentam.⁷ Tiberius idem^{7 f} et in capillo tondendo servavit interlunia. M. Varro adversus defluvia præcepit observandum id^s a pleniluniis.⁸

LXXVI. Larici^{1 h} et magis abieti succisis humor diu defluit. Hæ omnium arborum altissimæ ac rectissimæ. Navium malis¹ antennisque propter levitatem² præfertur abies. Communia his pinoque, ut quadripartitos^j venarum cursus bifidosque habeant, vel omnino simplices. Ad fabrorum intestina opera^k medulla¹ sectilis : optima^m quadripartitis materies,³ et mollior quam ceteræ. Intellectusⁿ



deest in cod. Dalec.—7 Cod. Dalec. *itidem*.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. *idem a pleniluniis*.

CAP. LXXVI. 1 *Pino* margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.—2 Gronov. et al. vett. *levitatem*.—3 Cod. Dalec. *materiis*.—4 Cod. Dalec. *ac diurna Idæ-*

NOTÆ

^f *Tiberius idem*] De quo nempe proxime, cap. sup. Ita Mss.

^s *Observandum id*] Nempe tonderi in plenilunio tempestivius esse. Verba Varronis sunt ista de Re Rust. I. 37. ‘Ego ista etiam, inquit Agrasius, non solum in ovibus tondendis, sed in meo capillo a patre acceptum servo, ne decrescente Luna tendens calvesciam.’ Ubi Fulvius Ursinus male emendat, ‘ut decrescente Luna.’

^h *Larici*] Theophr. Hist. v. 2. ‘Οταν δὲ τμηθῶσι, βεῖ καὶ ἐκ τῶν τῆς ἐλάτης καὶ ἐκ τῶν τῆς πεύκης ἐπὶ πολὺν χρόνον ὑγρότης· καὶ μᾶλλον ἐκ τῶν τῆς ἐλάτης. Rursus πεύκη, *larix*.

¹ *Navium malis*] Theophr. loc. cit.

^j *Quadripartitos*] Pectines quatuor, seu venarum cursus, quos in polita maxime materia cernimus annuum instar, anguimve, serpere. Si quaterni fuerint, quadripartitos venarum cursus materies habere dicitur, vel, ut Vitruvius ait, quadripluviis esse disparata : si bini modo, bifido venarum cursu : si unicus, simplice.

^k *Intestina opera*] Hoc est, opera

lignariæ fabricæ subtilioris et elegantioris : *Menuiserie*. Intra domum fere tantum locum habet, et in ædium interiore parte : inde nomen. ‘Intestinarium’ artifices, leg. 2. Cod. Theod. de excusat. artif. qui intestinum opus faciebant.

¹ *Medulla*] Quæ Theophrasto Hist. v. 2. ἐντεριώνη, cor ligni, sive matrix, et pars interna materiei.

^m *Optima*] Optima materies est, quæ quadripartitos habet venarum cursus. Theophr. loc. cit. ubi de quadripluviis arboribus : Εἰς δὲ καὶ πρὸς τὰς ἐργασίας αὐταὶ κάλλισται· πυκνότερα γὰρ ἔχουσι τὰ ξύλα. *Sunt illæ ad opera præstantes : materiem enim spississimam habent.*

ⁿ *Intellectus*] Discrimen, inquit Theophr. loc. cit. arbores ipsæ vel cortice ipso ostendunt. Quamobrem periti, ubi arborem videre, probe judicant quænam ea sit. Quibus enim venæ egregiæ sunt, his cortex levis rectusque : quibus e contrario, scaber et contortus. Διαφορὰς δὲ ἔχουσι τοῖς φλοιοῖς, καθ’ ὅς γινωρίζουσιν ἰδόντες

in cortice protinus peritis. Abietis quæ pars a terra^o fuit, enodis est: hæc, qua diximus^p ratione, fluviata decorticatur,^q atque ita sapinus^r vocatur: superior pars nodosa, duriorque, fusterna.^s Et in ipsis^t autem arboribus robustiores Aquiloniæ partes. Et in totum^u deteriores ex humidis opacisque: spissiores ex apricis, ac diuturnæ. Ideo Romæ infernas abies^v supernati præfertur. Est per gentium quoque regiones in iis differentia.⁴ Alpibus, Apenninoque laudatissimæ: in Gallia, Jura,^w ac monte Vogeso:⁵ ^x in Corsica,^y Bithynia, Ponto, Macedonia. Deterior⁶ Æneatica,^z et Arcadica. Pessimæ⁷ Parnassia, et Euboica, quoniam ramosæ^a ibi et contortæ, putrescentes-

orum. *Hæc inferna abies supern. præfertur. Et gentium quoque in iis differentia.*—5 *Vosego* Chiff. —6 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *Deteriores* Gronov. et al. vett. —7 *Pessima* Chiff. —8 Ita Harduin. 1.

NOTÆ

εὐθὺς τὸ δένδρον πεφυκὸς ποῖόν τι ἐστὶ τῶν μὲν γὰρ εὐκτηθῶν καὶ ὁ φλοιὸς λεῖος καὶ ὀρθὸς τῶν δ' ἐναντίον τραχύς τε καὶ διεστραμμένος.

^o *Abietis quæ pars a terra*] Quæ terræ proxima. Vitruvius II. 9. p. 33.

^p *Qua diximus*] Cap. 73. his verbis: 'Lignum in longitudinem fluctuatur:' ubi fluctuari, seu fluviari, diximus esse idem quod macerari aqua, et veluti condiri, *παριχέεσθαι*: Gallis, *Bois flotté*. Neque enim hic sermo, ut quibusdam visum est, de multifludio, seu multiplici venarum cursu.

^q *Decorticatur*] Vide Notas et E-mend. num. 26.

^r *Sapinus*] Sic Vitruvius loc. cit. ima sapinea, summa pars fusterna dicitur, propter nodationis duritiem.

^s *Fusterna*] Quia nodosa, ut solent esse fustes et baculi, crebris ut plurimum nodis asperi.

^t *Et in ipsis*] Theophr. Hist. v. 2.

^u *Et in totum*] Theophr. Hist. v. 3.

^v *Infernas abies*] Tyrrenum mare Inferum vocatur, superum vero A-

driaticum, ut diximus III. 10. Quæ abietes igitur ex Apennini ea parte, quæ ad Tyrrenum mare protenditur, advehi solent, eæ dicuntur infernates. Quæ ab ea vero quæ vergit in Adriaticum, supernates nominantur. Vitruvius, II. 10. p. 36. 'Ideo infernates, quæ ex apricis locis apportantur, meliores sunt, quam quæ ab opacis de supernatibus advehuntur.'

^w *In Gallia, Jura*] Mss. omnes, *Juribus*, ut III. 5.

^x *Vogeso*] *Le Mont de Vauge*, in Lotharingiæ Alsatiæque confinio. Ex eo annis Mosella oritur.

^y *In Corsica*] Corsicas arbores, imprimisque abietes laudat impensius Theophr. Hist. v. 9.

^z *Æneatica*] Theophr. *Αἰανική*. Forte *Αἰνιανική*, ab Ænianibus, quorum in regione mons Ceta fuit, sylvis consitus, ubi sibi rogam Hercules struxit. De his egimus IV. 3.

^a *Ramosæ*] Theophrasto *nodosæ*, ὀζώδη.

que facile. At cedrus^b in Creta, Africa, Syria laudatissima. Cedri oleo^c peruncta materies nec tineam, nec cariem sentit. Junipero^d eadem virtus, quæ cedro. Vasta hæc in Hispania, maximeque Vaccæis:^e medulla ejus ubicumque solidior etiam, quam cedrus. Publicum omnium vitium vocant spiras,^f ubi convolvere se venæ atque nodi. Inveniuntur in quibusdam, sicut in marmore, centra,^g id est, duritia clavo similis, inimica serris. Et quædam^h forte accidunt, lapide⁹ comprehenso aut recepto in corpus, aut alterius arboris ramo.

Megarⁱ diu stetit oleaster in foro, cui viri fortes affixerant arma, quæ cortice ambiente ætas longa occultaverat. Fuitque arbor illa fatalis excidio urbis præmonitæ oraculo, cum arbor arma peperisset: quod succisæ accidit,^j ocreis



2. 3. et recentt. maximeque baccæ ejus Gronov. maximaque baccæ ejus al. Vide Not. et Emend. n. 27. Mox, medulle vis ubicumque cod. Dalec. Paulo post, quam cedris Chiff. — 9 'Cod. accidunt in lapide. Lego, ut lapide, e Theophr.

NOTÆ

^b At cedrus] Hæc Plinius a Vitruvio II. 9. p. 35.

^c Cedri oleo] Vitruvius, loc. cit. p. 34. 'Quemadmodum ex cupressu et pinu resina, sic ex cedro oleum, quod cedreum dicitur, nascitur: quo reliquæ res cum sunt unctæ, uti etiam libri, a tineis et a carie non læduntur.'

^d Junipero] Vitruv. loc. cit. 'Cedrus et juniperus easdem habent utilitates.'

^e Vaccæis] Hispaniæ gens ea est, de qua III. 4. Vide Notas et Emend. num. 27.

^f Spiras] Σπείρας quoque Theophr. vocat Hist. v. 3. convolutionem eam complurium orbium, quam neque nodum, inquit, neque crispitudinem merito dixeris: fabris longe molestior ea, difficiliorque tractatu, quam

nodi.

^g Centra] Græcam adhibuit vocem: nam κέντρα pariter a Theophr. appellantur hi duriores nodi, clavorum instar, in intima ligni parte, aut marmoris, aut gemmæ. Sic enim xxxvii. 39. inutilis sculpturæ sapphirus dicitur, intervenientibus crystallinis centris. Et c. 10. ejusdem libri, 'prædurum ac fragile centrum' in crystalli vitiis censetur.


^h Et quædam] Alia centrorum in arboribus origo. Lapide nimirum inculcato, atque amplexu incrementi circum obducti demum occultato: vel alterius arboris, quæ in proximo fuerit, ramo in alterius ramum coagmentato. Theophr. loc. cit.

ⁱ Megaris] Et hæc a Theophr. loc. cit.

^j Quod succisæ accidit] Cum a Pe-

galeisque intus repertis. Ferunt lapides ita inventos, ad continendos partus esse remedio.

(XL.) Amplissima arborum ad hoc ævi existimatur Romæ visa, quam propter miraculum Tiberius Cæsar in eodem ponte^k naumachiario exposuerat advectam cum reliqua materie: duravit¹⁰ ad Neronis principis amphitheatrum. Fuit autem trabs¹¹ e larice, longa pedes CXX. bipedali crassitudine æqualis.¹² Quo intelligebatur vix credibilis reliqua altitudo, fastigium ad cacumen æstimantibus. Fuit memoria nostra et in porticibus septorum¹ a M. Agrippa relicta, æque miraculi causa, quæ diribitorio^m superfuerat, XX. pedibus brevior, sesquipedali crassitudine. Abies admirationis præcipuæ visa est in navi, quæ ex Ægypto, Caii principisⁿ jussu, obeliscum^o in Vaticano circo statutum, quatuorque truncos lapidis ejusdem ad sustinendum eum, adduxit: qua nave nihil admirabilius visum in mari certum est: CXX.¹³ M. modium lentis pro saburra ei fuere. Longitudo spatium obtinuit magna ex parte Ostiensis portus latere lævo. Ibi namque^p demersa est a Claudio principe, cum tribus molibus turrium altitu-



Hist. v. 3. *accidunt in ca Chiffi.* Dalec.—10 Gronov. et al. *vett. duravitque.*—11 Cod. Dalec. *trabes.*—12 Vet. Dalec. *æquali.*—13 Chiffi. CXXX.—14 ‘Ita

NOTÆ

ricle vastata est Megaris, bello Peloponnesiaco, ut refert Diod. Sic. lib. XII.

^k *In eodem ponte*] De quo jam dictum est c. 74. De Neronis amphitheatro dicitur XIX. 6.

¹ *Septorum*] *Septa* dictus est locus, quo populus conveniebat ad ferenda suffragia in Comitibus: qui locus ligneis primum cancellis, post marmoreis septus est. Inde nomen.

^m *Diribitorio*] Locus fuit in quo censebantur milites, et stipendiis donabantur: a diribendo, hoc est, distribuendo dictus. Magnificum in pri-

mis ædificium ab Agrippa inchoatum perfecit post ejus obitum Augustus. Vide Dionem, ad an. DCCLVII. lib. I. V.

ⁿ *Caii principis*] Caligulæ.—‘Quem Caligulam alii appellant, nunquam ita Plinius.’ *Ed. sec.*

^o *Obeliscum*] De quo dicemus lib. XXXVII. 15.

^p *Ibi namque*] Sueton. in Claudio, c. 20. ‘Portum Ostiæ extruxit . . . ubi navem demersit, qua magnus obeliscus ex Ægypto fuerat advectus,’ &c.

dine in ea exædificatis ob iter^q Puteolano pulvere, advectisque.¹⁴ Arboris ejus crassitudo quatuor hominum ulnas complectentium implebat. Vulgoque auditur LXXX. M. nummum^{15 r} et pluris malos venundari ad eos usus, rates vero connecti XL. H-S.⁵ plerasque. At in Ægypto^t et Syria¹⁶ reges inopia abietis cedro ad classes feruntur usi. Maxima ea^u in Cypro traditur, ad undecimem Demetrii^v succisa, centum triginta^w pedum, crassitudinis¹⁷ vero ad trium hominum complexum. Germaniæ prædones singulis arboribus cavatis navigant, quarum quædam et triginta homines ferunt.

Spississima,^x ex omni materie, ideo et gravissima,^y judica-



Mss. Reg. 2. et Ambrosian. 1. et 2. In Ms. Reg. 1. et editione principe aliisque conjunctim, *obiter*. Cl. Vulpus et Rezzonicus emendavere, *ob id ter*. Non displicet *ob iter*. Nempe cum ea navis esset Puteolis, ob iter, id est, pro saburra et onere, in ea ex pulvere Puteolano ædificatæ sunt tres moles, turrium altitudine; navisque perducta Ostiam demersa est. Brotier. Margo edd. Dalec. et Gronov. *ob idque Puteolano pulvere advecto*. Vid. xxxv. 45. *obiterque Puteolano, &c.* Gronov. Harduin. et recentt.—15 Harduin. l. 2. 3. et recentt. LXXX. nummum; Dalec. *octingentis nummis*; Chiff. *octog. nummum*; Gronov. et al. vett. *octoginta nummorum*. Brotierio, tacito tamen, debetur lectio nostra. Mox, cod. Dalec. *mulos ad eos venundari usus*.—16 Cod. Dalec. *ac Syria*.—17 Cod. Dalec. *pedum longitudinis*.—18 Dalec.

NOTÆ

^q *Ob iter* [*obiter*] Cum Puteolis navis ea transiret, Romamque contenderet. De Puteolano pulvere dicemus xxxv. 45.

^r *LXXX. M.* [*LXXX.*] *nummum*] Ita Mss. omnes. Hoc est, octoginta nummum, sive sestertiorum millibus. Gallicæ monetæ libræ sunt octingentæ.

⁵ *XL. H-S.*] Quadraginta sestertium millibus: seu libris Gallicis omnino quadringentis. Hoc pretio ex eo abietis genere connectebantur rates, *des radeaux*.

^t *At in Ægypto*] Hæc a Theophr. Hist. v. 9. Sesostriis Ægypti regis navigium cedrinum laudat Diodorus

Sicul. Bibl. lib. i. p. 52. Fabricasse etiam Caligula dicitur de cedris Liburnicas, gemmatis puppibus, &c. Sueton. in Caio, c. 37.

^u *Maxima ea*] Maxima cedrus. Theophr. loc. cit.


^v *Demetrii*] Ejus qui Poliorcetæ cognomen adeptus est, Antigoni F.

^w *Centum triginta*] Theophr. loc. cit. τρις καὶ δέκα ὀργυιάων. Ergo unaquæque ὀργυία decem metitur pedes. Nempe major ὀργυία. De minore VIII. 16.

^x *Spississima*] Hæc e Theophr. Hist. v. 4.

^y *Ideo et gravissima*] Etiam cum utraque aruit. Theophr. Hist. i. 8.

tur ebenus, et buxus, graciles¹⁸ natura: neutra in aquis^z fluitat, nec suber, si dematur cortex: nec larix.^a Ex reliquis siccissima^b lotos, quæ Romæ ita¹⁹ c appellatur. Deinde robor exalburnatum:^d et huic nigricans color, magisque etiam cytiso, quæ proxime accedere ebenum²⁰ videtur. Quanquam^e non desunt, qui Syriacas terebinthos nigriores affirmant. Celebratur et Thericles^f nomine, calices ex terebintho solitus facere torno, per quem probatur^g materies. Omnium hæc sola²¹ h ungi vult, meliorque oleo fit. Colos mire adulteratur juglande ac piro sylvestri tinctis, atque in medicamine decoctis. Omnibus, quæ diximus, spissa firmitas. Ab his proximaⁱ est cornus: quanquam non potest videri materies propter exilitatem, sed lignum



buxus gracilis.—19 *Celtis margo* edd. Dalec. et Gronov.—20 Dalec. *ad ebenum.*—21 *Cod. Dalec. materies omnium. Hæc sola.*—22 *Vet. Dalec. modo*

NOTE

^z *Neutra in aquis*] Ebenum decoratam in aqua sidere, buxum cum ipso cortice demergi, ait Theophr.

^a *Nec larix*] Vitruv. II. 9.

^b *Ex reliquis siccissima*] Ita Mss. Theophr. loc. cit. τῶν δ' ἄλλων ὁ λωτὸς πυκνότατος, spississima. Sed de Africana.

^c *Quæ Romæ ita*] Plinius supra c. 53. 'Lotos, sive faba Græca: quam Romæ a suavitate fructus . . . loton appellant.'

^d *Exalburnatum*] Demto alburno, seu torulo. *L'aubour.*

^e *Quanquam*] Theophr. loc. cit.

^f *Thericles*] Vixit is Aristophanis ætate, Theophrasto paulo antiquior. Videtur Plinius velle Thericlem τορνευτήν, non figulum fuisse. Sed Araros apud Athen. lib. XI. p. 471. aperte fictorem figlinorum operum facit. Ὡ γὰρ κεραμίτι, σ' ὁ Θηρικλῆς ποτε ἔτευξε, κ. τ. λ. Theophr. ipse Hist. v. 4. et qui eum laudat Athen. loc. cit. p. 470. Thericlea aiunt ex terebin-

tho vasa adeo affabre elaborata fuisse, ut a fictilibus discerni ægre possent. Non igitur ipse Thericles, aut certe diversus ab eo, e terebinthino ligno vasa tornavit: sed figlina, e nigra nempe terra, egregii nitoris. Hesi-chius: Θηρικλειος, κύλικος εἶδος ἀπὸ Θηρικλέους κεραμέως. Quæ porro ad pocula ea proxime accederent, sive e ligno forent, sive ex argento, vitrove, Thericlea dicebantur. Suidas, Θηρικλειον ποτήριον, ὑαλινὸν exponit.

^g *Per quem probatur*] Torno, inquit, materiæ bonitas firmitasque agnoscitur, et coloris nitor. Ita Mss. omnes.

^h *Omnium hæc sola*] Terebinthus sola perungi prius quam tornetur postulat: sic enim melior, nigriorque efficitur. Juglans et pirus, si decoquantur in colore nigro, quo tinguntur, referent terebinthi similitudinem.

ⁱ *Ab his proxima*] Theophr. Hist. v. 8. Ἰσχυρότατον δὲ καὶ ἡ κρανία.

non alio pæne,^j quam ad radios rotarum, utile: aut si quid cuneandum^k sit in ligno, clavisve figendum, ceu ferreis. Ilex item,^l et oleaster, et olea, atque castanea, carpinus, populus. Hæc et crispa^m aceris modo, si ulla²² materies idonea essetⁿ ramis sæpe deputatis: castratio illa est, adimitque vires. De cetero^o plerisque eorum,²³ sed utique robori, tanta duritia est, ut terebrari nisi madefactum non queat, et ne sic quidem adactus avelli clavus. E diverso clavum non tenet cedrus. Mollissima^p tilia: eadem videtur et calidissima: argumentum afferunt, quod citissime ascias retundat.^q Calidæ et morus,²⁴^r laurus, hedera, et omnes e quibus igniaria fiunt.



utilis, si ulla. Mox, alii ap. Dalec. *esset, sed ramis sæpe deputatis castratur illa, adimunturque vires; vel, sed ram. s. deputatis castratio illa adimit vires.* Vet. Dalec. *castratio nempe illa, &c.*—23 Chiff. *horum.*—24 *Calidæ morus* cod. Dalec.

NOTÆ

^j *Non alio pæne]* Sed et hastilia ex corno arbore facta Festus refert, quæ columna ex eo dicerentur. Glossæ: Κρανία, δένδρον. *Columnum, cornus.* Virgil. Georg. II. 396. ‘Pinguiaque in verubus torrebimus exta cornulis.’ Quæ ex corylo arbore, perperam, ut remur, Servius, aliique, qui sunt subsequuti, facta interpretantur. Maro Æneid. IX. 698. ‘Volat Itala cornus.’

^k *Si quid cuneandum]* Si quid findendum cuneo: is enim e corno fieri apte et utiliter potest. Cuneare, est ea quæ natura juncta sunt, per vim distrahere, ut ait Quintil. IV. 3. Et e corno clavi fiunt, qui ferreorum duritiam repræsentent.

^l *Ilex item]* Theophr. Histor. III. 12.

^m *Hæc et crispa]* Supra c. 51. ‘Quorum crispa materies, ut acer, palma, populus.’ An utrobique *opulus* legendum, cujus arboris meminit Columella passim?

ⁿ *Idonea esset]* Operibus intestinis:

si rami sæpe deputarentur in arbore: sed castratio illa est, quæ ligno firmitatem duritiemque adimit.

^o *De cetero]* Ex Theophr. Hist. v. 4. Σκληρότατα δὲ τὰ δρύϊνα . . . καὶ γὰρ ἀποβρέχουσι τὰυτα πρὸς τὴν τρύπησιν μαλάξεως χάριν.

^p *Mollissima]* Theophr. loc. cit. totidem verbis.

^q *Ascias retundat]* Indicio est, inquit, quod ferri aciem vehementer hebetet, et calore suo obtundat. Ascia ferreum instrumentum est, quo fabricæ materiæ perdolantur. *Une doloire.*

^r *Calidæ et morus]* Theophr. loc. cit. Et de lauro Porphyrius quoque apud Euseb. lib. III. Præpar. p. 112. ‘Ὅτι πυρὸς πληρὲς τὸ φυτὸν, κ. τ. λ. Sed magis hoc hausit a Seneca Plinius, e libro scilicet Natur. Quæst. II. 22. p. 852. ‘Duobus modis,’ inquit, ‘apud nos fit ignis: uno, si excitatur, sicut ex lapide percusso: altero, si attritu invenitur, sicut cum duo

LXXVII. Exploratorum hoc usus in castris, pastorum-
que reperit, quoniam ad excudendum¹ ignem non semper
lapidis occasio est. Teritur ergo^a lignum ligno, ignemque
concipit attritu, excipiente materia aridi fomitis, fungi vel
foliorum facillimo conceptu.² Sed nihil hedera præstan-
tius quæ teratur, lauro quæ terat.³ Probatum et vitis syl-
vestris, alia quam labrusca,^b et ipsa hederæ modo arborem
scandens. Frigidissima^c quæcumque aquatica: lentissi-
ma^d autem, et ideo scutis faciendis aptissima, quorum pla-
ga contrahit se protinus, clauditque suum vulnus, et ob id
contumacius transmittit⁴ ferrum: in quo sunt genere ficæ,
salix, tilia, betulla, sambucus, populus utraque. Levissi-
ma^e ex his ficus et salix, ideoque utilissimæ. Omnes au-
tem ad cistas,⁵ quæque flexili crate^f constant. Habent et
candorem, rigoremque,^g et in sculpturis facilitatem. Est
lentitia^h platano, sed madida, sicut alno. Siccior eadem



CAP. LXXVII. 1 Cod. Dalec. *excultendum*; Chiffi. *excludendum*; alii ap.
Dalec. *extundendum*.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1.
2. 3. et recentt. *facillime conceptum* Gronov. et al. ante Harduin. *facillime
conciipientium* Vet. Dalec.—3 Cod. Dalec. *teratur lauro, laurumque terat*. Vid.
Theophr. Hist. Plant. v. 10.—4 Cod. Dalec. *transmittunt ferrum*. Mox, in
codem, *ut salix, tilia, &c.*—5 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin.
et recentt. *Omnes autem etiam ad cistas* Gronov. et edd. vett. *ideoque utilissi-*

NOTE

ligna inter se diutius trita sunt. Non
omnis hoc tibi materia præstabit,
sed idonea eliciendis ignibus: sicut
laurus, hederæ, et alia in hunc usum
nota pastoribus.¹

^a *Teritur ergo*] Theophr. Hist. v.
10. Et hoc solerter faciunt hodie
Canadenses.

^b *Alia quam labrusca*] Vitis illius
appellatio propria, apud Theophr. loc.
cit. ἀθραγένη. Πυρέιον δὲ φάσιν, in-
quit, ἄριστον μὲν ἐκ τῆς ἀθραγένης κα-
λουμένης ὑπὸ τιῶν. Τοῦτο δὲ ἐστὶ τὸ
δένδρον ὅμοιον τῇ ἀμπέλφῃ, καὶ τῇ οἰνάν-
θῃ τῇ ἀγρίᾳ· ὥσπερ ἐκεῖνα γὰρ καὶ τοῦτο
ἀναβαίνει πρὸς τὰ δένδρα.

^c *Frigidissima*] Theophr. Hist. v. 4.

^d *Lentissima*] Theophr. loc. cit. tot-
idem ferme verbis.

^e *Levissima*] Theophr. μὰνὰ δὲ τὰ ἄκ-
τινα, καὶ τὰ σύκινα.

^f *Flexili crate*] Et ad ea quæ vimi-
ne flexili texuntur, ut crates.

^g *Rigoremque*] Hoc est, non pau-
dantur, non flectunt se, torquentve.

^h *Est lentitia*] Obsequens natura
quo libeat flecti. Theophr. loc. cit.
Τὸ δὲ τῆς πλατάνου γλισχρότητα μὲν
ἔχει· φύσει δὲ ὑγρότερον τοῦτο καὶ τὸ
τῆς πετελέας, sicut ulmo. Quare an ita
scribendum et in Pliniano quoque
contextu, facili transitu characterum
a in u, amplius cogitandum. Et Hist.
v. 8. lentitiam cum firmitate, γλισ-

ulmo, fraxino, moro : ceraso, sed ponderosior. Rigorem fortissimeⁱ servat ulmus : ob id cardinibus, crassamentisque^{6j} portarum utilissima, quoniam minime torquetur : permutanda tantum^k sic, ut cacumen ab inferiore sit cardine, radix superior. Palmæ est mollis, et suberis, materies :^l spissæ⁷ et malus, pyrusque : necnon acer, sed fragile :⁸ et quæcumque crispa.^m In omnibusⁿ sylvestria et



ma : omnes autem ad cistas Nic. Heins. Adv. III. 1. p. 400.—6 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *assamentisque* Gronov. et al. ante Harduin.—7 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *palmæ est mollis, et suberis : spissæ* Gronov. et al.—8 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fragiles* Gronov. et al. vett.

NOTÆ

χρότητα καὶ ἰσχὺν platano attribuit, moro, fraxino, ulmo : sed deteriore conditione platani, quod celeriter ea computrescit.

ⁱ *Rigorem fortissime*] Non flectit se, non cedit ponderi, non torquetur ulmus, ἔστι δὲ καὶ ἀστραβέστατον τὸ τῆς πετελέας, inquit Theophr. Hist. v. 4. Et Vitruvius II. 9. p. 34. 'Ulmus vero, et fraxinus maximos habent humores, minimumque æris et ignis . . . Sunt in operibus, cum fabricantur, lentæ : et sub pondere, propter humoris abundantiam, non habent rigorem, sed celeriter pandant. Simul autem vetustate sunt aridæ factæ, aut in agro perfectæ, qui in eis inest liquor stantibus emoritur, fiuntque duriores : et in coagmentationibus ab lentitudine firmas recipiunt catenationes.'

^j *Crassamentisque*] Hoc est, crassioribus portarum coagmentationibus. Sic porro Mss. omnes, Reg. Colbert. Th. Chiff. Paris. &c.

^k *Permutanda tantum*] Dum hina cardinum tigna coassantur, ita contrario sunt disponenda situ, ut arboris cacumen spectet inferius, superius vero radix : sic enim inter se

coarctata, alterum alterius impetum cohibebit : alioqui totum flecteretur lignum, et contorqueretur. Ita fere Theophr. Hist. v. 4. Ποιοῦσι δὲ αὐτοὺς (τοὺς στροφεῖς τῶν θυρῶν) ξμπαλιν τιθέντες τὰ ξύλα τὸ τε ἀπὸ τῆς ῥίζης, καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ φύλλου ἄνω.

^l *Palmæ est mollis, et suberis materies*] Ita Reg. 2. cod. In Reg. 2. *Palma militis*. Theophr. loc. cit. Palma levis, tractatu facilis, mollisque est, quemadmodum suber : Ὁ δὲ φοῖνιξ κοῦφος καὶ εὐεργος, καὶ μαλακός, ὥσπερ δ φελλός.


^m *Et quæcumque crispa*] Crispa, inquit, materie pariter spissa sunt, ut acer. Theophr. loc. cit. Πικρὸν δὲ καὶ ἡ σφένδαμος, καὶ ὅλως πάντα τὰ οὐλα.

ⁿ *In omnibus*] In omni, inquit, arborum genere et sylvestres et masculæ, dotes eas habent, quas retulimus, potiore cum laude, quam urbanae et fæminæ. Sunt enim spissiores, duriores, robustiores. Theophr. Hist. v. 5. Ἀπαντα δὲ τὰ ἄγρια τῶν ἡμέρων, καὶ τὰ ἄρβυρα τῶν θηλειῶν, πικρότερα τε καὶ σκληρότερα, καὶ βαρύτερα, καὶ τὸ ὄλον ἰσχυρότερα . . . ὡς δὲ ἐπὶ τὸ πᾶν, καὶ τὰ ἀκαρπότερα τῶν καρπίμων, καὶ τὰ χείρω τῶν καλλικαρποτέρων εἰ μὴ τοῦ καρ-

mascula differentias cujusque generis augment. Et infœcunda firmiora fertilibus, nisi quo in genere mares ferunt, sicut cupressus, et cornus.

LXXVIII. Cariem^o vetustatemque non sentiunt cupressus, cedrus, ebenus, lotos, buxus,¹ taxus, juniperus, oleaster, et olea: ex reliquis tardissime larix,^{2p} robor, suber, castanea, juglans.^{3q} Rimam^r fissuramque non⁴ capit sponte cedrus, cupressus, olea, buxus.

LXXIX. Maxime æterna putant^a ebenum, et cupressum, cedrumque, claro de omnibus materiis iudicio^r in templo Ephesiæ Dianæ: utpote cum tota Asia exstruente quadringentis^{2b} annis peractum sit. Convenit tectum^c ejus



CAP. LXXVIII. 1 Ita cod. Dalec. et al. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *buxum* Gronov. et al.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *pinus*, e Theophr.—3 'Hæc videntur jungenda. Nihil enim hic habet Theophrastus de juglande; sed de castanea. Plinius infra cap. 81. juglandem pro castanea usurpat.' Brotier.—4 Vox non deest in cod. Cliff. Mox, Gronov. et al. ante Harduin. *olea*. *Buxum maxime æternam putant, ebenum et cupressum.*

CAP. LXXIX. 1 Cod. Dalec. *de omnibus indicio*.—2 Margo edd. Dalec. et

NOTÆ

πιμώτερον τὸ ἄρρεν, ὥσπερ ἄλλα τέ φασι, καὶ τὴν κυπάριστον, καὶ τὴν κρανίαν. Quæ Plinius summa fide reddidit.

^o *Cariem*] Theophr. loc. cit.

^p *Larix*] Theophrasto, πεύκη.

^q *Castanea, juglans*] Vide Notas et Emend. num. 28.

^r *Rimam*] In Indice, *Quæ cariem non sentiunt, quæ rimam.*

^a *Maxime æterna putant*] Vide Notas et Emend. num. 29.

^b *Quadringsentis*] Quot nimirum anni fluxere ab Alexandri principatu ad illud tempus quo Plinius hæc scriberet. Id enim templum intelligit, quod cum ea nocte conflagrasset, Herostrato subjiciente ignes, qua ipse Alexander in lucem editus est, ipsius Alexandri ætate denuo est excitatum, perfectumque annis ducentis et viginti, ut dicitur xxxvi. 21. sed aliis deinceps atque aliis per ducentos

fere annos ornamentis amplificatum. Potest et altera hujus loci interpretatio subjici, et mea quidem sententia haud paulo accommodatior: iudicium nempe Asiæ totius exstruentis de perennitate materiarum, quadringentorum denique annorum experimento peractum esse: ut postea de earum æternitate reliquus nullus sit disceptandi locus.—' *Quadringsentis*] Quot nimirum anni fluxere ab Alexandri principatu ad illud tempus, quo Plinius hæc scriberet, hoc est, usque ad A. U. C. dcccxxx. Ergo anno Urbis dcccxxx. docet captum exstrui templum Ephesinum a tota Asia, hoc est, eo anno quo vicit Darium Alexander: perfectumque annis ducentis et viginti, ut dicitur xxxvi. 21. Iudicium vero Asiæ totius exstruentis de perennitate materiarum, quadringentorum denique

esse e cedrinis³ trabibus. De ipso simulacro Deæ ambigitur: ceteri ex ebena^d esse tradunt. Mucianus ter consul, ex his qui proxime viso eo scripsere, vitigineum,^e et nunquam mutatum septies restituto templo. Hanc materiam elegisse Endyon:^f etiam nomen artificis nuncupans: quod



Gronov. ducentis viginti.—3 Cod. Dalec. esse cedrinis, omissa præpositione.—4^c Corrupte codd. Regg. eandem con. Sine auctoritate recentiores editiones, Pandemion. Artifex ille ab Athenagora in Legatione pro Christianis, p. 17. appellatur Ἐνδὺς, Endyus, discipulus Dædali. Brotier. Pandemion e conjectura Harduinus, eumque secuti recentt. Demonicon Salmas. in Solin. pag.

NOTÆ

annorum experimento peractum esse: ut postea de earum æternitate reliquus nullus sit disceptandi locus. Templum Dianæ a communi Asiæ fuisse exstructum testatur Domitiani Aug. nummus ex ære mediocri: ΔΟΜΙΤΙΑΝΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΚΤΟΣ ΓΕΡΜΑΝΙΚΟΣ. Capite laureato.)(. Supra ΕΦΕΚΙΩΝ. Infra ΜΑΡΝΑC. Dea capite turrito decumbit, provincia scilicet, imponit templo dextram, qua tenet arundinem: retro, serpens, Asiæ symbolum; et ex urna profluens aqua, ut videtur. Cave autem hic ΜΑΡΝΑC vocem aliquam unam esse, aut Dei Μαρνæ nomen. Lege: Μεγάλης Ἀρτέμιδος Ναὸν Ἀσία Συνέκτισεν, Magnæ Dianæ templum Asia simul condidit. Hæc magna Diana Ephesiorum in Actis est, c. 19. Μεγάλη Ἀρτεμις Ἐφεσίων. Similiter in nummo Hadriani ΑΥΤ. ΤΡΑΙΑΝ. ΑΔΡΙΑΝΟΣ.)(. In templo duobus columnis ornato, stant dextrorsum Diana cum arcu, et veste succincta: sinistrorsum Apollo cum arcu similiter. Hinc ΓΑΖΑ: inde ΜΑΡΝΑ: Cave, inquam, cuiquam hic quoque credas, esse Mar-nam Jovem: cum id pictura neget; et ipse titulus, cujus hæc sententia est, Μεγάλη Ἀρτεμις, Νεβροχαρῆς Ἀπόλλων, Magna Diana, hinnulis gaudens Apollo: quæ duo sola scilicet in nummo sunt insculpta, ob venatio-

nem cervinam in eo tractu celebratissimam, cui præesse hæc duo numina veteres credidere. Propterea lib. 1. Epigr. tit. Ὑμνεῖω Παῖνα, μέγαν θεὸν Ἀπόλλωνα, Νεβροχαρῆς Ἀπολλο vocatur. In imo numismate literæ sunt Ε ΠΙ Δ ηρ: quas alibi dudum exposuimus. Est hic nummus ex ære magno in Thesauro regio. Denique nummum affert ex ære minimo Seguinus p. 63. cum Deæ vultu, et epigraphæ ΑΡΤ ΣΕΒΑ. In altera parte cervus est sine inscriptione. Legendum pronuntiat ΑΡΤεμις ΣΕΒαστή: et Dianam Augustam appellari Liviam censet. At si Livia foret, de nomine certe Livia diceretur: ut in nummo ΑΙΒΙΑΝ ΗΡΑΝ, Liviam Junonem. Nec matronam decet jam ætate provectam venatu delectari, quam cervus hic pictus designat: nec proinde conveniens erat, Augustam Dianam appellari. Lege, Ἀρτεμιν Τρίμορφον ΣΕΒάζεται Ἀσία, Dianam triforem Asia veneratur.² Ed. sec.

^c Convenit tectum] Vitruvius II. 9. p. 35.

^d Ceteri ex ebena] Vitruv. loc. cit. e cedro.

^e Vitigineum] Ex vite. Ita libri omnes.

^f Endyon] Vide Notas et Emend. num. 30.

equidem miror, cum antiquiorem Minerva^z quoque, non modo Libero patre, vetustatem ei tribuat.⁵ Adjicit multis foraminibus nardo rigari, ut medicatus humor alat, teneat-que juncturas, quas et ipsas esse modico^h admodum miror. Valvas esseⁱ e cupresso, et jam quadringentis prope annis durare materiem⁶ omnem novæ similem. Id quoque⁷ notandum, valvas in glutinis compage^j quadriennio fuisse. Cupressus in eas^{8k} electa, quoniam præter cetera uno in genere materiæ nitor maxime valeat æternus. Nonne simulacrum Vejovis^{9l} in arce^m e cupresso durat, a condita Urbe DCLXI.ⁿ anno dicatum? Memorabile et Uticæ templum Apollinis, ubi Numidicarum cedrorum^o trabes du-

//////////

316. *Comctiam* codd. Dalec. et Chiff. *elegisse eandem, Canetiam nomen, &c.* Gronov. et al. ante Harduin.—5 Cod. Dalec. *vetustatem attribuat*; Vet. Dalec. *tribuant*; margo edd. Dalec. et Gronov. *cum antiquior, &c. vetustas Mentori tribuat.*—6 Chiff. *materiam.*—7 *Idque* cod. Dalec. et Vet. ejusdem.—8 *Cupressus inter eas* cod. Dalec.—9 *Jovis* cod. Dalec. et Vet. ejusdem. Mox, *a condita U. sexcentesimo sexagesimo* Vet. Dalec. a c. U. DLI. Gronov. et al.

NOTÆ

^z *Cum antiquiorem Minerva*] Quæ parens artium habita semper fuit: atque adeo artifice quolibet vetustior. *Ἀεροβατέ?* qui celo lapsum hoc simulacrum innui modo a Plinio putat, ut Exercitator in Solin. p. 816.

^h *Modico*] Cum sit modicum simulacrum, qui possunt esse in eo juncturae, quæ vel in maximis vix ullæ sunt? Iterum hic Muciani fidem elevat.

ⁱ *Valvas esse*] Vide Notas et Emend. num. 31.

^j *In glutinis compage*] Valvæ, inquit, compactæ et conglutinatæ, priusquam affixæ sunt, aptatæque foribus, quadriennio toto sub dio relictæ, ut ligni humor omnis efflueret. Et hoc Plinius a Muciano.

^k *Cupressus in eas*] Theophr. Hist. v. 5.

^l *Vejovis*] Gellius v. 12. p. 337. ‘Cum Jovem igitur et Dijovem a juvenando nominassent, eum quoque

contra Deum, qui non juvenandi potestatem, sed vim nocendi haberet, (nam Deos quosdam, ut prodessent, celebrabant, quosdam, ne obsessent, placabant,) Vejovem appellaverunt, demta atque detracta juvenandi facultate Simulacrum igitur Dei Vejovis, quod in æde est, de qua supra dixi, sagittas tenet, quæ sunt videlicet paratæ ad nocendum. Quapropter eum Deum plerique Apollinem esse dixerunt, &c. De Vejovis vocabulo, vide et Ovid. Fast. III. 445.

^m *In arce*] In æde, quæ inter arcem et Capitolium. Gellius loc. cit. pag. 336. Sic P. Victor, in regione octava Urbis Romæ: ‘Ædes Vejovis inter arcem et Capitolium, prope asylum.’

ⁿ *DCLXI.*] Ita Reg. 1. 2. Colb. alique. In Th. DLI.

^o *Numidicarum cedrorum*] Vide Notas et Emend. num. 32.

rant, ita ut positæ fuere prima urbis ejus origine, annis MCLXXXIX.^{10 p} Et in Hispania Sagunti aiunt templum Dianæ a Zacyntho advectæ cum conditoribus, annis ducentis ante excidium Trojæ, ut auctor est Bocchus, infraque oppidum ipsum id haberi.¹¹ Cui pepercit religione inductus Hannibal, juniperi trabibus etiam nunc durantibus. Super omnia memoratur ædes in Auliæ ejusdem Deæ, sæculis aliquot ante Trojanum bellum exædificata: quonam genere^q materiæ scientia oblitterata. In plenum dici potest,^f utique quæ odore præcellant, ea¹² æternitate præstare.

A prædictis^s morus proxime laudatur, quæ vetustate etiam nigrescit. Et quædam tamen in aliis diuturniora sunt usibus quam alia. Ulmus in perflatu^t firma, robur^u defossum, et in aquis quercus obruta.¹³ Eadem supra terram rimosa facit opera, torquendo sese. Larix in humore^v



vett.—10 Ita cod. Reg. 2. *annis MCLXXXVIII.* omnes codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *annis mille centum octoginta octo* Gronov. et al. vett.—11 Chiff. *infra ipsum oppidum id habente.*—12 Chiff. *dici par est, &c. eas.*—13 Margo edd. Dalec. et Gronov. *quercus de-*

NOTÆ

^p MCLXXXIX. [MCLXXVIII.] Ita Mss. omnes, recte: non, ut editi, MCLXXXVIII. Cum porro hæc Plinius scripserit anno ab U. C. DCCCXXX. Uticam necesse est conditam fuisse ante Urbis Romæ originem annis CCCXLVIII. quo nempe anno Samuel Hebraici populi curam cepissivit: quo tempore exclusi Peloponneso ab Heraclidis Orestis liberi, ut notat Velleius l. 2. ‘Tyria classis . . . Gades condidit. Ab iisdem post paucos annos in Africa Utica condita est. Exclusi ab Heraclidis Orestis liberi,’ &c. Anno fere a Troja capta octogesimo.

^q Quonam genere] Sic libri editi, et Mss. Reg. &c.

^r In plenum dici potest] Sic Mss.

Reg. Colb. &c. non dici par est, ut vult Salmas. p. 42. in Solin. Hæc vox, in plenum, summatim, universe, omnino, sonat.


^s A prædictis] Hoc est, post prædictas: cedrum, ebenum, cupressum. Acceptum hoc a Theophr. Hist. v. 5.

^t Ulmus in perflatu] Si ad ea opera adhibetur, quæ aëri pateant, eoque perflentur. Theophr. Πτελέα μὲν ἐν τῷ ἀέρι ἀσπαῆς.

^u Robur] Δρύς δὲ κατορυπτομένη, καὶ ἐν ὕδατι καταβρεχομένη. Theophr. loc. cit. Et de quercu, Pallad. lib. XII. in Novemb. tit. 15. p. 173.

^v Larix in humore] In aquis, ad palationes et fundamenta: vel ad naves.

præcipua, et alnus ¹⁴ nigra.^w Robur marina * aqua corrupitur. Non improbatum et fagus in aqua, et juglans :^y hæc quidem in his, quæ defodiuntur, vel principales. Item juniperus : eadem et subdialibus ^z aptissima. Fagus et cerrus ^a celeriter marcescunt. Æsculus quoque humoris impatiens. Contra adacta in terram in palustribus ¹⁵ alnus æterna,^b onerisque quantilibet patiens : cerasus firma : ulmus et fraxinus ^c lentæ, sed facile pandantur : flexiles tamen, stantesque a circumcisu^ra ^d siccatae fideliores. Laricem ^e in maritimis navibus obnoxiam teredini tradunt : omniaque, præterquam oleastrum et oleam. Quædam enim in mari, quædam in terra vitis opportuniore.



fossa, et aquis obruta, e Theophr.—14 Vet. Dalec. et populus.—15 Cod. Dalec. impatiens : contra adacta in terra. In palustribus.

NOTÆ

^w *Alnus nigra*] Vitruvius de ea arbore magnifice, II. 9. p. 34. 'Alnus autem,' inquit, 'quæ proxime fluminum ripis procreatur, et minime materies utilis videtur, habet in se egregias rationes : etenim . . . in palustribus locis infra fundamenta ædificiorum, palationibus crebre fixa, recipiens in se quod minus habet liquoris, permanet immortalis ad æternitatem, et sustinet immania pondera structuræ, et sine vitis conservat. Ita quæ non potest extra terram paulum tempus durare, ea in humore obruta, permanet ad diuturnitatem,' &c. Palladius, loc. cit. 'Alnus fabricæ inutilis, sed necessaria, si humidus locus ad accipienda fundamenta palandus est.'

^x *Robur marina*] Theophr. loc. cit. Δρῦς ἐν τῇ θαλάττῃ σήκεται.

^y *Et fagus . . . et juglans*] Aliunde hoc, quam a Theophr. qui nec fago nec juglandi hanc dotem adjudicat, sed δξύα et καρύα εὐβοϊκῆ, hoc est, cerro et castanea.

^z *Subdialibus*] Ad ea opera, quæ

sub dio sunt.

^a *Fagus et cerrus*] Vitruvius loc. cit. p. 34. 'Cerrus, suber, fagus, quod parvam habent mixtionem humoris, et ignis et terreni aëris plurimum, pervia raritate humores penitus recipiendo, celeriter marcescunt.' Palladius, in Novembri, tit. 15. 'Fagus in sicco utilis, humore corrumpitur.'

^b *Alnus æterna*] Vitruvius, et Palladius locis paulo ante allatis.

^c *Ulmus et fraxinus*] Ex Vitruvio, loco a nobis sup. laudato. Pallad. loc. cit. breviter : 'Ulmus et fraxinus, si siccantur, rigescunt : ante curvabiles.'

^d *A circumcisu^ra*] Postquam circumsectæ sunt, eo quo dictum est modo c. 74. *Fideliores* autem firmiores in opere interpretor, hoc est, quæ haud facile pendentur : cui vitio obnoxias esse ulmum et fraxinum, dictum est proxime.

^e *Laricem*] Πεύκην Theophrastus, quæ Plinio, ut diximus, semper est larix.

LXXX. (XLI.) Infestantium¹ quatuor genera. Tereidines² capite ad portionem gravissimo:¹ rodunt dentibus. Hæ tantum in mari sentiuntur: nec aliam putant^h tereidinem proprie dici. Terrestres, tineas vocant: culicibus vero similes, thripas.¹ Quartum est et e vermiculorum genere:² et eorum alii^{3j} putrescente succo ipsa materie: alii pariuntur, sicut in arboribus, ex eo qui cerastes vocatur. Cum tantum eroserit, ut circumagat se, generat alium. Hæc^l nasci prohibet⁴ in aliis amaritudo, ut cupresso: in aliis⁵ duritia, ut buxo. Tradunt¹ et abietem circa germinationes decorticatam, qua diximus^m Luna, aquis non corrumpi. Alexandri Magni comites prodiderunt, in Tyloⁿ Rubri maris insula arbores esse, ex quibus naves fierent: quas CC. annis^{6o} durantes inventas: et si mergerentur, incorruptas.

//////////

CAP. LXXX. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *magno*, e Theophr. cap. 5. —2 *Quartum est et vermic. genus* Vet. Dalec.—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *quorum quidem alii* Gronov. et vulgg. Paulo post, cod. Dalec. *arboribus de eo, qui ceraste vocantur, cum tantum eroserint ut circumagant se, generant alium.*—4 Cod. Dalec. *prohibent.*—5 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *ut cupresso: aliis, ommissa prepositione, Gronov. et al. vett.*—6 Cod. Dalec. *quasi CC. annis.*—7 Margo

NOTE

^f *Infestantium*] Quæ hoc cap. continentur, ad verbum expressa fere e Theophr. Hist. v. 5.

^g *Tereidines*] Τερηιδόνες Theophr. Sunt eæ capite pro portione corporis grandissimo: τῶ μὲν μεγέθει μικρὸν, κεφαλὴν δ' ἔχει μεγάλην, καὶ ὀδόντας.

^h *Nec aliam putant*] Hæc sane Theophrasti sententia loc. cit. Plinius tamen VIII. 74. et ad terrestres id vocabulum transtulit, cum Servii Tullii prætextas dixit tereidinum non sensisse injurias annis DLX. Et Apsyrto τερηιδόνες sunt equorum lumbrici. Vide Constant. in Lexic.

ⁱ *Thripas*] Θρίπας, Theophr.

^j *Et eorum alii*] Vermium, inquit, quibus lignum eroditur, alii ex ipsa materie fiunt, putrescente succo, ἐκ τῆς οἰκείας σήψεως, inquit Theophr.

Delph. et Var. Clas.

Alii a vermiculis aliis pariuntur, οἱ δ' ἐκ τικτόντων ἑτέρων. Pariunt enim vel in cæsa materie vermes, quemadmodum in ipsa arbore is qui κεραστής, hoc est, cornutus, appellatur: qui cum tantum corroserit, ut circumagere se commode possit, tum gignit alium. Sic Theophr. loc. cit. In fico præsertim nasci cerasten dicitur XVII. 37.

^k *Hæc*] Omnia nempe hæc vermium infestantium genera.

^l *Tradunt*] Theophr. loc. cit. φασὶ δὲ καὶ τὴν ἐλάτην φλοισθεῖσαν ὑπὸ τὴν βλάστησιν ἀσαπῆ διαμένειν ἐν τῷ ὕδατι.

^m *Qua diximus*] Cap. 74.

ⁿ *In Tylo*] Ex Theophr. Hist. v. 6.

^o *Quas CC. annis*] Quas arbores, per annos ducentos in aquis obrutas, omnis noxiæ expertes invenere, in-

Plinius

84

In eadem^p esse fruticem baculis tantum idoneæ crassitudinis, varium^q tigrium maculis, ponderosum: et cum in spissiora^r decidat, vitri modo fragilem.⁷

LXXXI. (XLII.) Apud nos materiæ finduntur aliquæ sponte: ob id architecti eas fimo illitas siccari jubent,^a ut afflatus non noceant. Pondus sustinere validæ,¹ abies, larix,^b etiam in transversum posita. Robur, olea, incurvantur ceduntque² ponderi. Illæ renituntur, nec temere rumpuntur: priusque carie quam viribus deficiunt. Et palmæ arbor valida:^c in diversum^d enim curvatur: et populus.^e Cetera omnia inferiora pandantur:^f palma e contrario fornicatim.³ ^g Pinus et cupressus adversus cariem



edd. Dalec. et Gronov. *et cum in solidiora incutitur, fictilium modo fragilem.* Cod. Dalec. *et c. in s. decidit, &c.*

CAP. LXXXI. 1 Alii ap. Dalec. *valide.* Mox, pro *larix*, margo edd. Dalec. et Gronov. *pinus*, e Theophr.—2 Cod. Dalec. *incurvatur, ceditque*; Chiff. *incurvant, &c.*—3 Ita Harduin. 1. et Bipont. *Et palma, &c.* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *Et palmæ arbor invalida: in diversum enim curvatur. At populus contra omnia inferiora pandatur; palmæ contrario fornicatur* Gronov. et al. vett. *valida* cod. Dalec. *curvatur et populus.* Contra, *&c.* cod. Dalec. et Parm. *Curvatur: et populus libri omnes scripti et editi.* Forte tamen *et populus* redundat. De populo enim nihil habet Theophrastus, Hist. Plant. v. 7. quem Plinius hic

NOTE

quit Theophr. loc. cit. Διαμένει γὰρ ξύλον ἔτη πλείω ἢ διακόσια καταβυθίζόμενον.

^p *In eadem*] Theophrasto loc. cit.

^q *Varium*] Colorum varietate tigrium maculosæ pelli assimilem.

^r *Cum in spissiora*] Cum in solidiora corpora aut sponte deciderit, aut quis de industria projecerit. Theophr. "Ὅταν δὲ τις βίψη πρὸς στερεώτερον τόπον, κατάγνησθαι, καθάπερ τὰ κέραμια, fictilium modo.

^a *Siccari jubent*] Materias, sive arbores: ne aëre perflante findantur. Fimom bubulum adhibet Theophr. Hist. v. 7.

^b *Abies, larix*] Theophr. loc. cit. Βάρος δὲ ἐνεγκέιν ἰσχυρὰ, καὶ ἡ ἐλάτη, καὶ ἡ πεύκη. Plinio rursum *πεύκη, la-*

rix. Porro hellenismus est, *validæ sustinere*, pro *sustinere valide.*

^c *Arbor valida*] Vide Notas et Emend. num. 33.

^d *In diversum*] Contra quam ceteræ arbores: nam eæ in inferiora curvantur: palma se fornicatim flectit.

^e *Et populus*] Vide Notas et Emend. num. 34.

^f *Pandantur*] Curvantur, ceduntque ponderi. Plinius xi. 10. de apibus: 'Totæque onustæ remeant sarcina pandatæ.'

^g *Fornicatim*] Fornicis in morem sursum versus curvatur. Plinius xi. 10. 'Ruentes ceras fulciunt, pilarum intergerinis a solo fornicatis.' Et 'fornicatio' Vitruvio nota et Senecæ vox est.

tineasque firmissimæ. Facile pandatur juglans:^h fiunt enim et ex ea trabes. Frangi se⁴ prænuntiat strepitu:ⁱ quod in Antandro^j accidit, cum e balneis territi sono profugerunt. Pinus, piceæ, alni, ad aquarum ductus in tubos cavantur.⁵ Obrutæ terra plurimis durant annis. Eædem, si non integantur, cito senescunt: mirum in modum⁶ fortiores, si humor extra quoque supersit.

LXXXII. Firmissima in rectum^k abies. Eadem valvarum paginis,^{2,1} et ad quæcumque libeat intestina^m opera aptissima, sive Græco, sive Campano, sive Siculo fabricæ artis genere spectabilis: ramentorumⁿ crinibus, pampinato semper orbe se volvens ad incitatos runcinæ raptus.³ Eadem et curribus⁴ maxime sociabilis glutino, in tantum, ut findatur ante,^o qua solida est.



exseribit.' Brotier. *fornicatum* cod. Dalec. *ex contr. fornicatum* Chiff. — 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *Frangique se* Gronov. et vulgg. Mox, *quod et in Andro* cod. Dalec. *quod in Andro* Chiff. — 5 Cod. Dalec. *ductus intus cavantur*; Vet. Dalec. *ductus in stubos cavantur*. — 6 Cod. Dalec. *miro modo*.

CAP. LXXXII. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Firmissima intra tectum* cod. Dalec. *Firmissima ad tectum* Gronov. et vulgg. — 2 Ita codd. Regg. 1. 2. In Editione principe aliisque, *repagulis*. At recte dicuntur valvarum paginæ. Alia sunt repagula, quibus valvæ clauduntur, aut obserantur.' Brotier. *paginis* etiam Chiff. *repagulis* Gronov. et vulgg. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. — 3 Ita cod. Reg. 2. *runcinarum raptus* edd. ante Brotier. — 4 Cod. Dalec. *currulis*; alius codex ejusdem, *currubus*. Mox, Chiff. *ante, quam solida est*.

NOTE

^h *Juglans*] Non juglandem Theophrastus, loc. cit. sed castaneam dixit, *καρβάν Εύβοϊκήν*. Verum ea vide quæ dicturi sumus in Notis et Emend. num. 28.

ⁱ *Strepitu*] *Crepitu*, ψόφος, Theophr. Hist. v. 7.

^j *In Antandro*] Theophr. loc. cit. de castaneæ materie, trabibusque, ut diximus, non juglandis. In Mss. *in Andro*. At Theophr. ἐν Ἀντάνδρω.

^k *Firmissima in rectum*] Si recta statuatur. Vide Notas et Emend. num. 35.

¹ *Valvarum paginis* [*repagulis*] In

Mss. omnibus, *valvarum paginis*: haud pœnitenda lectione: videntur enim paginæ valvarum appellari asseres, quibus ipsæ compinguntur, coagmentanturque, ac veluti compaginantur valvæ.

^m *Intestina*] De his c. 76.

ⁿ *Ramentorum*] Ramenta, inquit, abietis, dum singuli runcinæ ictus rapiunt, raduntque, ea tum convolvuntur in modum crinium, et in orbem, instar tortilis pampini, hoc est, claviculæ vitium. Runcina instrumentum est ferreum, quo ligna aspera lignarii fabri lævigant: *le Rabot*.

LXXXIII. (XLIII.) Magna autem et glutini ratio,¹ propter ea quæ sectilibus laminis,^a ac in alio² genere^b operiuntur. Stamineam in hoc usu^c probant venam, et vocant ferulaceam,³ d argumento similitudinis, quoniam lacunosa et crispa, in omni genere, glutinum abdicat. Quædam et inter se⁴ et cum aliis insociabilia glutino, sicut robur: nec fere⁵ cohærent, nisi similia^e natura: ut si quis^f lapidem

//////////

CAP. LXXXIII. 1 Chiff. *glutinatio*.—2 'Ita Mss. Reg. et Editio princeps. Nihil ergo mutaverim in hoc optimorum librorum consensu. Nec satis certa grammaticorum observatio, ac non poni ante vocalem.' Brotier. *aut in alio Dalec*.—3 'Ita appellatur hæc vena, ob quandam cum caule ferulaceo similitudinem. Male eruditus Harduinus, *feruleam*.' Brotier. Harduinum secuti sunt recent. *fertilem Gronov.* et al. ante Harduin.—4 'Ita Ms. Reg. 1. totidem literis, vero optimoque sensu. Perperam in recentioribus editionibus emendatum: *quoniam laciniöse crispa, in omni genere. Et glutinum abdicant quædam, et inter se, &c.* Nunquam dixit Plinius, *glutinum abdicant... insociabilia glutino*.' Brotier. *lacunose Chiff. lacunosa et crispa in omni genere glutinum abdicat. Quædam inter se etiam cod. Dalec. lacrymosè crispa. In omni genere et glutinum abdicant quædam, et inter se Gronov. et vulgg. laciniöse crispa, in omni genere. Et glutinum abdicant quædam, et inter se Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.*—5 *Sed nec fere Gronov. et vulgg. Sed deest in cod. Dalec. et edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Mox, duo codd. Dalec. ut sicut*

NOTE

Pampinum pro clavicula, capreoloque vitis accipi monuimus c. 63.

¹ *Ut findatur ante*] Ante, inquit, sociata glutino materies, ea parte findetur qua solida est, quam qua agglutinatur. Nunquam enim dissociatur, quod semel glutinatum sit: οὐδὲ γὰρ ὕλως οὐδὲ βήγνησθαί φασιν, ἐὰν κολληθῆ. Theophr. Hist. v. 7.

^a *Sectilibus laminis*] E pretiosiore maxime ligno: ut, exempli gratia, e citro. Sectiles laminæ a nostris vulgo appellantur *Pieces de rapport*: mensæ, pavimenta, ceteraque, quæ his operiuntur, *Ouvrages de marqueterie*.

^b *In alio genere*] In alio genere ligni ac materiei: cum diversi generis ligna socianda sunt, et conglutinanda. Sed præterea et secamenta testudinum signari hoc loco a Plinio cum Dalecampio arbitramur. Vide cap. seq.

^c *Stamineam in hoc usu*] In eo ligno quod cum altero sociandum est, stamine amaxime vena deligitur, hoc est, rectissima, longissimaque, instar staminis: *la maîtresse veine*.

^d *Ferulaceam [feruleam]* Ob similitudinem cum caule ferulaceo: crispa nimirum vena, et in tenues veluti scissa lacinias, ut sunt ferulæ folia: quod in omni arborum genere evenit. Sic plantaginis 'laciniosa folia' Plinius appellat xxv. 77. Vide Notas et Emend. num. 36. Ducta translatio a laciniis vestimentorum, quæ cæsuratim sectæ et quasi divisæ sunt.

^e *Nisi similia*] 'Ομοιοπαθῆ, inquit Theophr. Hist. III. 8. unde hæc manarunt.

^f *Ut si quis*] Is sane frustra foret, et glutinum perderet, et operam.

lignumque conjungat. Cornum maxime odit⁶ sorbus,⁸ carpinus, buxus, postea tilia. Cuicumque operi^h facilia, flexilia omnia, quæ lenta diximus:ⁱ præterque, morus et caprificus. Serrabilia,^{7j} ac sectilia, quæ modice humida. Arida enim^k lentius serræ cedunt: viridia, præter robur et buxum,⁸ pertinacius resistunt, serrarumque dentes replent æqualitate inerti:^l qua de causa, alterna inclinatione^m egerunt scobem. Obedientissima quocumque in opere fraxinus, eademque hastisⁿ corylo melior, cornu levior, sorbo lentior. Gallica vero, etiam ad currus flexibilis,^o vitem⁹ æmuleretur ulmus, ni pondus esset in culpa.

~~~~~

quis lapidem, lignumque non conjungit. Cliff. et conjungit.—6 Ita emendatum in cod. Reg. 2. quod verius puto quam quod habent ceteri libri scripti et editi, *audit*.<sup>7</sup> Brotier. *odit* habet etiam Vet. Dalec. *audit* Gronov. et al. vet. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—7 *Fissilia* margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr. Hist. Plant. v. 8. ubi *σχιστά*. Quidam ap. Dalec. *Dolabilia*; Gronov. et al. ante Harduin. *Durabilia*.—8 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *lentius*, quam *viridia*, *serris* cedunt: *præter robur et buxum* Gronov. et vulgg. ‘Uterque codex, *latius* (leg. *lentius*) *ter ascendunt*. (leg. *serræ cedunt*.) *Viridia præter*, &c. Dalec.—9 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *lentior Gallica*, &c. *flexibili* cod. Dalec. *lentior Gallica vero etiam ad c. flexibilis*. *Vitem*, &c. Gronov. et vulgg.

## NOTÆ

<sup>6</sup> *Odit* [*audit*] *sorbus*] Admittit, eique glutini ope cohæret, ac sociatur. Ita libri omnes, etiam Mss.

<sup>h</sup> *Cuicumque operi*] Hæc a Theophrast. Hist. v. 7. Ἐγκαμπτα δὲ, ὡς μὲν ἀπλῶς εἰπεῖν, ὅσα γλισχρά διαφέρειν δὲ δοκεῖ συκάμινος καὶ ἔρινεός.

<sup>i</sup> *Lentu diximus*] Cap. 77.

<sup>j</sup> *Serrabilia*] Quæ secari serra facile possunt. Sectilia, quæ securi. Ἐπριστα καὶ ἔσχιστα. Vide Notas et Emend. num. 37.

<sup>k</sup> *Arida enim*] Arida, inquit, cedunt ignavius, nec appressum occursumque serræ sustinent, τὰ μὲν γὰρ παύονται. Viridia resistunt et obluccantur, τὰ δὲ ἴστανται. Theophr. Hist. v. 8. Et prius, c. 6. Σιδήρια δύνανται τέμνειν μᾶλλον τὰ σκληρὰ τῶν μαλακῶν, κ. τ. λ.

<sup>l</sup> *Æqualitate inerti*] Ita replent serræ dentes, et inæquales projecturas æquant scobe impacta et adhærescente, ut serram deinde ipsam inertem reddant, neque aptam ad secandum.

<sup>m</sup> *Alterna inclinatione*] Serræ dentes alterna inclinatione permutant, ut scobs facilius egeratur: Διὸ καὶ παραλλάττουσιν ἀλλήλων τοὺς ὀδόντας, ἵνα ἐξάγηται τὰ πρίσματα. Theophr. Hist. v. 8.

<sup>n</sup> *Eademque hastis*] Vide quæ diximus cap. 24.

<sup>o</sup> *Ad currus flexibilis*] Facile curvatur, flectiturque in rotas, nimis Gallica, de qua cap. 29. eaque ligni bonitate vitem æmuleretur, ni ponderosior foret.

LXXXIV. Facilis et fagus, quanquam fragilis et tenera. Eadem sectilibus laminis in tenui<sup>a</sup> flexilis,<sup>1</sup> capsisque ac scriniis sola utilis. Secatur in laminas prætenues et ilex, colore quoque non ingrata: sed maxime fida iis quæ terantur, ut rotarum axibus:<sup>b</sup> ad quos lentore fraxinus utilis, sicut duritia ilex, et utroque<sup>2c</sup> legitur ulmus. Sunt vero et parvi usus<sup>d</sup> fabrilium ministeriorum insignes. Ideoque proditum terebris vaginas<sup>e</sup> ex oleastro, buxo, ilice, ulmo, fraxino, utilissimas fieri. Ex iisdem malleos, majoresque e pinu<sup>3</sup> et ilice. Est his autem<sup>f</sup> major ad firmitatem causa tempestivæ cæsurae, quam immaturæ: quippe cum ex olea, durissimo ligno, cardines in foribus diutius immoti, plantæ modo germinaverint.<sup>4</sup> Cato<sup>g</sup> vectes aquifolios, laureos, ulmeos fieri jubet. Hyginus manubria rusticis carpinea, iligna, cerrea.

Quæ in laminas secantur, quorumque operimento vestiatur alia materies, præcipua sunt citrum, terebinthus, aceris genera, buxum, palma, aquifolium,<sup>h</sup> ilex, sambuci radix, populus. Dat et alnus, ut dictum est,<sup>i</sup> tuber sectile,<sup>5</sup> sicut



CAP. LXXXIV. 1 Vet. Dalec. tenuis et flexilis. Dalec. interim, vel in tenue, vel in tenuia flexilis.—2 Cod. Dalec. ex utroque; Vet. ejusdem, et ad utrumque; alii vet. ap. eundem, et ad utrumque legitima ulmus; Dalec. et utraque levior, &c.—3 Cod. Dalec. majores quam e pinu; Chiff. majoresque e pinu. Gronov. et al. ante Harduin. majores quoque e pinu.—4 Margo edd. Dalec. et Gronov. causa maturæ tempestivitas cæsurae. Aliquando ex olea, &c. germinaverunt. Cod. Dalec. diutius immorati.—5 Chiff. suber sectile.—6 Ita codd. Harduini et edd.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> In tenui] Modo tennes eæ laminæ fuerint, erunt eadem et flexiles.

<sup>b</sup> Ut rotarum axibus] Theophr. loc. cit. Πρίνος δὲ πρὸς ἄξονας τε, καὶ μονοσπρόφους ἀμάξας, κ. τ. λ.

<sup>c</sup> Et utroque] Et ob utramque dotem, lentitiam nimirum, duritiemque, ad rotarum axes ulmus seligitur.

<sup>d</sup> Sunt vero et parvi usus] Parva instrumenta in fabrilis arte, sed ea tamen insignia.

<sup>e</sup> Terebris vaginas] Terebra, instru-

mentum quo ligna perforantur: une tarière, un vilebréquin. Vagina manubrium est, le manche, et la poignée.

<sup>f</sup> Est his autem] Materię illi firmitas major, quæ sit tempestive cæsa, quam illi quæ immature.

<sup>g</sup> Cato] De Re Rust. c. 31. p. 29. 'Vectes iligneos, aquifolios, laureos, ulmeos, facito uti sient parati.'

<sup>h</sup> Aquifolium] Aquifolia ilex, de qua c. 8.

<sup>i</sup> Ut dictum est] Cap. 27.



citrum, acerque. Nec aliarum tubera in pretio. Media pars arborum crispior,<sup>6</sup> et quo propior radici, minoribus magisque flexilibus<sup>a</sup> maculis. Hæc prima origo luxuriæ, arborem alia integri, et viliores ligno pretiosiores cortice fieri.<sup>b</sup> Ut una arbor sæpius veniret,<sup>j</sup> excogitatae sunt<sup>7</sup> et ligni bracteæ. Nec satis: cœpere tingui animalium cornua, dentes secari:<sup>k</sup> lignumque ebore distingui, mox operiri. Placuit deinde materiam et in mari quæri. Testudo in hoc<sup>l</sup> secta. Nuperque portentosis ingeniis principatu Neronis inventum, ut pigmentis perderet se, plurisque veniret imitata lignum. Sic lectis<sup>8</sup> pretia quærentur: sic terebinthum<sup>m</sup> vinci jubent, sic citrum pretiosius fieri, sic acer decipi. Modo luxuria non fuerat contenta ligno: jam lignum enim e testudine facit.<sup>9</sup><sup>n</sup>

LXXXV. (XLIV.) Vita arborum quarundam immensa credi potest, si quis profunda mundi et saltus inaccessos cogitet.<sup>1</sup> Verum ex his quas memoria hominum custodit, durant in Liternino Africani prioris manu satæ oliuæ. Item myrtus eodem loco conspicuæ magnitudinis. Subest specus, in quo manes ejus custodire draco traditur. Romæ vero lotos in Lucinæ area, anno qui fuit sine magistratibus

<sup>a</sup> Flexuosis.

<sup>b</sup> Ob laminam superadditam pretiosiores haberi arbores.



recentt. *mediaque pars arborum crispior* Gronov. et vulgg. *media pars crispior* cod. Dalec.—7 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cortice fieri, ut u. a. s. veniret. Excogitatae sunt* Gronov. et al. ante Harduin.—8 *Sic litis* Chiffli.—9 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *jam lignum emi testudinem facit* Edd. vett. *jam lignum emi testudine, &c.* cod. Dalec.

CAP. LXXXV. 1 Cod. Dalec. *cogitat.*—2 Ita Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bi-

#### NOTÆ

j *Ut . . . sæpius veniret*] Ut sæpius venalis esset: primum quidem, primumquam secaretur in laminas: iterumque, cum secta esset in eas laminas, bracteasve.

k *Dentes secari*] Ebur.

l *Testudo in hoc*] In hos usus.

m *Sic terebinthum*] Sic terebinthum, inquit, vinci volunt, picta testudine

terebinthini ligni colore: testudinem instar citri pictam, citro ipso fieri pretiosiore: denique eandem aceris colore imbutam, pro acere vero ac nativo accipi.

n *Jam lignum enim e testudine facit*] Testudine picta in ligni similitudinem. Vide Notas et Emend. num. 38.

CCCLXXIX.<sup>2</sup>° Urbis, æde condita, incertum ipsa quanto vetustior. Esse quidem vetustiore non est dubium, cum ab eo loco Lucina<sup>p</sup> nominetur: hæc nunc<sup>q</sup> circiter annum CCCCL. habet. Antiquior illa<sup>r</sup> est, sed incerta ejus ætas, quæ Capillata dicitur, quoniam Vestalium virginum capillus<sup>s</sup> ad eam defertur.

LXXXVI. Verum altera lotos in Vulcanali,<sup>a</sup> quod Romulus constituit ex victoria de decumis,<sup>b</sup> æquæva Urbi intelligitur, ut auctor est Masurius. Radices ejus in forum usque Cæsaris per stationes<sup>c</sup> municipiorum penetrant. Fuit cum ea cupressus<sup>d</sup> æqualis, circa suprema Neronis principis prolapsa atque neglecta.

LXXXVII. Vetustior autem Urbe in Vaticano ilex, in

//////////

pont. et Franz. CCCLXIX. Gronov. et vulgg.

#### NOTÆ

<sup>o</sup> Anno . . . CCCLXXIX.] Vide Notas et Emend. num. 39.

<sup>p</sup> Lucina] Ovid. Fast. II. 449. 'Gratia Lucinæ: dedit hæc tibi nomina lucis: Aut quia principium tu Dea lucis habes.'

<sup>q</sup> Hæc nunc] Ædes Lucinæ.

<sup>r</sup> Antiquior illa] Arbor scilicet, eujuscumque illa generis fuit. Festus: 'Capillatam vel Capillarem arborem dicebant, in qua capillum tonsum suspendebant.'

<sup>s</sup> Vestalium . . . capillus] Tondebantur eæ, priusquam in collegium receptæ certo carmine a Pontifice Deo manciparentur et sacrarentur. Sic apud Christianos capillorum positio in viris fœminisque Deo dicatis, symbolum servitutis est, qua se numini, instar servorum, mancipant: unde 'Servi Dei' nuncupantur: quod erant olim servi tonsi. Vide Ducangium in Glossar. verbo 'Capilli.' Tonsos deinde crines prisca illi vel Apollini Delio, vel alteri Numini consecrabant: vel suspendebant ex

arbore.

<sup>a</sup> In Vulcanali] P. Victor in descriptione Urbis Romæ, regione quarta: 'Area Vulcani, cum Vulcanali, ubi lotos a Romulo sata, in qua area sanguine per biduum pluit.' Vulcanal ædicula fuit Vulcano sacra.

<sup>b</sup> De decumis] De parte spoliiorum et prædæ decima.

<sup>c</sup> Per stationes] Stationes Municipiorum inter Forum Cæsaris et Forum Augusti, a P. Victore statuuntur, in descript. Urbis Romæ, regione octava. Locus videtur fuisse publicus, in quo post negotia cives convenirent, confabulandi gratia. Juvenal. Sat. XI. 4. 'Omnis Conventus, thermæ, stationes, omne theatrum,' &c. Plinius Junior Epist. I. 13. 'Plerique in stationibus sedent, tempusque audiendis fabulis contemunt,' &c.

<sup>d</sup> Fuit cum ea cupressus] Eane quam Vespasiani ævo resurrexisse sponte auctor est Tacitus Hist. II. p. 53.

qua titulus æreis literis Etruscis religione arborem jam tum <sup>1</sup> dignam fuisse significat. Tiburtes quoque originem multo ante urbem Romam habent. Apud eos extant ilices tres, etiam Tiburto <sup>2</sup> conditore <sup>e</sup> eorum vetustiores, apud quas inauguratus traditur. Fuisse autem eum tradunt filium Amphiarai, qui apud Thebas obierit una ætate <sup>f</sup> ante Iliacum bellum.

LXXXVIII. Sunt auctores <sup>g</sup> et Delphicam platanum Agamemnonis manu satam: et alteram in Caphyis <sup>1</sup> Arcadiæ Iuco. Sunt hodie ex adverso Iliensium urbis, juxta Hellespontum, in Protesilai sepulcro <sup>2 h</sup> arbores, quæ omnibus ævis <sup>i</sup> cum in tantum accrevere, ut Ilium aspiciant, inarescunt, rursusque adolescent. Juxta urbem autem quercus in Ili tumulo <sup>j</sup> tunc satæ dicuntur, cum cœpit Ilium vocari.

LXXXIX. Argis olea etiamnum <sup>1</sup> durare dicitur, ad quam Io in vaccam mutatam Argus alligaverit. In Ponto circa

//////////

CAP. LXXXVII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *jam tunc* Gronov. et vulgg. Mox, *signant pro significat*, Vet. Dalec.—2 Vet. Dalec. *etiam Tiburte*.

CAP. LXXXVIII. 1 *Caphiar* Chiffi.—2 ‘Uterque codex, in *Protesilia ipsa pulchra*. Strabo lib. XIII. juxta Sigeum promontorium Protesileum esse tradit, et Elensam.’ Dalec. Mox, Gronov. et al. ante Harduin. *omnibus ævibus ejus cum*, &c. Vide Nott. Var.

CAP. LXXXIX. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et re-

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Tiburto conditore*] Maro Æneid. VII. ‘Tum gemini fratres Tiburtia mœnia linquunt, Fratris Tiburti dictam cognomine gentem.’

<sup>f</sup> *Una ætate*] Annis XXXVII. Vide Clem. Alex. lib. I. Strom. Ætas et de annis triginta dicitur, auctore Servio, in Georg. III. et sæculum Druidis olim, teste Plinio inferius c. 95.

<sup>g</sup> *Sunt auctores*] Theophr. Hist. IV. 14. Τινὲς δὲ φασὶ καὶ τὴν ἐν Δέλφοις πλάτανον Ἀγαμέμνονα φυτεῦσαι, καὶ τὴν ἐν Καφύαις τῆς Ἀρκαδίας.

<sup>h</sup> *In Protesilai sepulcro*] De hujus delubro diximus IV. 18. Harum arborum meminit Philostratus, in Heroic. p. 644.

<sup>i</sup> *Quæ omnibus ævis*] Ita rescripsimus ex Colb. 3. Ita Vossius in suis libris scribi asseverat, Observ. in Melam, p. 128.

<sup>j</sup> *Ili tumulo*] Ilium Trois filium fuisse, docet Strab. lib. XIII. p. 593. Quæ Plinio quercus, ea Theophrasto hoc ipsum referenti, Hist. IV. 14. φηγὸς dicitur, ut ante monuimus c. 6.

Heracleam aræ sunt Jovis Stratii <sup>2 k</sup> cognomine : ibi quercus <sup>3</sup> duæ ab Hercule satæ. In eodem tractu portus Amyci <sup>1</sup> est Bebryce rege <sup>4</sup> interfecto clarus. Ejus tumulus a supremo die lauro tegitur, quam insanam vocant : quoniam si quid ex ea decerptum inferatur navibus, jurgia fiant, donec abjiciatur. Regionem Aulocrenen diximus, <sup>m</sup> per quam ab Apamia <sup>5</sup> in Phrygiam itur : ibi platanus <sup>n</sup> ostenditur, ex qua pependerit Marsyas <sup>6</sup> victus ab Apolline, quæ jam tum magnitudine electa est. Necnon palma Deli <sup>o</sup> ab ejusdem Dei ætate conspicitur. Olympiæ oleaster, ex quo primus <sup>7</sup> Hercules coronatus est, et nunc custoditur religiose. Athenis <sup>p</sup> quoque olea durare traditur in certamine <sup>q</sup> edita <sup>8</sup> a Minerva.



centt. *olea nunc etiam Gronov. et vulgg.*—2 ‘Chiffi. *citra H. a. s. J. Stratui. Sed Stratii recte repositum ab Hermolao disces e Lil. Gyrald. Syntagm. p. 91. Dalec.*—3 Ita codd. Harduini et Chiffi. *ubi quercus cod. Dalec. ubique quercus Gronov. et al. vett.*—4 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *est Amyci, Bebryce rege cod. Dalec. portus est Amyco Bebrycum rege Gronov. et al.*—5 *Apamea Chiffi.*—6 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *pependerit Marsya Gronov. et al. vett.*—7 Cod. Dalec. et Parm. *ex quo optimus. Mox, custoditur religio Chiffi.*—8 Idem codex, *in certamine edito.*

## NOTE

<sup>k</sup> *Jovis Stratii]* Διὸς Στρατίου meminit Herod. in Terpsichore lib. v. p. 333. Jovis Militaris.

<sup>1</sup> *Portus Amyci]* De eo diximus v. 43.

<sup>m</sup> *Aulocrenen diximus]* Lib. v. 29.

<sup>n</sup> *Ibi platanus]* Hyginus fab. 165. ‘Apollo victum Marsyam ad arborem religatum Scythæ tradidit, qui eum membratim separavit.’ Non platanum eam, sed pinum fuisse Archias ait in Antholog. III. 8. Epigr. 3. ἐκ λαοίας πίνου. Nicander quoque in Alexipharm. p. 151. et Philostr. in Icon.

<sup>o</sup> *Necnon palma Deli]* Cic. de Legib. lib. 1. ‘Nisi forte Athenæ tuæ sempiternam in arce oleam tenere potuerunt : aut quam Homericus U-

lysses Deli se proceram et teneram palmam vidisse dixit, hodie monstrant eandem,’ &c. Locus Homeri est Odyss. Z. 162. Vide et Ælian. Var. Hist. v. 4. et Theophr. Hist. IV. 14.

<sup>p</sup> *Athenis]* Cic. loc. cit. Herod. lib. VIII. Uran. p. 480.

<sup>q</sup> *In certamine]* Fabulantur Græci de Athenarum principatu cum Neptuno Minervam certasse. Litem Jupiter sic diremit : ut is potiretur loco, qui de civibus optime mereretur. Urbem portu ac navalibus Neptunus instruxit : Minerva oleam in arce editit : ea re vicisse Palladem pronuntiatum est. Auctor Geopon. IX. 1. p. 218. et 219.

XC. E diverso<sup>a</sup> brevissima vita est Punicis, fico, malis: et ex his,<sup>b</sup> præcocibus brevior quam serotinis, dulcibus quam acutis:<sup>c</sup> et dulciori<sup>c</sup> in Punicis. Item in vitibus,<sup>d</sup> præcipueque fertilioribus. Græcinus auctor est, sexagenis annis durasse vites. Videntur et aquaticæ<sup>e</sup> celerius interire. Senescunt quidem<sup>f</sup> velociter, sed e radicibus<sup>g</sup> repululant, laurus, et mali, et Punicæ. Firmissimæ<sup>h</sup> ergo ad vivendum oleæ, ut quas durare annis cc. inter auctores conveniat.

XCI. Est in suburbano Tusculani agri colle, qui Corne<sup>i</sup> appellatur, lucus antiqua religione Dianæ sacratus a Latio,<sup>2j</sup> velut arte tonsili coma fagei nemoris. In hoc arborem<sup>3</sup> eximiam ætate nostra adamavit Passienus Crispus<sup>k</sup> bis consul, orator: Agrippinæ matrimonio et Nerone pri-



CAP. XC. 1 Dalec. *quam acidis.*

CAP. XCI. 1 *Coriolanus* cod. Dalec. *Come* Vet. Dalec.—2 *Latino* Dalec.—3

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *E diverso*] Hæc a Theophr. Hist. iv. 14. De Punicis etiam Martialis subscribit, l. 44. 'Aut imitata breves Punica mala rosas.' 'Breves' dixit, quia brevis ævi.

<sup>b</sup> *Et ex his*] Ex malorum genere.

<sup>c</sup> *Et dulciori*] In Punicorum genere, dulcia, quæ et apyrina dicuntur, ex arbore gignuntur minus vivace. De Punicis apyrinis, XIII. 34. Theophr. loc. cit. ὡσπερ τῶν ῥοῶν ἡ ἀπύρηνος.

<sup>d</sup> *Item in vitibus*] Theophr. loc. cit.

<sup>e</sup> *Videntur et aquaticæ*] Ut salix, populus, sambucus. Theophr. loc. cit. et de Causis II. 15. p. 249. Et animalium quoque aquaticis, quam terrestribus, vitæ brevius spatium est.

<sup>f</sup> *Senescunt quidem*] Theophr. Hist. lib. iv. 14.

<sup>g</sup> *Sed e radicibus*] Theophr. παραβλασπάει, emittit adnata germina:

quod e latere interdum fit: e radice non raro.

<sup>h</sup> *Firmissimæ*] Hæc iisdem verbis Theophr. loc. cit.

<sup>i</sup> *Qui Corne*] Ita Reg. 2. aliique, et editi.

<sup>j</sup> *A Latio*] Ita libri omnes. An a *Latino*? An a communi Latii?

<sup>k</sup> *Passienus Crispus*] De eo Seneca Natur. Quæst. iv. in præf. p. 883. 'Crispus Passienus, quo ego nihil cognovi subtilius in omnibus rebus,' &c. Passieni oratoris dictum in Caium Caligulam Tacitus refert Annal. vi. p. 140. Ex Suetonio in Nerone c. 6. apparet Claudii temporibus obiisse. Duobus Consulatibus insignis fuit, altero ordinario, anno Urbis DCCL. Calvisio Sabinio secundum collega: altero extraordinario. Duobus item matrimoniis: primum Domitiæ, nepotis Antonii Triumviri: deinde Agrippinæ, quæ mater Neronis.

vigno clarior postea: osculari complectique eam solitus, modo cubare sub ea, vinumque illi affundere.<sup>4</sup> Vicina luco est ilex, et ipsa nobilis XXXIV.<sup>5</sup> pedum ambitu caudicis, x. arbores mittens singulas magnitudinis visendæ: sylvamque sola facit.

XCII. Hedera necari<sup>1</sup> arbores certum est. Simile quiddam et in visco: tametsi tardiozem earum injuriam<sup>1<sup>m</sup></sup> arbitrantur: namque et hoc præter fructus<sup>n</sup> agnoscitur non in novissimis mirabile. Quædam enim<sup>o</sup> in terra gigni non possunt, et in arboribus nascuntur. Namque cum suam sedem non habeant, in aliena vivunt, sicut viscum. Est et in Syria<sup>p</sup> herba quæ vocatur cadytas,<sup>2</sup> non tantum arboribus, sed ipsis etiam spinis circumvolvens sese: item circa<sup>q</sup> Tempe Thessalica, quæ polypodium vocatur, et quæ dolichos, ac serpyllum.<sup>3</sup> Oleastro quoque deputato quod gignit.

//////////

Vet. Dalec. *arbozem mora*.—4 Vet. Dalec. *affundere*; sic alii codd. ap. Nic. Heins. Adv. I. 10. p. 96. ubi etiam legitur, *non modo cubare, &c.*—5 Ita Chiff. cum edd. Harduin. I. 2. 3. et recentt. XXXV. Gronov. et vulg. Mox, duo codd. Dalec. *metiens singulas*; Vet. ejusdem, *amicrens singulas*.

CAP. XCII. 1 Dalec. *tardiozem ejus injuriam*.—2 Chiff. *castas*; cod. Dalec. *Cassylas*.—3 Cod. Dalec. et Chiff. *serpulum*.—4 Cod. Dalec. *gignitur*. Mox,

#### NOTE

<sup>1</sup> *Hedera necari*] Id prolixè Theophr. docet de Causis II. 25. p. 25. Vide quæ diximus c. 62.

<sup>m</sup> *Earum injuriam*] Hederæ et visci. Viscum, le *Guy de chêne*.

<sup>n</sup> *Præter fructus*] Præter gallam, glandesque.

<sup>o</sup> *Quædam enim*] Hæc deinceps totidem verbis Theophr. de Causis II. 23. p. 259.

<sup>p</sup> *Est et in Syria*] Theophr. loc. cit. Ἔστι δὲ τὸ Συριακὸν βοτάνιον, ὃ καλούμενος καδύτας, καὶ δένδροις, καὶ ἀκάνθαις ἐμφύεται, καὶ ἄλλοις τισί.

<sup>q</sup> *Item circa*] Theophr. loc. cit. Καὶ τὸ πολυπόδιον ἐπὶ τισὶ δένδροις, quibusdam innascitur arboribus. Aut aliunde Plinius hæc mutuatus est, aut legisse videtur, ἐπὶ τοῖς συνδέδροις. Vocant

autem Græci, Hesyehius, ceterique, *Tempe*, Τέμπη, τὰ συνδέδρα χωρία. Nec porro Theophrastus, aut Plinius, de polypodio, dolicho, serpylloque tractant eo loci, quod aliis ea plantis innasci putent, ut viscum, sed quod ea vitam non habent, nisi aliis circumvolvant sese, iisque ceu adminiculo innitantur, ut hedera: ταῦτα γὰρ, καὶ πρὸς ἑτέρῳ διώκει, κ. τ. λ. Polypodium pingit Dodonæus, Pempt. III. lib. v. p. 461. Latini Filiculam vocant: Galli, *Polypode*. Δόλιχος idem qui phaseolus: Gallis, *Feverolle*, *Fève de mer*. Ab eodem Dodonæo pingitur Pempt. IV. l. II. c. 6. p. 509. Vide quæ dicturi sumus XVIII. 33. De serpyllo dicemus XX. 90.

natur,<sup>4</sup> vocant phaunos.<sup>7</sup> Quod vero in spina fullonia hippophæston,<sup>2</sup> capitulis<sup>5</sup> inanibus, foliis parvis, radice alba,<sup>6</sup> cujus succus ad detractones<sup>1</sup> in comitali morbo utilissimus habetur.

XCIII. Visci tria<sup>a</sup> genera. Namque in abiete ac larice stelin dicit Eubœa<sup>b</sup> nasci, hyphear Arcadia. Viscum autem in quercu, robore, pruno<sup>1</sup> sylvestri,<sup>c</sup> terebintho, nec aliis<sup>2</sup> arboribus annasci, plerique. Copiosissimum in quercu, quod dryos hyphear<sup>d</sup> vocant. In omni arbore, excepta ilice et quercu, differentiam facit<sup>e</sup> odor virusque, et folium non jucundi odoris, utroque visci amaro<sup>3</sup> et lento. Hyphear



vocant *Famos* Dalec. quasi sylvarum *Dros*.—5 Ita codd. Harduini, cum codd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ita quoque Diosc. *coliculis* Gronov. et al. vett.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *crassa et molli*, e Diosc.

CAP. XCIII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *pino*, e Theophr. *robore, ilice, pruno* Gronov. et al. ante Harduin.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *et aliis*. Mox, *adnasci*. Plerique copiosissimum in quercu hyphear vocant cod. Dalec. et Parm. *adasphear* vocant Chiff. quod *δρῶς ἰξίαν* vocant Dalec.—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *utroque viscum amarum* cod. Dalec. *utroque visco amaro et lento* Chiff. *in utroque visco amarum et lentum*

## NOTÆ

<sup>7</sup> *Vocant phaunos*] Ita libri omnes: neque eos audio, qui, ut Plinium erroris insimulent, Theophrastum ipsum corrumpunt: apud quem, Hist. II. 3. non φέρειν θάλος, sed φέρειν φαυλίας, hoc est, olivas, scriptum olim fuisse volunt, insigni fraude. Nam cum sint hæc Græci scriptoris verba: ὁ γὰρ ἐπὶ τοῦ κοτίνου φασὶ συμβαίνειν, ὥστε ἂν περικόπτῃς τὴν θαλίαν, ἢ ὕλως μεταφυτευθῆ, φέρειν θάλος: quis non intelligit, similitudine vocum θάλος et θαλία lusisse cum? Quid porro hoc loco valeat vox ea θάλος, tam incompertum est, quam quid Latina phaunos.

<sup>2</sup> *Hippophæston*] Apud ceteros scriptores, hippophæston ipsa spina fullonia est, non aliquid ei annatum, ut dicemus XXVII. 66. ubi hæc iterum repetuntur.

<sup>1</sup> *Detractiones*] Ad dejiendos alio pravo humores.

<sup>a</sup> *Visci tria*] Theophr. Hist. IV. 15. Visci fructectosi iconem vide apud Dodon. p. 814.

<sup>b</sup> *Stelin . . . . Eubœa*] Theophr. de Caus. III. 16. Ἡ ἰξία, καὶ ἡ στελὶς, καὶ τὸ ὕφear ὦν τὴν μὲν στελὶν καλοῦσιν Εὐβοεῖς, τὸ δ' ὕφear Ἀρκαδῆς. Ἡ δὲ ἰξία κοινῇ φασιν. Τὸ γὰρ ὕφear ἐν ταῖς ἐλάταις καὶ πεύκαις γίνεται, καὶ ἡ στελὶς. Ἡ δ' ἰξία καὶ ἐν δρυὶ, καὶ ἐν τερμίνθῳ, καὶ ἐν ἐτέροις πλειόσιν. En rursum πεύκη, larix.

<sup>c</sup> *Pruno sylvestri*] Vide Notas et Emden. num. 40.

<sup>d</sup> *In quercu, quod dryos hyphear*] Mss. omnes, *adasphear* vocant. Nusquam Plinio *δρῶς quercus* est, sed *robur*.

<sup>e</sup> *Differentiam facit*] A visco differt stelis et hyphear, et grani odore, et folii: habet enim utrumque, granum foliumque, in visco amaritudinem et

ad saginanda<sup>f</sup> pecora utilius. Vitia modo purgat primo: dein pinguefacit, quæ suffecere<sup>4g</sup> purgationi. Quibus sit aliqua tabes intus,<sup>5</sup> negant durare. Ea medendi ratio, æstatis quadragenis diebus. Adjiciunt discrimen, visco, in his quæ folia amittant, et ipsi decidere: contra inhærere<sup>6</sup> nato in æterna fronde. Omnino autem satum nullo modo<sup>7</sup> nascitur, nec nisi per alvum<sup>h</sup> avium redditum, maxime palumbis ac turdis. Hæc est natura, ut nisi maturatum in ventre avium, non proveniat. Altitudo ejus non excedit cubitalem, semper fructectosi<sup>8</sup> ac viridis. Mas fertilis, fœmina sterilis. Aliquando non fert.<sup>9</sup>

XCIV. Viscum confit<sup>i</sup> ex acinis<sup>1</sup> qui colliguntur messium tempore immaturi: nam si accessere imbres, amplitudine quidem augentur, visco<sup>a</sup> vero<sup>j</sup> marcescunt. Siccantur deinde, et aridi tunduntur, ac conditi in aqua putrescunt duodenis fere diebus. Unumque hoc rerum putrescendo gratiam invenit: inde<sup>b</sup> in profluente, rursus a malleo tusi,<sup>2</sup>

<sup>a</sup> Viscum vero faciendo sunt minus utiles.

<sup>b</sup> Deinde in aqua profluente iterum malleo contusi, abjectis corticibus, remanet interior caro, quæ lentescit dum tractatur.



Gronov. et al. ante Harduin.—4 Dalec. *superfluere*.—5 Dalec. *labes intus*.—6 Margo edd. Dalec. et Gronov. *contra semper inhærere*.—7 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *ullo modo* Gronov. et vulgg.—8 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fructectosi* Gronov. et al. ante Harduin.—9 *Aliquando vero fert* Dalec.

CAP. XCIV. 1 *Viscum fit ex acinis* cod. Dalec.—2 Ita Chiffi. *malleo tusi*

#### NOTÆ

lentorem: fœtet utrumque in gemino illo grano, quod viscum imitatur.

<sup>f</sup> *Hyphear ad sagin.*] Theophr. loc. cit.

<sup>g</sup> *Quæ suffecere*] Pinguefacit ea animalia, quibus suffecere vires ad eam purgationem ferendam. Nam multis est ea letalis: nempe iis qui tabe intus laborent aliqua.

<sup>h</sup> *Nec nisi per alvum*] Οὐδὲς, hoc est, *columba sylvestris*, vel, ut alii interpretantur, *turdus*, si devorato visci semine in arbore aliqua saturnitatem egerit, viscum aiunt enasci.

Athen. lib. ix. p. 394. Vide Erasm. Chiliad. i. Cent. i. Adag. 55. ‘Turdus ipse sibi malum cacat.’ At multis tamen in regionibus turdi non sunt, in quibus visci copia est.

<sup>i</sup> *Viscum confit*] Glutinum nempe quod ad aucupium pertinet: *la glu*. Id fit ex visci jam laudati acinis sive granis, *des grains de guy*. Ita etiam Diosc. lib. iii. c. 103.

<sup>j</sup> *Visco vero*] Nec tanta copia viscum reddunt, nec tam eximia bonitate.



amissis corticibus interiore carne lentescunt. Hoc est viscum pennis avium tactu ligandis,<sup>3</sup> oleo subactum, cum libeat insidias moliri.

xcv. Non est omittenda in ea re et Galliarum<sup>1</sup> admiratio. Nihil habent Druidæ<sup>2 k</sup> (ita suos appellant magos) visco, et arbore, in qua gignatur<sup>3</sup> (si modo sit robur) sacratius. Jam per se roborum eligunt lucos, nec ulla sacra sine ea fronde + conficiunt, ut inde appellati quoque interpretatione Græca possint Druidæ videri. Enimvero quicquid annascatur illis, e cœlo missum putant, signumque esse electæ ab ipso Deo arboris. Est autem id rarum admodum inventu, et repertum magna religione petitur: et ante omnia sexta Luna, quæ principia mensium annorumque<sup>1</sup> his facit,



Gronov. Harduin. et recentt.—3 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *glandis* Chiffli. *juglandis oleo, &c.* Gronov. et al. vett.

CAP. xcv. 1 Cod. Dalec. *ea re Galliarum*, omisso *et.*—2 *Druïdes* hic, et paulo post, Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *Druïdæ* edd. vett. Gronov. Harduin. 1. et Bipont.—3 Ita ex codd. Harduini et recentt. *in qua gignantur* edd. vett. et Gronov.—4 Chiffli. *sine earum fronde.*—5 Dalec. *habeat, etiamsi*

## NOTE

<sup>k</sup> *Druidæ*] A Græca dictione *δρῦς*, quæ *robur* significat: vel, ut alii malunt, a Celtica *Druid*, quæ fortem, strenuum, ac fidelem sonat, quod quidem etymon Bucherius noster probat in Belgio Romano v. 4. § 14. De his multa Cæsar Bell. Gall. lib. vi. Diu etiam post inductam Christi religionem invaluisse in Gallia, Italia, Germania, Africa, aliisque locis, arborum lucorumque cultum, in quo evellendo multum insudarint Pontifices Regesque ipsi, vide apud Ducangium in Glossario v. 'Arbor.'

<sup>1</sup> *Mensium annorumque*] De hac anni ratione, si vacat, Petavium consule de Doctr. Temp. lib. ii. p. 232. c. 70. de cyclo Lunari Saxonum, et Gallorum veterum.—<sup>4</sup> *Mensium annorumque*] Ergo annis illi mere lunaribus

utebantur, ut hic aperte quidem Plinius docet. Sed quod hic obiter annotandum est, mirum profecto, nullum apud Romanos, Græcosve, vel hos etiam Druidas, hebdomadarum usum fuisse. Cyclus scilicet septem dierum Deum ipsummet habet auctorem: sed Abrahamæ temporibus neglectus ab hominibus, quia essent in idololatriam omnes fere prolapsi. Sola hunc servavit Abrahamæ domus: et mox solis Abrahamæ posteris est cognitus. Unde populo Israëlítico dicitur, veluti non novo dato, sed vetere renovato mandato, quod abierat in desuetudinem apud ceteras gentes: 'Memento tu ut diem sabbati sanctifices,' quomodo fecit Noë, subsequitque proxime filii ejus ac nepotes, Exod. xx. 8. Nullum diei septi-

et sæculi post tricesimum annum, quia <sup>a</sup> jam virium abunde habeat, nec sit sui dimidia.<sup>5</sup> Omnia sanantem appellantes suo vocabulo, sacrificiis <sup>6</sup> epulisque rite sub arbore com-

<sup>a</sup> Quia Luna tum satis virium habet, nec pervenit adhuc ad dimidiam sui magnitudinem, quam die tantum septima habet.



non sit dimidia.—6 Cod. Dalec. appellant suo vocabulo. Sacrificiis.—7 ‘Ita

#### NOTÆ

mī in orbem redeuntis vestigium est apud Plinium: id quod certissimo argumento est, apud eos qui Plinium norunt, et scripta ejus perlegerunt, non fuisse hunc cyclum Romanis cognitum. Quid quod nec Livius, Tacitusve in Historiis, nec in Fastis Ovidius, nec e profanis scriptoribus alii, quod quidem nunc sciam, appellant diem Solis, aut Jovis, aut Lunæ, aut Martis, aut Mercurii, aut Veneris, aut Saturni: tametsi Philaster in Catalogo hæresium auctorem harum appellationum Hermen facit? Illud quidem Horatii, II. Sat. 3. 288. ubi mater orans pro salute pueri inducitur: ‘Jupiter, ingentes qui das adimisque dolores, Mater ait pueri menses jam quinque cubantis, Frigida si puerum quartana reliquerit, illo Mane die, quo tu indicis jejunia, nudus In Tiberi stabit.’ Hæc inquam verba interpretes nonnulli de die Jovis dicta accipiunt, sed sine ullo probabili argumento. Verius aliquis fuit in vetere Romanorum Calendario dies, qui semel in anno occurreret, quo die scriptum erat ‘Jejunium Jovi:’ sicut est apud Judæos dies Expiationis, decimus dies Tisri, jejunii dies. Unde et hic, præter jejunium, veluti culparum piamentum, lavatio pueri sanati in Tiberi Jovi promittitur. Apud Sinas non est cyclus ille septem dierum. Apud Arabes semper fuit, ut in notis ad Alco-

ranum nondum editis ostendimus, ab Ismaële Abrahæ filio. Mahumetani, ubicumque sunt, habent illam a Mahomete Arabe. Non est apud Americanos ullos, exceptis illis qui Christianis sacris sunt imbuti. Non est denique apud ulla gentes quæ verum Deum non norunt: quoniam ab iis qui colere ipsum desierunt abjectus septimi diei cultus neglectusque est: quem præscriptum ab eo fuisse ob sui reverentiam prædicare possunt id duntaxat qui eum norunt. Siamenses Sabbatum non noverunt Mosaicum, sive Christianum, quamvis nonnulli secus affirmant: sed quatuor festos dies agitant in novilunio, et lunæ quadrantibus. Scribit Ulug Beg, in libro quem inscripsit, Tauarikh, hoc est, Epochæ, Persas non habere hebdomadas: sed singulos dies cujusque mensis appellare proprio nomine. At ex quo Mahometani sunt, numerant Persæ dies hebdomadæ, ut Arabes: et diem Veneris sacrum habent, ut nos Dominicum. Ita et Turcæ, ut diximus, ex Mahumetismo. Cathaiani denique et Turcæ orientales non habent hebdomadas, sed cyclum sexaginta dierum. Cathaiani tamen habent etiam cyclum alterum quindecim dierum. Vide Bibliothecam Orient. D’Herbelot. p. 122. et 417. Hebræi dicunt primam sabbati, secundam, tertiam, &c. Latini Christiani diem Lunæ, Martis, Mercurii, &c.

paratis,<sup>7</sup> duos admovent candidi coloris tauros, quorum cornua tunc primum vinciantur. Sacerdos candida veste cultus arborem scandit: falce aurea demetit: candido id excipitur sago. Tum deinde victimas immolant, precantes ut suum donum Deus prosperum faciat his quibus dederit. Fœcunditatem eo potest dari cuicumque animalium sterili arbitrantur: contra<sup>8</sup> venena omnia esse remedio. Tanta gentium in rebus frivolis plerumque religio est.



codd. Regg. et Editio princeps. Frustra in recentioribus editionibus emendatum, *præparatis*. Brotier. *præparatis* exhibent Dalec. Elz. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *comparatis* Chiffi.—8 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *cuique animalium sterili arbitr. contra* Chiffi. *cuicumque animali sterili arbitrantur, contraque* edd. vet. et Gronov.

## NOTÆ

Græci non sic, sed δευτέραν, τρί-<sup>m</sup> *Sub arbore præparatis*] Mss. ομ-  
την, τετάρτην, κ. τ. λ. τῆς ἑβδομάδος. nes, *comparatis*.  
*Ed. sec.*

# NOTÆ ET EMENDATIONES

## AD LIBRUM XVI.

### NATURALIS HISTORIÆ

### C. PLINII SECUNDI.

1. CAP. VIII. *Smilaces a quibusdam Græcis dictæ. In provinciis sunt aquifoliæ] Locum ita nos interpunximus, voculamque sunt adjecimus, ex fide Mss. Reg. Colb. Paris. additamque consulto ab auctore palam est, ne quis censeret idem esse ilicis genus, cui smilacis, et cui aquifoliæ nomen esset attributum: maxime cum statim sequatur ex iisdem exemplaribus, librisque editis, Ilicis glans utriusque, &c.*

2. Ibid. *Sed minus utilis ædificiis, atque carboni: dolata vitii obnoxia est: quamobrem solida utuntur: carbo in ærariorum tantum, &c.] Prius legebatur, nulla plane sententia, Atque carbone dolata. Et mox, carboni ærariorum. Emendandi auctor, præter Mss. Reg. Colb. et Th. Theophrastus fuit, Hist. III. 10. a quo hæc plane ad verbum Plinius noster expressit. Μοχθηρὰ δὲ, inquit, τῆς πλατυφύλλου τὰ ξύλα· πελεκηθέντα μὲν, ὕλως ἀχρεῖα· καταρήγνυται γὰρ, καὶ διαπίπτει· ἀπελέκητα δὲ βελτίω, διὰ καὶ οὕτω χρῶνται· μοχθηρὰ δὲ καὶ εἰς καθῶσιν, καὶ εἰς ἀνθρακίαν· ἀχρεῖος γὰρ ὕλως ὁ ἀνθραξ, διὰ*

τὸ πηδᾶν, καὶ σπινθηρίζειν, πλὴν τοῖς χαλκεῦσι· τοῦτοις δὲ χρησιμώτερος τῶν ἕλλων, διὰ τὸ ἀποσβέννυσθαι εὐθὺς, ὅταν παύσηται φυσώμενος· διὸ ὀλίγος ἀναλίσκεται. Materies quoque latifoliæ improba: et dolata quidem omnino inutilis: rumpitur enim, et cadit: non dolata autem melior: ideoque sic ea utuntur. Minus utilis etiam ad cremandum, et ad carbonem faciendum: quippe cum carbo ejus omnino nullius utilitatis sit, quod dissiliat, scintilletque: præterquam in ærariis officinis. His enim utilior ceteris carbonum generibus hic habetur: nam quia statu desinente protinus extinguitur, ideo parum ex eo absumitur. Vocem τῆς πλατυφύλλου quæ in vulgatis Theophrasti libris nunc desideratur, confidenter adjecimus: tum quod addendam esse ex Plinio, hujus loci fidissimo interprete, liquido apparet: tum ex Theophrasto ipso, qui eadem fere superiore ejusdem libri capite de πλατυφύλλῳ refert.

3. CAP. XII. *Ceu scabies fruticis, parva aquifoliæ ilicis] In libris hactenus editis, seu scapus. At in Reg. 1.*

Colb. et Th. *ceu scaptēs*. In Reg. 2. planissime *ceu scabies*, quæ sincerissima lectio est, dudum a Turnebo e suis quoque libris eruta, Advers. lib. iv. 16. pag. 118. Fulcitur egregie hæc emendatio vel re ipsa, fruticisque et cocci natura, quam Petri Quiquerani verbis de Laud. Prov. lib. II. fol. 48. operæ pretium duximus hoc loco repræsentare: 'Vermiculum,' inquit, 'Hispani olim large collegere, testimonio C. Plinii: nec scio an hodie quoque. . . . Certe Provincia nostra uberrimum ejus fœturæ beneficium sentit, ut inde in ipsam quoque Hispaniam asportari a mercatoribus sciam. Maxima omnium copia atque præstantia ex Campis Lapideis, Arelatensium agro. Igitur quæ mihi super hoc nota sunt, atque comperta, dicam. Coccum granum, seu coccus ilicis, nostris popularibus Vermilionum appellatur. An sit *κόκκος βαφικῆ* Græcis non dico: quod de eo Dioscorides omnino somnolenter tractarit. Itaque non placet digladiantes super hoc Medicos in gratiam revocare, ea tanti otii penuria; qua nec abs Arabibus vacat exquirere, sitne illud suum Kermes. Purgent ipsi sententiam suam. . . . Illicis nobis duæ sunt species. Earum una nulla dote, in arborem adolescit. Altera, frutex exiguus, sesquipedali proceritate, lætissime viret: foliis lævare præfulgidis, spinarum vallo ambitis, numeroso stolone assurgit in morem rosarii. A nostris fagi appellacionem sortitur, quanquam nullam fagi imaginem repræsentet. . . . Vere medio rorati imbribus frutices coccum hoc modo ordiuntur. Ac primum omnium, ut fere fit in fruticibus, qui non, arborum modo, trunco in altum evehantur, sed pullulant densa propagine: ubi imus scirpus se in duo brachia partitur, in horum medio instar focanei palmitis increscit rotundum quiddam, magnitudine

et colore pisi. Hoc matrem vocant, quod ex eo cetera grana produntur. Matres porro habet ut plurimum quinque quælibet cespitum familia: quæ ineunte æstate, æstuque, minutissimorum vermiculorum, ut tantum visum non effugiant, catervam profundunt, fatiscuntque in summitate. In animalia prorepat nova soboles colore candida, pro se quisque in sublime. . . . Hi incrementis aucti, milii magnitudine fiunt. Inde liberius adolescentibus albus color in cinericium transit, jamque non animal, sed pisum rursus apparet. Tuncque ea grana maturitatem adæpta colligunt, jam coloratis vermiculis fœta. Dumque asportantur, ambiens pellicula præ teneritate rumpitur. . . . Torpent interim vermiculi, ac immobiles jacent. Ceterum, cum primum tempestivitas adest, in lintea præcipitati, Soli exponuntur. Tum libato calore statim prorepunt, atque aufugere nituntur: sed a custode, qui continuus assidet, concussu lintei in medium eo usque rejiciuntur, donec emorianur. . . . Si quæ vero grana legentis effugerint sedulitatem, ea mox paulo alatorum animalium numerosum exercitum in auras effundunt. Observatum est hoc anno (1550.) ex Campo Lapideo Arelatensi agro, hunc proventum undecim aureorum millibus æstimatum.' Ita Quiqueranus, cujus elegantissimam orationem, librarii vitio fœdissime deformatam, suo nitore restitui-mus. Habet his plane similia G. de Catel Hist. lib. I. pag. 50.

4. CAP. XXII. *Quod pinguior est reliqua. Omnia illa fiunt e picca, resina ferventibus cocta lapidibus*] Sic restitui-mus ex certissima conjectura, et vetustiorum codicum admonitu. Nam in Reg. I. Colb. Paris. &c. sic totidem plane apicibus syllabisque legitur: Quæ dum Salmasius in Solin. pag. 504. sic emendat: *Quod pinguior est reliqua illa omni. Fit e picca*

*resina*, et Plinianum textum interpolat, et alienam a scriptoris mentem sententiam, eamque falsissimam, ut ipse confitetur, eidem affingit: a qua quantum is abhorruerit, et ipsa per se oratio, et nostra, ut remur, interpretatio palam facit. Est enim sententia hujus loci, picem liquidam, et eam quæ crassior est, spissaque dicitur, et eam quæ Brutia nuncupatur, non e tæda modo coqui, quod ante monerat, sed et ex picea, quam diversa ratione, fieri: nempe resina cocta. Quod ipse mox egregie constabit, cap. seq. dum 'aperiri piceam' tradit 'e parte solari,' atque 'item in tæda' fieri. In libris haecenus editis legebatur: *Quod pinguior est. E tæda omnia illa fiunt. E picea resina.*

5. *Ibid.* *Seponuntur autem ad id fere vitia resinae, cortexque*] Sic Mss. omnes, Reg. Colb. Th. Chiff. &c. Editi, in *id.* Sed et libentius fortassis agnoverit quispiam, *vetus resina.* Nam Columella in hoc ipso argumento versatus, xii. 23. cui titulus, 'De pice qua utuntur Allobroges ad condituram vini picati. Pix corticata, appellatur,' inquit, 'qua utuntur ad condituram Allobroges. Ea sic conficitur, ut dura sit: et quanto facta est vetustior, eo melior in usu est. Nam omni lentore misso facilius in pulverem resolvitur, atque cribratur. Hanc ergo conteri et cribrari oportet,' &c.

6. CAP. xxiii. *Sapinus autem materies casarum e genere sit, sicuti docerimus*] Quem Plinius nunc signat locum, is nimirum est e cap. 76. libri hujus: 'Abietis,' inquit, 'quæ pars a terra fuit, enodis est: hæc fluviata decorticatur, atque ita sapinus vocatur.' Quo cum respexisset Plinium minime ambiguum sit, miror id fugisse Salmasium: tantumque deinde indulsisse eum conjecturæ suæ, ut legendum hoc loco pronuntiarit, *Sapinus autem materies cæsa regene-*

*refiat*, in Solin. pag. 903. quæ hæc Latina sunt, et a scriptoris mente abhorrent.

7. CAP. xxiv. *Ea quidem, quæ fit in Ida Troadis, in tantum cedro similis, ut ementes fullat, cortice ablato*] *Cedro pro citro* rescripsimus, tum vetustiorum codicum, Reg. 1. 2. Colb. Th. &c. tum ipsius Theophrasti admonitu, quem præeuntem conceptis verbis secutus hoc loco Plinius videtur: etsi ea de fraxino, quæ *μελα* Græcis, nunc commemorat, nominum similitudine forte delusus, quæ ille de taxo seu *μίλος*. Sunt enim hæc Græci scriptoris verba, Hist. iii. 10. 'Ἡ δὲ *μίλος* ἐκ τῆς Ἰδῆς ξανθὸν σφόδρα (ξύλον ἔχει), καὶ ὅμοιον τῇ κέδρω διὰ καὶ τοὺς πωλοῦντάς φασιν ἐξαπατᾶν, ὡς κέδρον πωλοῦντας: πᾶν γὰρ εἶναι καρδίαν, ὅταν ὁ φλοιὸς περιαιρεθῆ. Sed habet etiam fortassis hanc cum cedro cognationem Idæa fraxinus, quam ab aliis auctoribus acceptam nunc prodit.

8. CAP. xxvi. *Citro secundum*] Non *cedro*, ut in libris haecenus editis legebatur, præter Parm. edit. quæ vetustiorum codicum fidem secuta, *citro* habet: quemadmodum et Reg. Colb. Th. Chiff. &c. Martialis certe xiv. 90. cui lemma præfigitur, 'Mensa acerna,' acerem cum citro confert: 'Non sum crispa quidem, nec sylvæ filia Mauræ, Sed norunt lautas et mea ligna dapes.' Et Plinius ipse seq. cap. de acere: 'Si magnitudinem mensarum caperet, haud dubie præferretur citro.' Sic enim exemplaria omnia, Reg. Colb. Chiff. Th. tum edita typis, tum manu exarata præferunt: etsi Turnebus Advers. iv. 16. p. 118. *cedro* reponit.

9. CAP. xxxix. *Educatio in pomo est: hoc, et germinatio, laborum. Flos est pleni veris indicium, &c.*] Sic restitimus ope codicum Reg. Colb. Th. cum prius perperam legeretur: *Hoc, et germinatio. Arborum flos est, &c.* Sinceram, quam nos edidimus, lectionem, vel nostra una interpretatio, et

orationis series ipsa constabit.

10. CAP. XLII. *Ideo et ter squamas]* Hactenus legebatur, *Ideo et inter squamas*: nulla plane aut inepta sententia. Theophrasti locus, unde hæc expressa, ejusmodi est, e Hist. Plant. III. 6. Διδὸ καὶ τρίσλιποι. πᾶν γὰρ δὴ δένδρον ὕταν βλαστάνῃ λιπᾶ. Porro τρίσλιπα δένδρα dicuntur arbores, quæ terna germinatione genitili humore turgescunt. Διπᾶν dicuntur arbores, cum pinguescunt. Quod si tum ima parte castrentur, per forulum effluet ille liquor, humorque pinguis, ceu salivarius lentor, emanabit. Idem Theophr. sub finem ejus capitis, abietis cædendæ tempus opportunum esse circa solstitium monet, διὰ τὸ λιπᾶν, (edit. Ald. λοιπᾶν,) quia tunc cortex facile absistit, avelliturque a corpore, ut ipse statim explicat, εὐπεριαιρετος ὁ φλοιός. Neque tamen admodum reluctabor, si quis simpliciore usus interpretatione malit ternis corticum squamis triplicem intelligi corticem: quoniam in unaquaque germinatione et partu annasci corticem, qui arbo- rem circumvestiat, auctor est Theophrastus idem de Causis I. 6. p. 204. Ὅμα γὰρ τῇ ἐγκνήσει καὶ βλαστήσει ὁ φλοιός ἐπιφύεται καὶ περιλαμβάνει.

11. CAP. XLIX. *In Laconico genere maxime sunt]* Ita Mss. omnes, non uti hactenus editum, *maximæ*. Neque enim sententia est, in Laconico genere nasci ficus mole priores: sed in eo potissimum genere præcoces seu prodromos reperiri. Sunt enim hæc Theophrasti verba, quæ nunc spectat Plinius, apud Athen. lib. III. p. 77. et apud Theophr. ipsum, de Causis Plant. v. 1. Πάλιν δὲ τοὺς προδρόμους αἱ μὲν φέρουσι, ἢ τε Λακωνικῆ, καὶ ἡ λευκομφάλιος, καὶ ἕτεραι πλείους· αἱ δ' οὐ φέρουσι. Ficus quædam præcoces fructus gignunt, ut Laconica, et Leucomphaliæ: quædam minime.

12. Ibid. *M. Varro auctor est, vitem fuisse Smyrnæ apud Matroum biferam]* Castigandus hoc loco ex Plinio Var-

ronis locus est, qui ad ea pertinet quæ modo recitantur, de vite Smyrnensi bifera. Cum enim in libris Plinii vulgatis hactenus legeretur: *M. Varro auctor est, vitem fuisse Smyrnæ apud mare biferam*: atque ita sane ut nunc sunt libri editi, apud ipsum Varronem legatur, utrobique mendum extare haud leve ex Mss. Plinii exemplaribus deprehendimus. Nam in Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. Chiff. ipsoque Tolet. teste Pintiano, scribitur, *apud Matrean triferam*: cum scribi haud dubie par sit, *apud Matroum biferam*. Et Μητρῶον certe Smyrnæ fuisse Matris Deum Cybeles fanum, Strabo lib. XIV. p. 616. locupletissimus est auctor. Plinius ipse quoque XIV. 6. ubi de vino Pramnio: 'Nascitur Smyrnæ regione, juxta delubrum Matris Deum.' Hinc hymnos Cybeles Μητρῶα vocarunt, quos primus tibia cecinit Sirtes, teste Athenæo lib. XIV. p. 618. et Julio Polluce IV. 10. Σερίτης κατηύλησε τὰ Μητρῶα πρῶτος, Dalecampio τὰ ματρῶα *Cereales hymnos* nequicquam reddente. Biferam autem ibi vitem fuisse, non triferam, ex eo efficitur, quod in Tacapensi etiam agro non alia quam bifera fuerit, ut dicitur XVII. 51. cui agro Smyrnensis nunc confer- tur.

13. Ibid. *Summa sui parte fertiliores, arbutus, quercus: inferiore, juglandes, fici mariscæ]* Hæc loci hujus sincerissima lectio, quam partim ex re ipsa, partim Varronis ipsius testimonio tuemur. Sic enim ille de Re Rust. I. 6. 'Sursum fertiliora, ut arbutus ac quercus: deorsum, ut nuces Græcæ, et mariscæ fici.' Quanquam vereor ut Varronis mentem Plinius sit sane satis feliciter assecutus: nam eo toto capite cum *sursum* ac *deorsum* dicit, non partem arboris signat, superiorem inferioremve, sed soli, in quo est, situm; et montanum scilicet, vel planum et campestem. Prius legebatur: *Summa sui parte fertiliores*

est arbutus: quercus inferiore, juglandes, fici, mariscæ. Multiplici, ut patet, errore.

14. CAP. LIV. *Cerasus etiam in XL. cubitorum trabes*] Ita libri omnes, etiam manu exarati. Rectius tamen fortassis, pro *quadraginta*, scripseris *quatuor et viginti*. Namque haud dubie hoc loco, ut alias sæpe, Theophrastum, tacito nomine, transcribit, cujus hæc verba, Hist. III. 13. Ἴδιον δὲ τῆ φύσει δένδρον ὁ κέρασός ἐστι· μεγέθει μὲν μέγα· καὶ γὰρ εἰς τέσσαρας καὶ εἰκοσι πῆχεις αὐξεται· ἔστι δ' ὀρθοφύνης σφόδρα· πάχος δὲ, ὥστε καὶ δίπηχον τὴν περιμετρον πρὸ τῆς ρίζης ἔχειν.

15. CAP. LVII. *Populi Rom. Quiritibus*] Sincerissima hæc est omnium librorum scriptura, tum manu exaratorum, Reg. Colb. Chiffli. Th. Paris. tum etiam typis editorum, ante Dalecampium, qui *Populo Rom. Quiritibus* scripsit. Accepit hunc modum loquendi, credo, a Brissonio de Formul. lib. 1. pag. 62. ubi antiquo receptum usu multis veterum testimoniis probat, quæ tu consule. Quod hæc verba nimirum, *Populus Romanus Quirites*, communionem et societatem utriusque populi, Romani et Sabini, factam indicant, post fœdus perensum, inter Romulum Tatiumque. Idcirco et in nummo Vitellii apud Tristatum, tomo I. p. 270. VESTA. P. R. QUIRITIVM, 'Vesta Populi Romani Quiritium,' legitur, quem nummum in Cimelio Regis Christianissimi vidimus: habet in aversa parte templum Jovis et epigraphen, I. O. MAX. CAPITOLINVS, 'Jupiter Optimus Maximus Capitolinus.' Verum et istis perinde, *Populi Romani Quirites*, subesse nobis plane videtur eadem vis atque sententia: et genuina ea esse libri omnes conditivi clamant, Reg. Colb. Th. Chiffli. aliique.—'Et quid illa verba significant, abunde in prioribus Notis, ex Virgilio in libris Georgicon, Plinioque, et nummis antiquis ostendimus.' Ed. sec.

16. CAP. LVIII. *Arbores, quas natura debeamus, tribus modis nascuntur: sponte, aut semine, aut ab radice*] Ter geminam arborum originem tam paucis verbis perstringit, quam luculenter Virgilius explicat Georg. II. 9. exemplisque illustrat, quæ juvat hic commemorare: 'Principio arboribus varia est natura creandis. Namque aliæ, nullis hominum cogentibus, ipsæ Sponte sua veniunt, camposque et flumina late Curva tenent: ut molle siler, lentæque genistæ; Populus, et glauca canentia fronde salicta. Pars autem posito surgunt de semine: ut altæ Castaneæ, nemorumque Jovi quæ maxima frondet Æsculus, atque habitæ Graiis oracna quercus. Pululat ab radice aliis densissima sylvæ: Ut cerasis, ulmisque; etiam Parnassia laurus Parva sub ingenti matris se protegit umbra. Hos natura modos primum dedit; his genus omne Sylvarum, fruticumque viret, nemorumque sacrorum. Sunt alii quos ipse via sibi reperit usus.' Quam multa noster quam paucis contraxit.

17. CAP. LIX. *Mutari naturam in iisdem*] Adjecere hic voculam interpolatores, *in iisdem locis*, quæ Plinianam sententiam labefactat. Nos, secuti scriptoris mentem, fidemque codicum vetustiorum, inter quos Chiffli. et Paris. eandem erasimus.

18. CAP. LX. *Et in Ænaria succisa regerminat*] Sic libri omnes conspirante consensu: prorsus ut mirari subeat, esse aliquos qui hanc lectionem sollicitent, scribique velint, *Et in Tarrha*, ex Theophr. Hist. II. 2. qui hoc ipsum ἐν Τάρρᾳ contingere prodidit: perinde ac si non et alibi cupressi, quam in Tarrhensi agro, vim eam obtineant. Certe nihil de Tarrha Plinium cogitasse, cum hæc scriberet, argumento est, quod statim ipse subjungit, *Sed in Creta, &c.* cum sit ipsius Crete oppidum Τάρρᾳ, Stephanano teste.

19. Ibid. *Sed in Creta*] Salmasius



in Solin. p. 173. legit invitis omnibus libris, *sed in Tarento*, ita necessario, ut sibi videtur, flagitante sententia. At de Tarento ne quidem Plinius somniavit: sed Cretam dicere sane voluit, quod Theophrasti locus evincit, e quo mutuatus est Plinius. E libro nimirum tertio Hist. cap. 2. Ἐνιαχοῦ δὲ ἂν μόνον ὑπερτάσωνται καὶ κινήσωσιν, εὐθὺς ἀναβλαστάνειν τὰ οἰκεία τῆς χώρας, ὥσπερ ἐν Κρήτῃ κυπάριττοι. *Alicubi, si leviter sulcum impresserint, ac moverint, statim emergere familiaria illi terræ, ut in Creta cupressi.*

20. Ibid. *Vi naturali hæc gignitur*] Sic vetus codex Dalec. satis sane probabiliter. Neque tamen improbanda penitus librorum impressorum lectio, nisi *seraturalia*, (nempe arbos,) hæc gignitur. Cum in Reg. 2. *ni seratur alia* scriptum agoverimus. In Reg. 1. Colb. 1. 2. et Th. *ni si naturalia*. In Colb. 3. *ni naturali*. Mox vero pro *emicat*, Mss. omnes *emigrat* præseferunt. Salmasius, p. 173. *Si naturalis hæc*: quam durum istud! quam ridiculi sensus! Nempe si propria et naturalis ei hæc terra fuerit.

21. CAP. LXI. *Vis imbrium. Aquæ plerumque semina afferunt*] Mss. Reg. Colb. &c. *vis imbrium aliqua, &c.* Libri editi, *vis: imbres aliqua, &c.* Mallem *imbres aliqui*. Sed sincerior ea lectio est, quam conjectura nostra excudit.

22. CAP. LXII. *Duo genera ejus prima*] Theophrasti Græca, quæ hic representari vulgo creduntur, hæc sunt, Hist. Plant. VI. 2. Καὶ γὰρ κισσοῦ δύο γένη διαίροῦσι, τὸ μὲν ἄρβρον, τὸ δὲ θῆλυ. Τῷ τὸ μὲν μείζον καὶ σκληρότερον, καὶ λιπαρώτερον φύλλον ἔχειν, καὶ τὸ ἄνθος ἐπιπορφυρίζον ἄμφω δ' ὅμοια τοῖς ἀγρίοις βόδοις, πλὴν ἐλάττω καὶ ἕοσμα. Quæ omnia Plinius summa fide transtulit. Sed Plinio imposuisse existimatur mendum illud quod jam tum ab illius ævo in Theophrasti codicibus inolevisse aiunt, hodieque perseverare, ut *κισσὸς* pro *κιστὸς* vel *κισθὸς* legatur,

unde hederæ incautus ascripserit, quæ cisthi fruticis sunt propria. Cur enimvero Theophrastus hoc libro sexto hederam iterum retractandam sumeret inter frutices, quam libro jam tertio, cap. ult. fuse explicarat? Neque vero hederæ flos ullam habet cum rosa similitudinem: cisthi flos habet. Verum ab invidis obtrectatoribus, et malevolis id objectum Plinio arbitramur, cum hederam ipsi viderimus, in horto Regio, atrectaverimusque, plane ea facie, eoque purpureo flore, quo donata a Plinio est. Ibi et altera est hederæ saxatilis magno flore, quam Asarinam alii vocant, eaque a Dalecampio pingitur, sub Asarinæ Lobelii nomine, Hist. VIII. 17. p. 915.

23. CAP. LXVI. *Differentias faciunt et folia non multitudine, verum et colore. Varia Laconicis, &c.*] In Mss. *Valida*. Unde Pliniani interpolatores et voculam proxime antea adjiciendam ita putarunt, *verum robore et colore*. Ego vero nec quod sit robur foliorum intelligo, nec genus illud, cui a robore foliorum differentia sit potius, quam cui a colore, assignatum a Plinio putem: præsertim cum illud ipsum Laconicum genus variegato esse folio, tum ex re ipsa constet, tum ex Theophrasto, quem Plinius nunc transcribit. Ἐχουσι δὲ, inquit, Hist. IV. 12. καὶ κατὰ τὰ φύλλα μεγάλας διαφορὰς, οὐ πλῆθει καὶ μεγέθει μόνον, ἀλλὰ καὶ χροιά· ποικίλος γὰρ ὁ Λακωνικὸς καλούμενος. Itaque *varia*, non *valida*, in Pliniano contextu scribendum: moxque ex fide codicum Reg. Colb. Th. Chiff. atque ex re ipsa, *et ab ima parte densiora*, non, ut editi libri habent, *et ab ima*. Theophrastus et hic quoque favet, qui et in foliorum situ hoc ipsum discrimen agnoscit: Κάτωθεν γὰρ ἐνιοὶ πλείστα φέρουσι τὰ φύλλα.

24. Ibid. *Infauto Atheniensium, et sæpe. Lebaida vocatur influente Cephisso*] In libris vulgo editis interpolatorum opera sic legitur: *Athenien-*

*sium prælio: et apud Lebaidiam sæpe notatur influente Cephisso: quæ oratio mire inops sententiæ est. In Mss. Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. Paris. Infausto Atheniensium et sæpe Lebaida vocatur, &c.* Itaque omnia intacta et integra liquimus: etsi Lebaida vox est haud satis cognita, nec dubitamus Copaidem paludem hic intelligi, in quam Cephissus influit, ut dictum est IV. 12. cui forte altera ista attributa appellatio sit, qua parte Cephissum excipit. *Infausto Atheniensium* porro dici simpliciter, ac nullo adjuncto, pro *infortunio*, et calamitate præsignificata, haud temere quidem, ut credimus, auguramur: cum et hoc ipso libro, cap. 3. ‘bellorum civilium profano,’ haud insolentiore loquendi norma, neque huic multum absimili, dixerit. Quod quidam adjecta hic vocula, *infausto Atheniensium exitu, et sæpe*, legunt, audacis nimium conjecturæ nobis videtur, quibus consilium est non Plinii textum novum cudere, sed veterem ac genuinum fide integra re-præsentare. *Et sæpe* autem cum adjecit, hoc prodigium alias rursus accidisse innuit, nec semel. Sic II. 57. ‘Lacte et sanguine pluisse, M<sup>o</sup>. Acilio Cos. et sæpe alias.’ Id vero et Theophrastus ipse haud obscure innuit, qui Hist. IV. 12. simili prodigio pestem alias prænuntiatam significat, alias penuriam arundinum consecutam. Μετὰ δὲ ταῦτα ὕστερον, ὡς ὁ λοιμὸς ἐγένετο σφοδρὰς, κ. τ. λ. Denique Salmasii conjectura, Exercit. in Solin. p. 117. statuentis legi oportere, *Pelecaniū vocatur influente Cephisso*, et abest longins a vestigiis veteris scripturæ, nec Theophrastum, quo niti se putat, suffragatorem habet. Ait enim ille, Hist. IV. 12. nasci plurimam arundinem inter Melanem et Cephissum: locum eum Pelecaniam vocari. Hujus loci partes quasdam esse, quæ Χύτροι dicerentur, hoc est, voragines, nempe a forma ollarum: quibus arundo laudatissi-

ma proveniret: omnium autem optimam nasci circa Oxeam Campen, qui locus Cephissi ostium est: atque in totum, ubi crassum, lætum, fæcosumque solum sit, Cephissusque se permisceat, ampliorque sit lacus altitudo, ibi probatissimam arundinem oriri: atque hæc omnia utique circa Oxeam Campen et Boëdriam reperiri: habere enim annem eum vim maximam ad arundinum commendationem. Φύεται δὲ πλείστος μὲν μεταξὺ τοῦ Κηφισοῦ καὶ τοῦ Μέλανος· οὗτος δὲ ὁ τόπος προσαγορεύεται Πελεκανία. Τοῦτον ἐστὶν ἅττα Χύτροι καλούμενοι βαθύσματα τῆς λίμνης, ἐν οἷς κάλλιστόν φασι. . . . Κάλλιστος δὲ δοκεῖ γίνεσθαι πάντων περὶ τὴν Ὀξείαν καλουμένην Καμπήν· ὁ δὲ τόπος οὗτός ἐστιν ἐμβολὴ τοῦ Κηφισοῦ. . . . Τὸ δ' ὕλον, οὐ ἂν ᾗ βαθύγειον καὶ εὐγειον χωρίον καὶ ἰλυῶδες, καὶ ὁ Κηφισὸς ἀναμίγνυται, καὶ πρὸς τούτοις βάθυσμα τῆς λίμνης, κάλλιστον γίνεσθαι κάλαμον· περὶ γὰρ τὴν Βοηδρίαν ταῦτα πάντα ὑπάρχει· ὅτι δὲ ἡ Κηφισὸς μεγάλην ἔχει ῥοπήν εἰς τὸ ποιεῖν καλὸν κάλαμον, κ. τ. λ. Quibus verbis quis non intelligit, laudatissimum calamum tibialem non ex eo loco oriri Theophrastum velle, qui Pelecaniam vocaretur, sed in aliis quibusdam locis pinguibus ac lætis, ubi se Cephissus amnis immisceret, aut ubi ostium Cephissi foret? nec Pelecaniam vocari locum lacumve eum quo Cephissus amnis influeret, sed Oxeam Campen, et Boëdriam, auctore Theophrasto; et præter istas appellationes, alio fortassis latere, Plinio auctore, Lebaidam? Mitto ea commemorare quæ Salmasius eo loci congerit de voce πελεκανία, quam in πελικανία commutat: atque ut ejus verbi vim interpretetur, Græci scriptoris verba sententiamque pervertit: mitto ea, inquam, et negligo, quod properandum sit ad majora.

Est enim operæ pretium hic obiter animadvertere, quam eleganti et concisa brevitate Plinius perstrinxerit quicquid de veterum tibiis, de earum

materia, forma, usu, aut scitu jucundum, aut a ceteris scriptoribus pariter est memoriæ proditum: uberiusque nunc versari in eo argumento, quod in prioribus Notis, pro instituta brevitate, quam maxime sequimur, leviter modo delibavimus.

1. Nam quod ad materiam primum attinet, fuisse eam multiplicem docet: 'Nunc sacrificæ,' inquit, 'Tuscorum e buxo: ludicræ vero loto, ossibus asininis, et argento fiunt.' Fieri et ex auro, orichalco, cervorum, asinorumque cruribus Philostratus admonet, de Vita Apoll. v. 7. p. 228. Χρυσοῦ τε καὶ ὀρειχάλκου, καὶ ἐλάφων κνήμης, . . . οἱ δὲ καὶ ὕων. Julius Pollux, iv. 9. tit. 6. 'Ἡ δὲ ὕλη τῶν αὐλῶν κάλαμος, ἢ χαλκός, ἢ λωτός, ἢ πύξος, ἢ κέρας, ἢ ὄστουν ἐλάφου, ἢ δάφνης τῆς χαμαὶ ξύλου κλάδος, τὴν ἐντεριώνην ἀφρημένος, κ. τ. λ. Fuisse significat ex calamo, ære, loto, buxo, cornu, osse cervino, ligno chamædaphnes exempta medulla, &c. E buxo quidem in sacris adhibitæ esse tibias, non Plinius modo, sed et Statius auctor est, Theb. iv. 94. 'cum sacra vocant, Idæaque suadet Buxus.' Atque ea tibia ἔλυμος vocabatur. Pollux, iv. 10. ubi varia tibiarum genera enumerat, Ἐλυμος, τὴν μὲν ὕλην, πύξινος τὸ δ' εὐρημα, Φρυγῶν. Alias in sacris ex ebore fuit: Maro, Georg. ii. 'Inflavit cum pinguis ebur Tyrhenus ad aras.' Hoc est, tibicen, qui in sacris tibiam inflavit eburneam. E loto vero, præter Plinium, et Athenæum, quem in prioribus Notis ad hunc locum, et Pollucem, quem proxime appellavimus, prodidere alii, quos retulimus, XIII. 32.

Sed vetustissima tibiarum materies, ut ex Plinio ac ceteris liquet, calamus tibialis fuit, antequam in crassitudinem aucupatoriam cresceret, dicereturque zeugites: quod erat tum aucupii tantum utilis, non tibiis: atque hæc ei crassitudo appellatioque adveniebat tum, cum lacus

inundatio anno permansisset: ea vero maturius recedente ac subsidente, gracilior calamus fiebat, idemque tibiis aptus, et bombycias cognominatus, ob similitudinem soni: et spado, quod lanugine omnino nulla esset. Plinii hæc verba sunt ex hac sectione: 'Tertia arundo est tibialis calami, quem auleticon dicebant: nono hic anno nascebatur: nam et lacus incrementa hoc temporis spatio servabat. . . . Cum igitur anno permansit inundatio, proficiunt in aucupatoriam quoque amplitudinem: vocabantur zeugitæ. Contra bombyciæ, maturius reciproco, graciles: fæminarum latiore folio atque candidiore, modica lanugine: aut omnino nulla, spadonum nomine insignibus. Hinc erant armamenta ad inclusos cantus,' &c. Præiverat Plinio Theophrastus totidem ferme verbis, Hist. iv. 12. Φασὶ γὰρ, καὶ δοκεῖ, βαθυνομένης τῆς λίμνης, μέιναντα τὸν ἐπιόντα ἐνιαυτὸν, ἀδρύνεσθαι καὶ γίνεσθαι τὸν μὲν ἀδρυνέντα ζευγίτην· οὐ δ' ἂν μὴ συμπαρμεῖνη τὸ ὕδωρ, βομβυκίαν . . . Διαφέρει δὲ τῶν ἄλλων καλάμων, ὡς καθόλου λαβεῖν, ἀτροφία τιμὴ τῆς φύσεως· ἀπληθέστερον γὰρ εἶναι, καὶ ἀσαρκότερον, καὶ ὕλως δὲ θῆλυν τῇ προσόψει· καὶ γὰρ τὸ φύλλον πλατύτερον ἔχειν καὶ λευκότερον, τὴν δὲ ἀνθήλην ἐλάττω τῶν ἄλλων· τινὰς δὲ ὕλως οὐκ ἔχειν, οὐς καὶ προσαγορεύουσιν εὐνουχίας· ἐξ ὧν ἄριστα μὲν φασὶ τινες γενέσθαι τὰ ζεύγη· κατορθοῦν δὲ ὄλγιστα παρὰ τὴν ἐργασίαν. Fertur enim, videturque, aucta altitudine lacus, duranteque inundatione, crassari arundinem: et fieri quidem crassiorem, zeugitem: bombyciam vero, cum aqua non permanserit . . . Distat autem bombycias a reliquis arundinibus, univèrse loquendo, nutrimenti nativi penuria: inanior enim est, et gracilior: atque in totum fæmina arundo aspectu intelligitur: latius enim ei folium est, candidiusque: lanuginis minus, quam ceteris. Quædam etiam omnino lanuginis nihil habent, quas spa-

*donum nomine indignant. Ex his optima tibiæ paria fieri aiunt, sed pauca tamen recte in opere succedere. Quibus ex verbis intelligas præposteræ Interpunctionis vitio ante nos hunc Plinii locum laborasse, cum sic ederetur: Fæminarum latiore folio atque candidiore: modica lanugine, aut omnino nulla, spadonum nomine insignibus.*

2. Jam forma tibiæ in eo præcipue posita, quod et foraminibus multis constaret, et ligulis. De foraminibus res obvia est, nec eget explicatu. Papias, in Vocabulario: 'Tibia est instrumentum musicæ, cum diversis foraminibus, quæ ore inflatur.' Hinc 'multifora tibia' Senecæ, Nasoni 'multiforum buxum.' Ligulæ vero, seu lingulæ, frusta erant duo excisa ex arundine, tibiæ ori inserta, sic admota invicem, compactaque inter se, ut tenuis modo immittendo spiritui aditus inter utrumque foret: Gallis, *Anche de haut-bois, de corneuse, de musette.* Polluci, iv. 9. tit. 5. Γλωτται. Hesychio, γλωσσαι, et γλωσσίδες τῶν αὐλῶν. Festo, *lingulæ.* Ab his concinnatores tibiæ γλωσσοποιοί, uti a foraminibus ἀλοτρύπαι vocabantur, auctore Polluce, tit. vi. pag. 189. Tibicinum in eo ars elucebat imprimis, ut labia lingulam bene complecterentur, neque ardenti idcirco ore canerent: Εὐστομία δὲ, ἦν τὰ χεῖλη ἐνθήμενα τὴν τοῦ αὐλοῦ γλωτταν, μὴ πιμπραμένου τοῦ προσώπου, ἀλλῆ, inquit Philostr. de Vita Apoll. v. 7. pag. 228.

Compressiores porro inter se lingulæ contentionem utique majorem posebant: atque id genus tibiæ bombyces vocabantur, a similitudine soni, inflabanturque difficiliter, et e-rant longiusculæ. Arist. lib. περὶ ἀκουστῶν, pag. 1202. Πάντες γὰρ χαλεπῶς πληροῦσι τοὺς βόμβυκας, καὶ μετὰ συντονίας πολλῆς, διὰ τὸ μῆκος τῆς ἀποστάσεως. Hinc et calami bombyciæ a Plinio appellati, Harum vero

tibiæ præcipuus in theatris usus. Plinius: 'Tunc quoque multa demandæ exercitatione, et canere tibiæ ipsæ docendæ, complimentibus se ligulis, quod erat illis theatrorum moribus utilius.' Et illud exstrorum ex Theophr. Hist. iv. 12. Συμβύειν δὲ τὸ στόμα τῶν γλωττῶν, ὃ πρὸς διακτορίαν εἶναι χρησίμων. Sed linguarum ora comprimi, quod ad ingressum nuntiorum in scenam maxime est accommodatum. Διακτορία scilicet ingressum significat nuntiorum in scenam, in quo tibiæ utique contentione opus fuerit, hoc est, graviore contentu, qui apertis deinde tibiis acutior fuit.

Eadem processu temporis 'aperiores' factæ sunt, inquit auctor, 'ad flectendos sonos.' Scilicet ut assa vox, in cantu cum flectitur varietatem modulationis facit: quod qui præstant ἁσματοκάμπτας Græci vocant: sic in tibiæ modulatione, spiritus tibicinis vertitur ac temperatur, ut varios edat sonos. Quo spectasse Plautus videtur, Merc. i. 2 'Perii: animam nequeo vertere: nimis nihili tibicen siem.' Atque ejusmodi tibicines camptaulas vocat Flavius Vopiscus in Carino, p. 254.

3. Usus denique tibiæ in sacris: unde 'sacrificæ Tuscorum tibiæ' apud auctorem. Gruteri inscriptio, pag. 269. TIBICINES. ROMANI. QUI SACRIS. PVBLIC. PRAEST. SVNT. Et pag. 175. COLLEGIO. TIBICINVM. ET FIDICINVM. ROMANORVM. QVI. S. P. P. S. hoc est, 'qui sacris publicis præsto sunt.' Vide quæ dicturi sumus, xxviii. 3. Usus et in ludis, nuptiis, choreis, unde 'ludicræ' Plinio appellatæ. Sed de tibiis ac tibicinibus satis.

25. CAP. XXV. *Diebus septem proximis*] In libris hactenus editis legitur, *Diebus quatuor proximis.* In Mss. Reg. 1. 2. Colb. Th. et aliis, *diebus iii. proximis.* Fecit nimirum affinitas notarum *iiii.* et *iii.* ut hi

numeri sæpius ab amanuensibus permutarentur. At Cato, quem Plinius nunc se exscribere palam testatur, 'septem' habet. 'Nisi intermestri,' inquit, 'Lunaque dimidiata, materiam ne tangas. Materiam, quam effodies aut præcides abs terra diebus septem, quibus Luna plena fuerit, optime eximetur. Omnino caveto, ne quam materiam doles, neu cædas, neu tangas, nisi siccam, neu gelidam, neu rorulentam.' Et Auctor Geopon. Διχοτόμου ούσης μετὰ τὸ πανσέληνον.

26. CAP. LXXVI. *Hæc, qua diximus ratione, fluvjata decorticatur*] Legit Salmasius in Solin. pag. 1033. ex suis Mss. *decoratur*, explicatque τὴν πελέκησιν, sive perdolationem, quæ materiei decoratio quædam est. Sane contra scriptoris sententiam, quam planam Vitruvii oratio facit, unde Pliniana illa manat. 'Ex abiete autem,' inquit ille II. 9. pag. 33. 'antequam est excisa, quæ pars est proxima terræ, per radices excipiens ex proximitate humorem, enodis et liquida efficitur; quæ vero est superior.... propter nodationis duritiem dicitur esse fusterna. Ima autem, cum excisa quadrifluviis disparatur, ejecto tornulo, ex eadem arbore ad intestina opera comparatur, et sapinea vocatur.' Quadrifluviis, inquit, disparata materies, quæ est optima, ut diximus, postquam fluvjata est, seu anni mersa, ejecto tornulo, hoc est, alburno cum cortice, ad intestina opera comparatur.

27. Ibid. *Junipero eadem virtus quæ cedro. Vasta hæc in Hispania, maximeque Vaccæis*] Prius legebatur, maximeque *baccæ ejus*. At in Reg. I. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. et reliquis, *baccæ eis*. In edit. Parm. *baccæ eis*. Nos sinceram inde lectionem eruimus. De vastitate atque amplitudine materię juniperi nunc sermo est: de baccis juniperi plane aliena hoc loco mentio.

28. CAP. LXXVIII. *Suber, castanea, juglans*] An ea conjunctim legenda, *castanea juglans*? Nam de juglande ipsa, ut a castanea vulgo secernitur, nihil Theophrastus hoc loco, quem Plinius exscribit: καρύαν modo εὐβοϊκὴν dixit, sive castaneam. Et quod de eadem καρύα εὐβοϊκῆ contigisse Antandri idem Theophrastus narrat, id in juglande factum Plinius ait cap. 81. libri hujus. Prorsus ut ipsam castaneam, quam Διὸς βάλανον Græci appellarunt, ut dictum est xv. 25. ipse Latine juglandem, quasi Jovis glandem, appellari potuisse, existimasse Plinius videatur.—'Sic libro sequente cap. 10. ambigere merito quis possit, an non conjunctim legi oporteat, 'castaneæ juglandes.' Ed. sec.

29. CAP. LXXIX. *Maxime æterna putant ebenum, et cupressum, cedrumque*] Sic restituimus eum locum secuti cod. Reg. 2. aliosque. Prius legebatur, avulso præpostere ex superiore sententia vocabulo, *Buxum maxime æternam putant, ebenum, et cupressum, cedrumque*. Sane cum ejusemodi lignorum perennitatem uno templi Ephesini argumento comprobet, in eoque templo quæ genera fuerint adhibita dum commemorat, cedrum, cupressum, ebenumque laudet, taceat de buxo; annon palam facit, se tergemine tantum hujus materię æternitatem commendare?

30. Ibid. *Hanc materiam elegisse Pandemion, etiam nomen artificis nuncupans*] Prius insulse legebatur, *elegisse eandem, Canetiam nomen, &c.* In Mss. Reg. Colb. Chiff. Th. &c. *elegisse eandem con etiam*. Unde nos servatis fere totidem apicibus literarum, *Pandemion etiam*, eruimus. Felicius, ut quidem remur, quam Salmasius, qui pag. 816. in Solin. *Demonicon, etiam* reponit. Pandemion tamen si Mucianus, cujus verba recitantur a Plinio, nomen esse singu-

Jaris ejuspiam artificis putavit, lapsus errore haud sane mediocri videtur: cum aliud nihil vox ea significet Πανδημία, quam commune Asiæ, τὸ κοινὸν τῆς Ἀσίας, vel, uti Plinius ante dixit, tota Asia, qua exstruente, et, ut cuique libuit, conferente operam, Dianæ Ephesiæ templum perfectum est, atque absolutum.

31. Ibid. *Valvus esse e cupresso, et jam quadringentis prope annis durare*] Et hoc rursus Plinius ex Muciani relatu et fide refert, ut ex ipsa verborum structura perspicuum est: neque ex Theophrasto hansit, ut visum est Salmasio, in libello quem inscripsit, *Judicium de Plinio*. Aliud longe est quod Græcus scriptor, Hist. v. 5. aliud quod Latinus narrat. Ille, veteres templi valvas, factas vetustate inutiles, reconditas jacuisse per ætates quatuor, αἱ θύραι τοῦ νεῶ τεθησαυρισμέναι τέτταρας ἔκειντο γενεάς. Iste, non modo non jacere, sed stare jam ab annis propemodum quadringentis, hoc est, ipso quoque ævo Pliniano, eo nitore materiæ, ac firmitate plane eadem, ac si nova foret.

32. Ibid. *Numidicarum cedrorum*] Ita libri omnes, etiam Mss. non, ut quidam mutant, *citrorum*. Et vero de tergemino solum ligni genere nunc est instituta oratio, quod æternitatem sibi quandam vindicat, ebeno, cupresso, cedro: obiterque de junipero, cui virtus eadem, quæ cedro, est attributa, ut diximus cap. 76. Et in Africa cedrum provenire, eamque laudatissimam, ibidem ex Plinio Vitruvioque abunde docuimus.

33. CAP. LXXXI. *Et palmæ arbor valida*] Sic restituimus, tum ope codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. &c. tum maxime ex re ipsa, et admonitu Theophrasti, ejus Græca verba sunt ejusmodi, a Plinio summa fide reddita: libro nempe v. 7. Ἰσχυρὸν δὲ καὶ ὁ φοῖνιξ. Ἀνάπαλις

γὰρ καὶ ἡ κάμψις ἢ τοῖς ἄλλοις γίνεται τὰ μὲν γὰρ εἰς τὰ κάτω κάμπτεται, ὁ δὲ φοῖνιξ εἰς τὰ ἄνω. Prius arbor invalida insulse legebatur.

35. Ibid. *In diversum enim palma curvatur, et populus. Cetera omnia inferiora pandantur: palma e contrario fornicatim*] Intricata ac plane obscura sententia, vel potius nulla, prius legebatur: *In diversum enim curvatur. At populus contra omnia inferiora pandatur: palma e contrario fornicatur*. Habent hæc verba et populus Mss. omnes: quamobrem ea expungere religio fuit. Alias nec agnoscit ea Theophrastus, loco proxime allato, quem habuit Plinius ante oculos, nec de populo idne sit verum, perinde scilicet atque palmam reniti, sursumque pandari, experiri adhuc licuit. Deinde *pandantur* unanimi consensu eadem exemplaria manu exarata exhibent: et *fornicatim*. Nos ex conjectura, ut remur, haud temeraria, *cetera pro contra* substituímus, Theophrastum ad verbum secuti, ἔλλα μὲν γὰρ, κ. τ. λ. Nam *contra omnia inferiora pandari* nec Plinius certe dixerit, nec quid illud sit demum Cædipus ipse sane intellexerit.

35. CAP. LXXXII. *Firmissima in rectum abies*] Ita Chiffli. codex, aliique probatissimi. At libri omnes editi, *firmissima ad tectum*. Minus certe sincere. Expressum enim id videtur a Theophrast. Hist. v. 7. ubi ficum validam esse dicit, cum recta statuitur: magis vero abietem: ἰσχυρὸν δὲ τὸ τῆς συκῆς, πλὴν εἰς ὀρθὸν ἢ δὲ ἐλάτῃ μάλιστα ὡς εἰπεῖν ἰσχυρὸν.

36. CAP. LXXXIII. *Feruleam, argumento similitudinis, quoniam lacinose crispa, in omni genere. Et glutinum abdicant quædam, &c.*] Secuti sumus summa fide vestigia codicum Reg. Colb. Th. Chiffli. et Vet. Dalec. in quibus *feruleam*, et *lacunose* legitur: quæ vox totidem ductus et apices literarum habet quot ista, *lacini-*

ose: non, uti in editis, *fertilem, et lacrymose crispa*. In omni genere et glutinum abdicant quædam, &c. aut uti Salmasius in Solin. pag. 417. *festuceam*, quam secum ipse pugnans et probari maxime in hoc usu cupit, hoc est, in glutinatione, et glutinum simul abdicare. Sic enim interpungi jubet: *In hoc usu probant venam, et vocant festuceam, quoniam lacunose crispa in omni genere et glutinum abdicat. Quædam et inter se, &c.* Nam in omnibus libris, vel ipso fatente, probant constantissime legitur. Itaque nova conjectura mox paulo legi censet oportere: *in hoc usu probant: improbant venam, &c.* Denique de staminea vena, et de lacunoso crispato, et de festuca dicit, quæ festucea videri possint: nec sibi ipse satisfacit: nobis vero multo minus.


37. Ibid. *Serrabilia, ac sectilia, quæ modice humida. Arida enim, &c.*] In libris omnibus editis hactenus legebatur, *Durabilia ac sectilia*. Dalecampius reponere nitebatur, *Dolabilia*. In Mss. Reg. Colbert. et aliis, *furabilia* legimus. At haud dubie *serrabilia* scripsit auctor: illud enim Theophrasti voluit reddere, Hist. v. 8. Ἐσπρίστα δὲ καὶ εὐσχιστα τὰ ἐνικμότερα τῶν πάμπαν ξηρῶν.

38. CAP. LXXXIV. *Jam lignum enim e testudine facit*] Summa fide sinceram hujus loci lectionem repræsentamus, a nobis e codice Regio 2. erutam, et Colb. In Reg. 1. *Jam lignum enim testudine*. Corruptius ab interpolatoribus editum in libris vulgatis, *enim testudinem*. Longe libentius tamen sic agnosceremus, *jam lignum etiam e testudine facit*: ut mutabilem luxuriæ libidinem coargui intelligas, quæ modo ligno contenta

non fuerat, nunc vel in ipsa testudine lignum quærit.

39. CAP. LXXXV. *Anno qui fuit sine magistratibus CCCLXXIX. Urbis, æde condita . . . . hæc nunc circiter annum CCCCL. habet*] Quonempe anno hæc Plinius literis consignabat, qui fuit Urbis, ut sæpius annotavimus, *DCCCXXX*. qui numerus annorum ex utraque illa summa existit, si annum unicum exceperis: quamobrem is *circiter* caute adjecit. In libris porro ante nos editis, detracta denarii nota, legebatur modo *CCCLXIX*. Ut et in Mss. Reg. 4763. et 4972. in Vaticano autem, aliisque, *CCCCLXIX*. errore minime obscuro, vel duplici ex capite. Nam et utraque summa indicat haud dubie Plinius annos Urbis conditæ, ad illud usque tempus quo hæc commentabatur: et annum *CCCLXIX*. non sine magistratibus fuisse, Chronologi omnes confitentur, sed sub Tribunis militum Consulari potestate: cum iidem perhibeant, (Helvicum dico, aliosque, in hac disciplina summos artifices,) anno *CCCLXXIX*. ἀναρχίαν illam quinque annorum cœpisse: quod altercatione orta patricios inter et plebeios, ob legem latam a Tribunis plebis anno anteriore, de plebeio altero creando Consule, patribusque acerrime obsistentibus, nullum curulem Magistratum passi sunt fieri Tribuni.

40. CAP. XCHII. *Pruno sylvestri*] In Mss. *Primo*. Mallem *piro sylvestri*, in qua frequentius, quam in alia quavis arbore viscum reperitur: in pruno autem sylvestri, qui observarit, nondum scio.





# C. PLINII SECUNDI

## NATURALIS HISTORIÆ

### LIBER. XVII.

---

---

*Sativarum arborum naturæ.*

I. (I.) NATURA arborum terra marique sponte<sup>1</sup> sua pro-  
venientium dicta est. Restat earum, quæ arte et humanis  
ingeniis fiunt verius,<sup>2</sup> quam nascuntur. Sed prius mirari  
succurrit, qua retulimus<sup>3</sup> penuria<sup>b</sup> pro indiviso<sup>c</sup> possessas<sup>3</sup>  
a feris, depugnante cum iis homine circa caducos fructus,  
circa pendentes vero et cum alitibus, in tanta deliciarum  
pretia venisse, clarissimo (ut equidem arbitror) exemplo L.  
Crassi, atque Cn. Domitii Ahenobarbi.<sup>d</sup> Crassus orator<sup>e</sup>

//////

CAP. I. 1 Chiff. *terraque sponte*; unde Nic. Heinsius Advers. III. 3. p. 423.  
opinabatur scripsisse Plinium, *Natura arborum terræ aquæque sponte proveni-*  
*entium.*—2 Ita ex codd. Hardainus et recentt. *quæ retulimus* codd. Dalec. et  
Chiff. *quæ abstulimus* Gronov. et vulgg. Mox, pro *penuria*, Vet. *pæne injuria*.  
—3 Ita codd. Regg. Dalec. Ambrosian. et Rezzon. *pussessa* edd. ante Broffer.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Fiunt verius*] Adoptione, insiti-  
one, connubio.

<sup>b</sup> *Qua retulimus penuria*] Mirari sub-  
it ea, quæ ab feris hominibusque  
pariter et ex æquo possidentur, ut  
ante retulimus, hoc est, arborum  
fructus, perinde ac si annonæ penur-  
ria communicare alimenta cum feris

homines cogat, tantis olim veniisse  
pretiis, in tantis fuisse deliciis. Vide  
Notas et Emend. num. 1.

<sup>c</sup> *Pro indiviso*] Ex æquo. Vide quæ  
de hac voce diximus in Notis et E-  
mend. ad IX. num. 109. et XVI. 59.

<sup>d</sup> *Ahenobarbi*] Sic enim in Nummis  
scribitur, apud Patin. in gente Domi-

fuit in primis nominis Romani: domus ei magnifica: sed aliquanto præstantior, in eodem Palatio,<sup>f</sup> Q. Catuli,<sup>g</sup> qui Cimbros cum C. Mario fudit. Multo vero pulcherrima, consensu omnium ætate ea, in colle Viminali,<sup>h</sup> C. Aquilii, equitis Romani, clarioris illa etiam, quam juris<sup>4</sup> civilis scientia,<sup>a</sup> cum tamen objecta Crasso sua est. Nobilissimarum gentium<sup>i</sup> ambo, Crassus atque Domitius, censuram<sup>j</sup> post consulatus<sup>5k</sup> simul gessere, anno conditæ Urbis DCLXII.

<sup>a</sup> Qui clarior ob illam domum fuit, quam ob juris civilis scientiam.

//////////

—4 Cod. Dalec. *clarioris etiam tum juris.*—5 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *consulatum* Gronov. et al.—

#### NOTÆ

tia, p. 99. CN. DOMITIVS, IMP. et ex adversa parte, AHENOBAREVVS. Sic etiam antiquæ Inscript. apud Gruter. p. 113. et 119. A rutila barba, æriqueas simili, nomen. In hunc dixit Licinius Crassus orator, is ipse de quo mox sermo, non esse mirandum quod æneam barbam haberet, cui esset os ferreum, cor plumbeum. Sueton. in Nerone, cap. 1. et 2.

<sup>e</sup> *Crassus orator*] Is est, qui cum Antonio a Cicerone introducit in libris de Oratore: idem M. Crassi patruus, ejus qui Romanorum ditissimus appellatus est, et cum Pompeio ac Cæsare Triumviratum iniisse fertur.

<sup>f</sup> *In eodem Palatio*] Regione Urbis decima, in qua Palatium fuit. P. Victor, in Descript. Urbis: 'Regio x. Palatium . . . Domus Q. Catuli. Domus Ciceronis.'

<sup>g</sup> *Q. Catuli*] Q. Luctatius Catulus Mario adversus Cimbros collega datus a Senatu, cum eo vicit, ac triumphum egit. Plutarch. in Mario, pag. 413. 421. et 431. et Velleius II. 22.

<sup>h</sup> *In colle Viminali*] P. Victor, in descript. Urbis: 'Regio v. Exquilina, cum turri et colle Viminali . . . Domus Aquilii Jureconsulti, Q. Ca-

tuli, et M. Crassi.' Aquilii crebra mentio apud Tullium, cujus collega in Prætura fuisse dicitur.

<sup>i</sup> *Nobilissimarum gentium*] Crassus, Liciniæ; Domitiæ, Ahenobarbus.— 'Nobilissimi jam tum dicebantur viri discreti genere illustri a ceteris: quamvis in nummis antiquis Cæsarem primus inscribitur Nobilissimus, M. IVL. PHILIPPVS. NOB. CAES. hoc est, nobilissima gente Marciorum Philipporum, quæ esset vetustior quam Cæsarea. Trahebat enim genus ex Anco Marcio rege Romanorum. Unde et 'Nobilitas Philippi' alterius ex eadem gente celebratur a Plinio, IX. 69. et 'Marcia princeps Romanorum,' II. 52.' *Ed. sec.*

<sup>j</sup> *Censuram*] Censorum nomina, L. LIC. CN. DOMIT. in denariis quinque signata extant apud Patin. loc. cit. In fastis, C. Claudio Pulchro, M. Perpenna Coss. lustrum fecisse dicuntur LXVI.

<sup>k</sup> *Post Consulatus*] Cum ante Censuram Consulatum quisque gessisset. Crassus quidem, anno Urbis DCLIX. Ahenobarbus, DCLVIII. Ahenobarbi Consulatus mentio apud Gruter. in Inscript. p. 113.

frequentem jurgiis propter dissimilitudinem morum. Tum Cn. Domitius, ut erat vehemens natura, præterea accensus odio, quod ex æmulatione avidissimum est, graviter increpuit tanti censorem habitare, pro domo ejus sestertium sexagies<sup>6</sup> identidem promittens. Et Crassus, ut præsens ingenio semper, et faceto lepore solers, ‘addicere<sup>7</sup> se’ respondit, ‘exceptis sex arboribus.’ Ac ne uno quidem denario, si adimerentur, emtam volente Domitio, Crassus, ‘Utrumne igitur ego sum,’ inquit, ‘quæso, Domiti, exemplo gravis,<sup>b</sup> et ab ipsa<sup>8</sup> mea censura notandus, qui in domo, quæ mihi hæreditate obvenit, comiter<sup>9</sup> habitem; an tu, qui sestertio sexagies<sup>10</sup> sex arbores æstimes?’ Eæ fuere loti,<sup>11</sup> patula ramorum opacitate lascivæ, Cæcina<sup>12</sup> Largo proceribus crebro in juvena nostra eas in domo sua ostentante. Duraveruntque, quoniam et de longissimo ævo arborum diximus,<sup>m</sup> ad Neronis principis incendia, quibus cremavit Urbem,<sup>n</sup> annis CLXXX. Postea cultu virides juvenesque,

<sup>b</sup> *Ob pravum exemplum minime ferendus.*

6 ‘Perperam emendatum in recentioribus editionibus, *sestertium millies*. Patet e Val. Max. IX. 1. 4. legendum, *sestertium sexagies*.’ Brotier. ‘In Vet. et Chiff. numerus desideratur. *sexagies H-S*. Val. Max. *H-S*. *millies*, ut vulgo legitur, summa est major fide. Vid. Bud. de Asse, cap. 3.’ Dalec. *sestertium millies* Ald. Junt. Basil. Lugd. Erasm. Dalec. Elz. Gronov. Harduin. et recentt.—7 Cod. Dalec. *concedere*. Mox, *decem arboribus* margo edd. Dalec. et Gronov.—8 Ita Gronov. al. vett. et Harduin. 1. *gravi, et ab ipsa* Vet. Dalec. *gravis, ab ipsa* Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—9 ‘*M. communiter*: id est, communi et populari modestia.’ Dalec.—10 ‘Perperam recentt. edd. *H-S*. *millies*.’ Brotier. Ita Gronov. Harduin. et al. ante Brotier.—11 *Eæ fuere lotoe* cod. Dalec.—12 Ita Chiff. et edd. recentt. *Cecina*

#### NOTE

<sup>1</sup> *Sestertium sexagies* [*millies*] In Mss. *sestertium* tantum legas: numerus tum hoc loco, tum paulo inferius desideratur. Valerius Max. IX. 1. 4. p. 419. scribit a Domitio Crassi domum æstimatam in illo jurgio sexagies sestertium fuisse: mox interrogatum a Crasso, quanto minoris eam æstimaturus esset, decem arbusculis detractis, Domitium tricies sestertium dixisse. Sunt porro sestertium

millies centena millia, (id enim, ut sæpe monimus, subintelligendum est,) Gallicæ monetæ, libræ 10000000. seu decem milliones. Sexagies, 600000. libræ, Tricies, libræ 300000.

<sup>m</sup> *Diximus*] Libro superiore, cap. 85. et seq.

<sup>n</sup> *Cremavit Urbem*] Quo de incendio multa flebiliter Tranquillus in Nerone, cap. 38. Liberat porro ab eo crimine Christianos Plinius, dum

ni princeps ille accelerasset etiam arborum mortem. Ac ne quis vilem de cetero Crassi domum, nihilque in ea jurgante Domitio fuisse dicendum præter arbores judicet, jam columnas quatuor<sup>13</sup> Hymettii<sup>p</sup> marmoris, ædilitatis gratia ad scenam ornandam advectas, in atrio ejus domus statuerat, cum in publico nondum essent ullæ marmoreæ. Tam recens est opulentia: tantoque tunc plus honoris arbores domibus afferebant, ut sine illis<sup>q</sup> ne inimicitiarum quidem pretium servaverit Domitius.

Fuere ab iis et cognomina antiquis: <sup>c</sup> Fronditio<sup>14</sup> militi illi, qui præclara facinora, Vulturum transnatans, fronde capiti imposita, adversus Hannibalem edidit: Stolonum<sup>r</sup> Liciniæ genti: ita appellatur<sup>15</sup> in ipsis arboribus fructificatio inutilis: unde<sup>16</sup> et pampinatio<sup>t</sup> inventa primo Stoloni dedit nomen. Fuit et arborum cura legibus priscis: cautumque est XII. tabulis,<sup>u</sup> ut 'qui injuria cecidisset alienas,

<sup>c</sup> *Fuere ab arboribus imposita etiam cognomina antiquis.*



Gronov. et al.—13 Val. Max. *sex*; et sic Plinius ipse xxxvi. 3. et 24. Paulo post, Val. Max. *in porticu ejus*.—14 *Prontio* alii ap. Dalec.—15 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *ita enim appellatur* Gronov. et al. vett.—16 Ita Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *inde* codd.

#### NOTÆ

Neronem unum incusat.

<sup>o</sup> *Columnas quatuor*] Sex omnino quidem in ea domo fuere, ut Plinius ipse prodit xxxvi. 3. et 24. et Valer. Max. loc. cit. sed non omnes in scenam Ædilitatis gratia ornandam advecta. Mss. constantissime, *quatuor*.

<sup>p</sup> *Hymettii*] Ex Hymetto Atticæ monte, de quo in Geographicis egimus.

<sup>q</sup> *Ut sine illis*] Ut sine illis ne stare quidem ingenti pretio Domitius voluerit, quod ex inimicitia et æmulatione pro Crassi domo condixerat.

<sup>r</sup> *Stolonum*] In nummis Liciniæ gentis apud Patin. pag. 151. et 152. P. LICINIUS. STOLO. III. VIR. A. A.

A. F. F. De Stolonibus iterum dicitur, xviii. 4.

<sup>s</sup> *Ita appellatur*] Stolo igitur, quasi stolidus fructificatio ex arborum radicibus. Unde vox ipsa 'stolo' μεταφορικῶς pro stolido sumitur, ab Auson. Ep. v. 'Sed jam non potes, o stolo, doceri.'

<sup>t</sup> *Pampinatio*] Effossio fruticantium stolonum circa arborum radices.

<sup>u</sup> *XII. tabulis*] Verba legis, tab. ii. cap. 4. de arboribus furtim cæsis, sunt ejuscemodi: 'Si injuria alienas arbores cæsit, in singulas xxv. æris luito.' Hoc est, asses xxv. qui Gallicæ monetæ efficiunt asses omnino ex ære videnos. Capitale fuisse sup-

lueret in singulas æris xxv.<sup>17</sup> Quid existimamus, venturasne<sup>18 v</sup> eas credidisse ad supra dictam æstimationem illos, qui frugiferas tanti taxaverant? Nec minus miraculum in pomo est, multarum circa suburbana fructu annuo addicto binis millibus nummum: <sup>w</sup> majore singularum reditu, quam erat apud antiquos prædiorum. Ob hoc insita, et arborum quoque adulteria excogitata sunt, ut nec poma <sup>x</sup> pauperibus nascerentur. Nunc ergo dicemus, quo maxime<sup>19</sup> modo tantum ex his vectigal contingat, veram colendi rationem absolutamque prodituri. Et ideo non vulgata tractabimus, nec quæ constare animadvertimus,<sup>20 y</sup> sed incerta atque dubia, in quibus maxime fallitur vita. Nam diligentiam in supervacuis affectare, non nostrum est. Ante omnia in universum, et quæ ad cuncta arborum genera pertinent in commune, de cælo terraque dicemus.

II. (II.) Aquilone maxime<sup>a</sup> gaudent, densiores ab afflatu ejus lætioresque, et materiæ firmioris. Qua in re plerique<sup>b</sup> falluntur, cum in vineis pedamenta non sint a vento eo<sup>c</sup> op-



Dalec. Harduin. in Var. Lectt. et Franzius in textu.—17 Ravardus, in *singulas pomas aris viginti quinque*. Vet. Dalec. *singulas siclos aris*.—18 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *futurasne* Gronov. et vulgg. Paulo post, *tanti vexaverant* codd. Dalec. et Chiffi.—19 Vet. Dalec. *quoniam maxime*.—20 Chiffi. *animo advertimus*.

#### NOTÆ

plicium arbores alienas incidere ait Servius, ad illud Virgilii: 'Atque mala vites incidere falce novellas.' Adde his quæ Paulus, Caius, Ulpianus, ceterique Jurisperiti de eo argumento afferunt lib. XLVII. Dig. tit. 7. Arborum furtim cæsarum.

<sup>v</sup> *Venturasne*] An putamus credidisse veteres, venturas lotos ad his. millies, qui frugiferas æris xxv. taxassent?

<sup>w</sup> *Binis millibus nummum*] Sive sextertiorum. Nostræ monetæ libras ea ducentas efficiant.

<sup>x</sup> *Ut nec poma*] Ut poma divitibus tantum nascerentur, qui poma inserere varia, ac veluti fœtus arborum

adulterare vario insitorum genere nossent.


<sup>y</sup> *Animadvertimus*] Mss. omnes, *animo advertimus*.

<sup>a</sup> *Aquilone maxime*] Theophr. de Causis II. 4. Aquilonem interim a septemtrione diversum esse scito, uti docuimus II. 46.

<sup>b</sup> *Qua in re plerique*] Columellam tacito nomine coarguit, cujus hæc oratio est, IV. 16. 'Palus sic ponendus, ut frigorum et Aquilonum excipiat violentiam, vitemque protegat,' &c.

<sup>c</sup> *A vento eo*] Adversus vim ejus venti.

ponenda, et id tantum a septemtrione<sup>d</sup> servandum. Quin immo tempestiva frigora plurimum arborum firmitati conferunt, et sic optime germinant: alioqui, si blandiuntur Austri, defatiscentes, ac magis etiam in flore.<sup>1</sup> Nam si, cum defloruere,<sup>e</sup> protinus sequuntur<sup>2</sup> imbres, in totum poma depereunt: adeo ut amygdalæ et piri, etiam si omnino<sup>f</sup> nubilum fuit, Austrinusve flatus, amittant fœtus. Circa Vergilias<sup>g</sup> quidem pluere inimicissimum viti et oleæ: quoniam tunc coitus est earum:<sup>h</sup> hoc est illud quatrimum oleis decretorium, hic articulus Austrinus nubili spurci,<sup>3</sup> quod diximus.<sup>i</sup> Fruges quoque pejus maturescunt Austrinis diebus, sed celerius. Illa sunt noxia frigora, quæ septemtrionibus,<sup>j</sup> aut præposteris fiunt horis. Hyemem quidem<sup>k</sup> Aquiloniam esse omnibus satis utilissimum. Imbres vero<sup>l</sup> tunc expetendi evidens causa est, quoniam arbores fœtu exinanitas, et foliorum quoque amissione<sup>4</sup> languidas, naturale est avide esurire. Cibus autem earum imber. Quare tepidam esse hyemem, ut, absumpto partu arborum, sequatur protinus conceptus, id est, germinatio, ac deinde alia florescendi<sup>5m</sup> exinanitio, inutilissimum experimentis



CAP. II. 1 Cod. Dalec. *etiam in florem*.—2 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *sequuntur* Gronov. et vulgg.—3 Cod. Dalec. *sparsi*.—4 Chiffli. *emissione*.—5 Vet. Dalec. *florescentis*.—6 Ita codd.

## NOTE

<sup>d</sup> *A septemtrione*] Varro de Re Rust. I. 26. 'In omni vinea diligenter observant, ut ridica vitis ad septemtrionem versus figatur.'

<sup>e</sup> *Nam si cum defloruere*] Ex Theophr. hoc acceptum, de Causis II. 3.

<sup>f</sup> *Etiam si omnino*] Si vel nubilum fuerit, Austrinusve flatus: sereno tantum gaudent. Libro sup. cap. 46. 'Perdunt facillime fructum ante maturitatem... amygdala, malus, pirus... Pirus et amygdala, etiamsi non pluat, sed fiat Austrinum cœlum, aut nubilum, amittunt florem, et primos fructus, si cum defloruere tales dies fuerint.'

<sup>g</sup> *Circa Vergilias*] Hoc est, circa earum exortum, de quo XVIII. 66.

<sup>h</sup> *Coitus est earum*] Primus conceptus, de quo XVI. 39. sive germinatio. Et cap. 42. 'At vites et oleæ... concipiunt Vergiliarum exortu: hoc sidus illarum est.'

<sup>i</sup> *Quod diximus*] Lib. XVI. 46. De quatrimum oleis decretorio dicitur libri hujus cap. 30.

<sup>j</sup> *Septemtrionibus*] Ab Aquiloneseptemtrionem differre supra monuimus.

<sup>k</sup> *Hyemem quidem*] Theophr. de Causis II. I. p. 232.

<sup>l</sup> *Imbres vero*] Theophr. loc. cit.

<sup>m</sup> *Florescendi*] Florum emissio, quo

creditur. Quin immo si plures ita continentur anni, etiam ipsæ moriantur arbores,<sup>6</sup> quando nemini<sup>n</sup> dubia pœna est in fame<sup>7</sup> laborantium. Ergo qui dixit<sup>o</sup> hyemes serenas optandas, non pro arboribus<sup>p</sup> vota fecit. Nec per solstitia imbres vitibus conducunt. Hyberno quidem<sup>q</sup> pulvere lætiores fieri messes, luxuriantis<sup>r</sup> ingenii fertilitate dictum est.<sup>s</sup> Alioquin<sup>9</sup> vota arborum frugumque communia sunt, nives diutinas sedere.<sup>10</sup> Causa, non solum quia animam terræ<sup>s</sup> evanescentem exhalatione includunt et comprimunt, retroque agunt in vires frugum atque radices: verum quod et liquorem sensim præbent, purum præterea levissimumque,<sup>11</sup>



Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *moriantur arbores* Gronov. et edd. vett.—7 Margo edd. Dalec. et Gronov. *insane*, ut biferam vitem insanam vocat xvi. 50.—8 Cod. Dalec. *fieri messes luxuriantes, dictum est.*—9 *Alioquin* cod. Dalec.—10 Dalec. *insidere.*—11 Vet. Dalec. *purum prætereaque*

## NOTE

vis omnis arborum exhauriatur.

<sup>n</sup> *Quando nemini*] Quando dubium nemini est, quin defatiscant ea tandem, quæ in labore careant naturali, familiari, et assueto cibo. Cibus autem arborum imber est.

<sup>o</sup> *Ergo qui dixit*] Virgilium notat, ita canentem, Georg. i. 100. ‘Humida solstitia, atque hyemes optate serenas, Agricolaë: hyberno lætissima pulvere farra.’

<sup>p</sup> *Non pro arboribus*] Sane: sed pro farre, ac frugibus. Nam de arboribus libro tantum Georgicorum sequenti Maro agit, ut ipsius carminis principia indicant: ‘Hactenus arborum cultus et sidera cæli: Nunc te, Bacche, canam, necnon sylvestria tecum Virgulta, et prolem tarde crescentis olivæ.’ Plinium hoc loco nonnulli reprehendunt, ac Virgilium aliter interpretantur, quos tu vide apud Lacerdam, in Georg. i. 100. p. 218.

<sup>q</sup> *Hyberno quidem*] Festus, verbo ‘Flaminius:’ ‘Habetur,’ inquit, ‘in antiquo carmine, cum pater filio de

agricultura præciperet: Hyberno pulvere, verno luto, grandia farra metes.’ Et Macrobius Saturn. v. 20. p. 516. ‘In libro vetustissimorum carminum,’ inquit, ‘qui ante omnia, quæ a Latinis scripta sunt, compositus ferebatur, invenitur hoc rusticum vetus canticum: Hyberno pulvere, verno luto, grandia farra, Camille, metes.’

<sup>r</sup> *Luxuriantis*] Non utique vera dicentis, si ubique pulverulentam hyemem segetibus optandam putavit. Galliæ certe plurimisque orbis regionibus est id e re agraria maxime, ut, quemadmodum Plinius ait, diutinæ nives sedeant. Nutriri hoc nivium frigore repercutiente semina terræ commissa, agnoscent et agricolæ nostri: et ex nivium copia futuras lætas messes præsagiunt.

<sup>s</sup> *Animam terræ*] Terrenos halitus, qui radicibus et fovendis et nutriendis prosunt: itaque calorem concludens nix coquit arvom.

quando nix aquarum cœlestium spuma est.<sup>12</sup> Ergo humor ex his non universus<sup>t</sup> ingurgitans<sup>13</sup> diluensque, sed quomodo sititur<sup>u</sup> distillans, velut ex ubere alit omnia quæ non inundat. Tellus quoque illo modo fermentescit,<sup>14</sup><sup>v</sup> et succi plena, ac lactescentibus satis non effloeta, cum tempus aperit,<sup>w</sup> tepidis arridet horis. Ita maxime frumenta pinguescunt, præterquam ubi calidus semper aër est, ut in Ægypto. Continuatio<sup>x</sup> enim et ipsa consuetudo idem quod modus aliubi efficit: plurimumque prodest, ubicumque non esse quod noceat. In majore<sup>y</sup> parte orbis, cum præcoces excurrere germinationes, evocatæ indulgentia cœli, secutis frigoribus exuruntur. Qua de causa serotinæ hyemes<sup>z</sup> noxiæ,<sup>15</sup> sylvestribus quoque: quæ magis etiam dolent urgente umbra sua,<sup>a</sup> nec adjuvante medicina: quando<sup>16</sup> vestire teneras intorto stramento in sylvestribus non est. Ergo tempestivæ<sup>b</sup> aquæ hybernis primum imbribus, deinde



*levissimum.*—12 Cod. Dalec. *pruina est.*—13 Vet. Dalec. *ingruens.*—14 Mar-go edd. Dalec. et Gronov. *frumentescit.*—15 Cod. Dalec. *obnoxia.*—16 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *quoniam*

#### NOTÆ

<sup>t</sup> *Non universus*] Non statim totus, àθρῶς, sed paulatim sese insinuans.

<sup>u</sup> *Quomodo sititur*] Pro modo sitis.

<sup>v</sup> *Fermentescit*] Hoc est, ut recte Turneb. Advers. x. 3. diluitur nive tabescente, remollescit, putris et soluta redditur.

<sup>w</sup> *Cum tempus aperit*] Cum solvuntur nives, et jam ver aperit terras: ‘Zephyrique tepentibus auris Laxant arva sinus,’ ut Maro canit Georg. II. 330.

<sup>x</sup> *Continuatio*] Caloris, et mollioris cœli. Hæc vero de conditione cœli solique Ægyptii Plinius a Theophrasto hausit, de Causis II. 2. p. 233.

<sup>y</sup> *In majore*] Theophr. loc. cit. totidem plane verbis.

<sup>z</sup> *Serotinæ hyemes*] Quæ intempesti-

ve ac serius adveniunt: διὸ καὶ ὀπισθεν χειμῶνες χαλεποὶ τοῖς δένδροις. Theophr. loc. cit.


<sup>a</sup> *Umbra sua*] Ramorum densitate Solem haud admittente: cum et sylvestres arbores nemo sit qui curet, nemo qui his medeatur, nemo qui stramento, dum sunt adhuc teneræ, circumvestiat, ut defendat a frigore. Cato cap. 40. ‘Stramentis circumdato, alligatoque, ne gelus noceat.’ ‘Ὅπως μὴ ψύχῃται, μηδ’ ἀποξηραίνῃται, ne frigeant, vel subarescant, inquit Theophr. Hist. IV. 18.

<sup>b</sup> *Ergo tempestivæ*] Tempestivi omnium maxime imbres hybernæ notantur: deinde qui germinationem antecedunt: tertium obtinent locum, qui, postquam arbores defloruerunt, accesserint: pabulum enim, consumma-



germinationem antecedentibus.<sup>17</sup> Tertium tempus est, cum educant poma : nec protinus, sed jam valido foetu. Quæ fructus suos diutius continent, longioresque desiderant cibos,<sup>c</sup> his et serotinæ aquæ utiles : ut viti, oleæ, Punicis. Hæ jam pluviae generis cujusque arboribus diverso modo desiderantur, aliis alio tempore maturantibus. Quapropter eisdem imbribus aliqua lædi videas, aliqua juvari,<sup>18</sup> etiam in eodem<sup>19</sup> genere, sicut in piris : alio die hyberna quærunt pluvias, alio vero præcocia, ut pariter quidem omnia desiderent. Hybernum tempus est ante<sup>20</sup> germinationem, quæ Aquilonem Austro utiliolem facit. Ratio eadem mediterranea maritimis præfert :<sup>21</sup> sunt enim plerumque frigidiora : et montuosa<sup>22</sup> planis, et nocturnos imbres<sup>d</sup> diurnis. Magis fruuntur aquis sata, non statim auferente eas Sole.

Connexa et situs vinearum arbustorumque ratio est, quas in oras debeant spectare. Virgilius<sup>e</sup> ad occasus seri



Gronov. et al. ante Harduin.—17 Cod. Dalec. *germinatione et antecedentibus*.—18 Ita codd. Harduini et Chiffi, cum edd. Harduin. et recentt. *iisdem imbribus quædam lædi videas, alia juvari* Gronov. et al. vet. *iisdem imb. aliqua lædi vid. alia juvari* cod. Dalec.—19 Turneb. *et in eodem*.—20 Turneb. *desiderent hiber. tempus et ante*.—21 Cod. Dalec. *germinationem. Quæ Aquil. Aust. ut facit ratio, eadem med. mar. præferunt*. Alius cod. *eadem præfert* ; Chiffi. et Turneb. *facit ratio eadem*.—22 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin.

## NOTE

tionemque fructibus præstare incipiunt, cum non confestim secuti sunt, sed ubi fructus convaluerunt. Hæc totidem plane verbis Theophr. de Causis II. 3. p. 234. ubi et singulorum causam investigat.

<sup>c</sup> *Desiderant cibos*] Imbres. Theophr. loco proxime cit. *Ὅν δὲ οἱ καρποὶ χρονιώτεροι, καὶ πλείονος δέουμενοι τροφῆς, καὶ πέψεως, τοῦτοις ὠραῖα καὶ τὰ ὑψιότερα (ὑδατα,) καθάπερ ἀμπέλῳ, ῥόβῳ, ἐλαίῳ, τοῖς ἄλλοις. Quibus vero fructus diuturniores, plusque alimenti coctionisque desiderantes, his seriores etiam imbres tempestivi accedunt : ut viti, Punicæ, oleæ, cæterisque.*

<sup>d</sup> *Nocturnos imbres*] Quoniam humorem cibere largius plantæ valent, cum is a Sole non protinus absumitur. Theophr. loc. cit.

<sup>e</sup> *Virgilius*] Ea de re Colum. III. 12. pag. 109. 'Cæli regionem quam spectare debeant vineæ, vetus est dissensio : Saserna maxime probante Solis ortum, mox deinde meridiem, tum occasum : Tremellio Scrofa præcipuum positionem meridianam censente : Virgilio de industria occasum sic repudiante : 'Neve tibi ad Solem vergant vineta cadentem.' Libro nempe Georg. II. 298.

damnavit. Aliqui sic maluere,<sup>f</sup> quam in exortu.<sup>23</sup> A pluribus meridiem probari adverto: nec arbitror perpetuum quicquam in hoc præcipi posse. Ad soli<sup>g</sup> naturam, ad loci ingenium, ad cœli cujusque mores<sup>24 h</sup> dirigenda solertia est. In Africa<sup>i</sup> meridiem vineas spectare, viti inutile, colono insalubre est,<sup>25</sup> quoniam ipsa meridianæ subjacet plagæ: quapropter qui ibi in occasum aut septentriones conseret, optime miscebit solum cœlo. Cum Virgilius occasus improbet, nec<sup>26</sup> de septentrione relinqui<sup>27</sup> dubitatio<sup>j</sup> videtur. Atqui in Cisalpina Italia magna ex parte vineis ita positis, compertum est nullas<sup>28</sup> esse fertiliores.<sup>k</sup>



1. 2. 3. et recentt. *montosa* Gronov. et al. ante Harduin.—23 Vet. Dalec. *quam exortus*.—24 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *cœli cujusque minores* Gronov. et al. ante Harduin.—25 Gronov. et si viti inutile, colono salubre est.—26 Gronov. et al. ante Harduin. *calo*, cum Virgilius o. improbet. Nec. ꝑc.—27 Cod. Dalec. *reliqua*.—28 Ita omnes edd. vet. Gronov. Bipont. et Franz. ‘In Harduini edd. vox nullas excidit, quæ salvo sensu abesse nequit.’ Franzius. Eam revocare neglexerunt Mil-

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Aliqui sic maluere*] Democritus Geopon. v. cap. 4. *Μᾶλλον μέντοι τὰ ἀνατολικὰ . . . Ἐνίοτε δὲ τὰ δυτικὰ ἔσται αἰρετότερα μᾶλλον, ὅταν μακρὸν ὄντα τῆς θαλάσσης ἐπιπνέοντα ἔχει τὸν ζέφυρον. Magis tamen orientales . . . Aliquando vero et occidentales potiores erunt, cum procul a mari dissitæ Favonium aspirantem habent.*

<sup>g</sup> *Ad soli*] Columella loc. cit. ‘Nobis in universum præcipere optimum visum est, ut in locis frigidis meridiano vineta subjiciantur, tepidis orienti advertantur, si tamen non infestabantur Austris, Etrisque . . . Sin autem regiones prædictis ventis fuerint obnoxia, melius Aquiloni, vel Favonio committentur.’

<sup>h</sup> *Ad cœli . . . mores*] Statum, habitumque aëris. Vide Notas et Emend. num. 2.


*In Africa*] Vide Notas et Emend. num. 3.

<sup>j</sup> *Relinqui dubitatio*] Mss. Reg. &c. *reliqua*. Non est, inquit, dubitandi locus, quin vineta male septentrioni opponantur: quandoquidem magis noxius est septentrionalis situs, quam sit occidentalis: occasum autem improbat Maro. Atqui nihilominus in Italia Cisalpina, &c. Cisalpinam vocat, non eam quæ cis Apenninum est, spectatque inferum mare: nam quis Transalpinam quoque Italiam dici posse quisquam arbitretur, quæ trans Apenninum altero latere in Superum seu Adriaticum vergit? sed plane censemus ‘Italiam Cisalpinam’ dixisse eum, pro Gallia Cisalpina, quod sit illa Italia pars: quam et Subalpinam idem appellat xvi. 22.

<sup>k</sup> *Nullas esse fertiliores*] Apposite Palladius i. 6. pag. 8. ‘Aquila vites sibi objectas fœcundat: Auster nobilitat. Ita in arbitrio nostro est, utrum plus habeamus, an melius.’ A-

Multum rationis obtinent et venti.<sup>29</sup> In Narbonensi provincia atque Liguria, et parte<sup>30</sup> Etruriæ, contra Circium<sup>1</sup> serere imperitia existimatur: eundemque obliquum accipere, providentia. Is namque æstates<sup>31</sup> ibi temperat: sed tanta plerumque violentia, ut auferat tecta.

(III.) Quidam cœlum<sup>m</sup> terræ parere cogunt: ut quæ in siccis serantur, orientem ac septentriones spectent: quæ in humidis, meridiem. Necnon ex ipsis vitibus causas mutantur, in frigidis<sup>n</sup> præcoces serendo, ut maturitas antecedit algorem. Quæ poma vitesque rores oderint, contra ortus, ut statim auferat Sol: quæ ament, ad occasus, vel etiam ad septentriones, ut diutius eo fruantur. Ceteri fere<sup>32</sup> rationem naturæ secuti, in Aquilonem obversas vites et arbores poni suasere: odoratiorem etiam fieri talem fructum Democritus putat.<sup>o</sup>



ler. et Brotier.—29 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *obtinēt venti* Gronov. et al. ante Harduin.—30 Dalec. *ex parte*.—31 Cod. Dalec. *æstatem*.—32 *Ceteri vero fere* Gronov. et al. ante Harduin.

#### NOTÆ

quilonem Palladius pro septentrione usurpat. Præiverat Columella, loc. cit. ‘Democrito et Magone,’ inquit, ‘laudantibus cœli plagam septentrionalem: quia existiment ei subjectas feracissimas fieri vineas, quæ tamen bonitate vini superentur.’

<sup>1</sup> *Contra Circium*] De eo diximus II. 46.

<sup>m</sup> *Quidam cœlum*] Quidam cœlum solo, qualecumque illud sit, servire cogunt: nam cum ratio fere suadeat, ut, quemadmodum paulo ante dictum est, cœlum solo miscatur, et quæ seruntur in humido, orienti opponantur, qui sicciior est, quæ in sicco, meridiei, hoc est, Austro, qui humidus est; hi contra cœlum terræ servire cogunt; atque etiam e sicco solo cœlique statu uvas ac fruges exposcunt, et ex humido pariter solo

cœloque.

<sup>n</sup> *In frigidis*] Colum. III. 1. pag. 82. ‘Frigidæque aut nebulosæ cœli qualitati duorum generum vites aptabit; seu præcoces, quarum maturitas frugum præcurrit hyemem, seu firmi durique acini, quarum inter caligines uvæ deflorescunt, et gelicidiis ac pruinis, ut aliæ caloribus, mitescunt.’ Sic idem v. 10. de ficis: ‘Locis frigidis, autumnii temporibus, et aquis, præcoces ponito, ut ante pluviam fructum deligas.’ Forte, *ante brumam*: quanquam et libro de arboribus cap. 21. etiam *ante pluviam* legitur.

<sup>o</sup> *Democritus putat*] Alio id certe loco prodidisse necesse est, quam quem a Columella paulo ante laudari vidimus.


(IV.) Aquilonis situm, ventorumque reliquorum, diximus secundo<sup>33</sup> volumine,<sup>p</sup> dicemusque proximo plura cœlestia. Interim manifestum videtur salubritatis argumentum, quoniam in meridiem etiam spectantium semper ante decidant folia.<sup>34</sup>

Similis et in maritimis causa. Quibusdam locisa fflatus maris noxii, in plurimis iidem utiles: quibusdam satis<sup>a</sup> e longinquo aspicere maria jucundum: propius admoveri<sup>35</sup> satis halitum,<sup>b</sup> inutile. Similis et fluminum stagnorumque ratio. Nebulis adurunt,<sup>q</sup> aut æstuantia<sup>36</sup> refrigerant. Opacitate, atque etiam rigore gaudent, quæ diximus.<sup>r</sup> Quare experimentis optime creditur.

III. A cœlo proximum est terræ dixisse rationem, haud faciliore tractatu: quippe non eadem arboribus convenit et frugibus plerumque: nec pulla,<sup>a</sup> qualem habet Campania, ubique optima vitibus: aut quæ tenues<sup>b</sup> exhalat nebulas: nec rubrica multis laudata. Cretam in Albensium<sup>c</sup> Pom-

<sup>a</sup> Quibusdam frugibus.

<sup>b</sup> Maritimum afflatum.



vero deest in codd. Dalec. et Gronov.—33 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *diximus in secundo* Gronov. et al.—34 Vet. Dalec. *decidunt folia*.—35 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. recentt. *admovere* Gronov. et vulgg.—36 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et æstuantia* Gronov. et al.

CAP. III. 1 *Alcanensium* cod. Dalec.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum

#### NOTE

<sup>p</sup> *Secundo volumine*] Lib. II. cap. 46. et 47.

<sup>q</sup> *Nebulis adurunt*] Emittunt enim flumina stagnaque nebulas aurasque frigiditas, quæ rubigines deinde creant, vitibus admodum satisque noxias, si ea nempe viciniore sint: eadem aliubi sata in æstu refrigerant. Quare ad soli naturam dirigenda solertia est. Ita fere Democritus in Geopon. v. 5. p. 123. Vide Notas et Emend. num. 4.

<sup>r</sup> *Quæ diximus*] Lib. XVI. cap. 30. et 31.

<sup>a</sup> *Nec pulla*] Columella in Præfat. pag. 8. 'Atque in aliis regionibus nigra terra, quam pullam vocant, ut in Campania, est laudabilis: in aliis pinguis rubrica melius respondet,' &c. Et lib. II. et X. 'Putre solum, quod Campani pullum vocant.'


<sup>b</sup> *Aut quæ tenues*] Virgilium notat, ita canentem, Georg. II. 217. 'Quæ tenuem exhalat nebulam, fumosque volucres, Illa tibi lætis intexet vitibus ulmos,' &c.

<sup>c</sup> *Albensium*] Ab Alba Pompeia, de qua III. 7.

peianorum agro, et argillam, cunctis ad vineas<sup>2</sup> generibus anteponunt,<sup>a</sup> quanquam præpingues, quod excipitur<sup>d</sup> in eo genere. Invicem sabulum album in Ticinensi,<sup>3</sup> multisque in locis nigrum, itemque rubrum, etiam pingui terræ permixtum, infœcundum est.

Argumenta<sup>e</sup> quoque judicantium sæpe fallunt. Non utique<sup>f</sup> lætum solum est, in quo proceræ arbores nitent, præterquam illis arboribus. Quid enim abiete procerius? aut quæ<sup>4</sup> vixisse possit alia in loco eodem?<sup>5</sup> Nec luxuriosa<sup>h</sup> pabula pinguis soli semper indicium habent: nam quid laudatius Germaniæ pabulis? et tamen statim subest arena tenuissimo cespitem corio.<sup>i</sup> Nec semper<sup>j</sup> aquosa est terra, cui proceritas herbarum: non hercules<sup>5</sup> magis, quam pinguis, adhærens<sup>k</sup> digitis, quod in argillis arguitur. Scrobes

<sup>a</sup> *Cunctis terrarum generibus, quæ vineis putantur idoneæ.*



edd. recentt. ad vineam Gronov. et al.—3 *Ticiniensi* Chiffli.—4 Margo edd. Dalec. at quæ.—5 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Quod excipitur*] Cum ea pinguid ad vites plerumque damnatur. Columella III. 11. 'Cretosa humus utilis habetur viti: nam per se ipsa creta, qua utuntur figuli, quamque nonnulli argillam vocant, inimicissima est.'

<sup>e</sup> *Argumenta*] Virgilii nunc fere placita reprehendit, de signis terrarum.

<sup>f</sup> *Non utique*] Ut Maro censuit, Georg. II. 207. 'Aut unde iratus sylvam devexit arator, Et nemora evertit multos ignava per annos,' &c.

<sup>5</sup> *Aut quæ vixisse . . . in loco eodem*] Nempe, quod abietis umbra, ut dicitur inferius cap. 18. subditis fructibus noverca est: et quæcumque attigerit, non dubie venenum est.

<sup>h</sup> *Nec luxuriosa*] Quæ Maro laudat, vs. 219. 'Quæque suo viridi sem-

per se gramine vestit, Illa tibi lætis,' &c.

<sup>i</sup> *Cespitem corio*] Arenam integit tenuissimus cespes, instar cutis, aut crustæ, vel corii. 'In Africa' quoque ac 'Numidia,' teste Columella, in præf. 'putres arenæ fœcunditate vel robustissimum solum vincunt.'

<sup>j</sup> *Nec semper*] Maronis versus, eodem libro, vs. 251. 'Humida majores herbas alit, ipsaque justo lætior.'

<sup>k</sup> *Adhærens*] Idem vs. 248. 'Pinguis item quæ sit tellus, hoc denique pacto Discimus: haud unquam manibus jactata fatiscit, Sed picis in morem ad digitos lentescit habendo.' Maroni tamen Columella subscribit, II. 2. pag. 42. 'Itaque considerandum erit, ut solum, quod excolere destinamus, pingue sit. Per se tamen id parum est, si dulcedine ca-

quidem regesta in eos<sup>1</sup> nulla complet, ut densa atque rara ad hunc modum deprehendi possit: ferroque omnis<sup>m</sup> rubiginem obducit. Nec gravis<sup>n</sup> aut levior<sup>6</sup> justo deprehenditur pondere: quod enim pondus terræ justum intelligi potest? Nec fluminibus<sup>o</sup> aggesta semper laudabilis, quando senescant sata quædam aqua.<sup>b</sup> Sed neque illa quæ laudatur, diu, præterquam salici,<sup>p</sup> utilis sentitur. Inter argumenta stipulæ crassitudo est,<sup>c</sup> tanta alioqui in Laborino<sup>7</sup> Campaniæ nobili campo, ut ligni vice utantur: sed idem solum ubicumque arduum opere, difficile cultu, bonis suis acrius pæne, quam vitiis posset, affligit agricolam.<sup>d</sup> Et

<sup>b</sup> Quandoquidem senescunt quædam, quæ sunt in aquis sata.

<sup>c</sup> Inter optimæ terræ argumenta, crassitudo stipulæ censetur.

<sup>d</sup> Bonitate sua magis fatigat agricolam, quam si magis vitiosum foret.



non hercule Gronov. et vulgg.—6 Cod. Dalec. atque levior.—7 Gronov. alioquin in Laborino; Chiffi. alioquin Leborino; cod. Dalec. alioquin in Leberino.—

#### NOTÆ

ret, quod utrumque satis expedita nobis ratione contingit discere. Nam perexigua conspergitur aqua gleba, manuque subigitur: ac si glutinosa est, et quovis levissimo tactu pressa inhærescit, 'et picis in morem ad digitos lentescit habendo,' ut ait Virgilius, eademque illisa humo non dissipatur, ea res admonet nos inesse tali materiæ naturalem succum et pinguitudinem.' Item Pallad. i. 5. pag. 5.

<sup>1</sup> *Scrobes . . . in eos*] In eos scrobes regesta, unde effossa est. Columella, loc. cit. 'Sed et si velis scrobibus egestam humum recondere, et recalcare, cum aliquo quasi fermento abundaverit, certum erit eam esse pinguem: cum defuerit, exilem: cum æquaverit, mediocre,' &c. Simile est quod Maro præcipit, Georg. ii. 226. 'Nunc quo quamque modo possis dignoscere, dicam: Rara sit, an supra morem si densa, requiras;

Altera frumentis quoniam favet, altera Baccho. . . . Sin in sua posse negabunt Ire loca, et scrobibus superabit terrare pletis, Spissus ager; glebas cunctantes crassaque terga Expecta, et validis terram proscinde juvenis.'

<sup>m</sup> *Ferroque omnis*] Cum tamen eam solam Maro damnet, vs. 220. 'Quæ scabie et salsa lædit rubigine ferum.'

<sup>n</sup> *Nec gravis*] Virgil. vs. 254. 'Quæ gravis est, ipso tacitam se pondere prodit, Quæque levis.'

<sup>o</sup> *Nec fluminibus*] Virgil. vs. 184. 'At quæ pinguis humus . . . . Huc summis liquuntur rupibus amnes, Felicemque trahunt limum.' At 'videntur aquaticæ' arbores 'celerius intirire,' ut Plinius ait, xvi. 90.

<sup>p</sup> *Præterquam salici*] Nam, ut alibi diximus cum Marone, vs. 110. 'Fluminibus salices' nascuntur.

carbunculus<sup>q</sup> terra, quæ ita vocatur, emendari vite macra putatur.<sup>s</sup> Nam tofus<sup>r</sup> scaber, natura friabilis,<sup>9</sup> expetitur quoque ab auctoribus. Virgilius,<sup>s</sup> et quæ filicem ferat, non improbat vitibus. Salsæque<sup>t</sup> terræ multa melius creduntur, tutiora a vitibus innascentium animalium. Nec colles<sup>u</sup> opere<sup>10</sup> nudantur, si quis perite fodiat. Nec campi<sup>v</sup> omnes minus Soles atque perflatus, quam opus sit, accipiunt. Et quasdam pruinis ac nebulis pasci diximus vites.<sup>w</sup> Om-



8 Chiff. videtur.—9 Codd. Dalec. bini et Chiff. Nam totus satur ac fricabilis.—10 Nec colles vano opere Vet. Dalec. Nec colles temere alii vett.—11 Cod.

## NOTE

<sup>q</sup> *Et carbunculus*] Carbunculus Vitruvio II. 6. pag. 21. arenæ genus, quod in Etruria, adusta nimium vehementia vaporis materia, procreatur: Id terræ vitium quomodo vite macra sanetur, docet Cato, cap. 37. 'Vinea,' inquit, 'si macra erit, sarmenta sua concidito minute, et ibidem inarato, aut suffodito.'

<sup>r</sup> *Nam tofus*] Quamlibet a Marone damnatus, vs. 214. 'Et tofus scaber, et nigris exesa chelydris Creta.' Tofus est lapidis genus molle ac friabile, de quo dicitur uberius, XXXVI. 48. Refellere non vacat novitium hominis eruditi commentum, tofum existimantis uliginosam esse palustremque terram. Sequitur Plinius Columellam, III. 11. 'Quis enim,' inquit, 'vel mediocris agricola nesciat, etiam durissimum tofum, vel carbunculum, simul atque sunt confracti, et in summo regesti, tempestatibus, geluve, nec minus æstivis putrescere caloribus, ac resolvi? eosque pulcherrime radices vitium per ætatem refrigerare, succumque retinere? quæ res alendo sureculo sunt accommodatissimæ?'

<sup>s</sup> *Virgilius*] Libro Georg. II. 189. 'Qui filicem curvis invisam pascit aratris, Hic tibi prævalidas olim

multoque fluentes Sufficiet Baccho vites: hic fertilis uvæ, Hic laticis, qualem pateris libamus et auro.'

<sup>t</sup> *Salsæque*] A Virgilio tamen damnatæ, vs. 238. quod saporem vini corrumpit, et incrementa vitium virentium veluti quadam scabra rubigine coercet, inquit Columella, III. 1. ubi et Maronis versus ipse recitat: 'Salsa autem tellus, et quæ perhibetur amara, Frugibus infelix: ea nec mansuescit arando, Nec Baccho genus, aut pomis sua nomina servat.' At certe in terra salsa palmas seri oportere docet auctor Geopon. II. 9. p. 48. ipseque Plinius XIII. 8. et libri hujus cap. 47. palmas ait et lentiscum salsis aquis ali. Alia multa etiam Theophr. de Causis II. 7. pag. 240.

<sup>u</sup> *Nec colles*] Nec in collibus male opera collocatur, quanquam hos Virgilius improbat, vs. 179. 'Difficiles primum terræ, collesque maligni.'

<sup>v</sup> *Nec campi*] Id nempe reprehendit, quod vulgus jactitat, venitque in usum proverbii, et est apud Nasonem de Remed. Amor. I. 369. tantummodo 'perflare altissima ventos.'

<sup>w</sup> *Diximus vites*] Nempe in Ravennati agro, XIV. 4.

nium rerum sunt quædam in alto secreta, et suo cuique corde pervidenda.<sup>11</sup>

Quid quod mutantur sæpe iudicata quoque ac diu comperta? <sup>12</sup> In Thessalia<sup>x</sup> circa Larissam emisso lacu frigidior facta ea regio est, oleæque desierunt, quæ prius fuerant. Item vites<sup>y</sup> aduri, quod non antea, Ænos sensit admoto Hebro. Et circa Philippos<sup>z</sup> cultura siccata regio mutavit cœli habitum.<sup>13</sup> At in Syracusano<sup>a</sup> agro advena cultor, elapidato solo,<sup>b</sup> perdidit fruges luto, donec<sup>14</sup> regessit lapides. In Syria<sup>15c</sup> levem tenui sulco imprimunt vomerem, quia subest saxum exurens æstate semina. Jam in quibusdam locis similes æstus immodici, et frigorum effectus. Est fertilis Thracia frugum, rigore: <sup>16</sup> æstibus, Africa et Ægyptus. In Chalcia<sup>d</sup> Rhodiorum insula locus quidam est in tantum fœcundus, ut suo tempore satum demetant hordeum, sublatumque protinus serant, et cum aliis frugibus metant. Glareosum<sup>e</sup> oleis solum aptissimum in Venafrano, pinguiissimum in Bætica. Pucina<sup>17</sup> vina<sup>f</sup> in saxo coquantur. Cæcubæ vites in Pomp-



Dalec. providenda; Vet. ejusdem, *pravidenda*.—12 Cliffi. *et diu compressa*; codd. bini Dalec. *ac diu compressa*; alii ap. Dalec. *ac diu comprehensa*.—13 Cod. Dalec. *ambitum*.—14 Duo codd. Dalec. et Const. *luto solo perdidit fruges donec*.—15 In *Sicilia* cod. Dalec. et sic ipse Plinius xi. 6.—16 Cod. Dalec. *frigore*.—17 *Punica* duo codd. Dalec. cdd. vett. et Gronov.—18 Ita

#### NOTE

<sup>x</sup> *In Thessalia*] Hæc a Theophr. de Causis v. 20. pag. 345.

<sup>y</sup> *Item vites*] Theophr. loc. cit. etsi corrupto Græco codice Ænos ibi prætermittitur sit. Cetera singularum ejuscemodi mutationum causas erudite Græcus scriptor persequitur. De Æno oppido, Hebroque amne, et Philippis, diximus in Geographicis lib. iv.

<sup>z</sup> *Et circa Philippos*] Theophr. loc. cit.

<sup>a</sup> *At in Syracusano*] E Theophr. iii. de Causis 25. pag. 290.

<sup>b</sup> *Elapidato solo*] Cum lapides ex agro sustulisset.

<sup>c</sup> *In Syria*] Theophr. loco proxime cit.

<sup>d</sup> *In Chalcia*] Sive Chalce, de qua v. 36.

<sup>e</sup> *Glareosum*] Colum. v. 8. pag. 194. 'Aptissimum genus terræ est oleis, cui glarea subest, si superposita creta sabulo admixta est. Non minus probabile est solum, ubi pinguis sabulo est,' &c.

<sup>f</sup> *Pucina vina*] Crescunt, inquit, maturanturque vina Pucina in saxo-



tinis<sup>g</sup> paludibus madent. Tanta est argumentorum, ac soli<sup>18</sup> varietas, ac differentia. Cæsar Vopiscus,<sup>h</sup> cum causam apud censores ageret, ‘campos Roseæ<sup>19</sup><sup>i</sup> dixit Italiæ sumen esse, in quibus perticas pridie relictas gramen operiret:’ sed non nisi ad pabulum probantur. Non tamen<sup>j</sup> indociles natura nos esse voluit, et vitia confessa<sup>20</sup> fecit, etiam ubi bona certa non fecerat. Quamobrem primum crimina dicamus.

(v.) Terram<sup>21</sup> amaram, sive macram,<sup>k</sup> si quis probare velit, demonstrant eas atræ<sup>22</sup> degeneresque herbæ: frigidam autem retorrìde nata.<sup>l</sup> Item uliginosam<sup>m</sup> tristia: rubricam oculi, argillamque, operi difficillimas, quæque rastros ac vomeres ingentibus glebis onerent: <sup>23</sup> quanquam



codd. Harduini et Chiffi. cum edd. recentt. *agrorum et soli* Vet. Dalec. *argumentorum, et soli* edd. vett. et Gronov.—19 ‘*Rosicæ* Chiffi. *Rosciæ* alii. Campus est agri Reatini, ducatus Spoletini.’ Dalec. Mox, dicit *Italiæ*, &c. cod. Dalec.—20 Duo codd. Dalec. *vitam conversam*.—21 *Terrarum* Vet. Dalec.—22 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *eam atræ* Gronov. et vulgg. *eam macræ* Vet. Dalec.—23 Vet. Dalec. *oculi et argillosum, quæ operi difficillima rastros, &c. onerat*. Idem mox, aliquando non quod operi; cod. Dalec. non ali-

#### NOTÆ

so solo. Plinius, XIV. 8. ‘Julia Augusta LXXXII. annos vitæ Pucino vino retulit acceptos . . . Gignitur in sinu Adriatici maris, non procul a Timavo fonte, saxeo colle, maritimo afflatu, paucas coquente amphoras.’ In quibusdam libris *Punica* perperam legas.

<sup>g</sup> *In Pomptinis*] Sive Pontinis, de quibus III. 9.

<sup>h</sup> *Cæsar Vopiscus*] Hoc ex Varrone de Re Rust. I. 7. pag. 51. ‘Cæsar Vopiscus ædilitius, causam cum ageret apud Censores, Campos Roseæ Italiæ dixit esse sumen, in quo relictæ perticæ postridie non appareret propter herbam.’

<sup>i</sup> *Campos Roseæ*] De his egimus III. 17.

<sup>j</sup> *Non tamen*] Non tamen nescire

nos natura voluit, quæ sciri oporteret.

<sup>k</sup> *Terram amaram, sive macram*] Hoc est, sive amaram, salsamque, sive macram, (sunt enim diversæ.) iisdem signis deprehendes. Vide Notas et Emend. num. 5.

<sup>l</sup> *Retorrìde nata*] Velut frigore adustæ herbæ, et, ut Palladius ait I. 5. pag. 5. ubi vim ejus vocis explanat, naturalis succi egentes.

<sup>m</sup> *Uliginosam*] Semper humidam, quod in loco præsertim æquo contingit, cum aquæ non habent delapsum, ut loquitur Varro I. de Re Rust. 6. Quod si modice humida terra sit, tunc ‘dulci uligine læta’ intelligitur, qualis a Marone laudatur Georg. II. 184.

non quod operi, hoc et fructui sit adversum. Item e contrario cineraceam, et sabulum album. Nam sterilis densa callo facile deprehenditur,<sup>e</sup> vel uno ictu cuspidis. Cato breviter atque ex suo more vitia determinat: 'Terram cariosam<sup>n</sup> cave neve plaustro, neve pecore impellas.' Quid putamus hac appellatione ab eo tantopere reformidari, ut pæne vestigiis quoque interdicat? Redigamus<sup>24</sup> ad ligni cariem, et inveniemus illa, quæ in tantum abominatur, vitia, aridæ, fistulosæ,<sup>p</sup> scabræ, canescentis, exesæ, et pumicosæ.<sup>25</sup> Plus dixit una significatione, quam possit ulla copia sermonis enarrari. Est enim interpretatione<sup>26</sup> vitiorum quædam, non ætate, (quæ nulla<sup>q</sup> in ea intelligi potest,) sed natura sua, anus terra: et ideo infœcunda ad omnia, atque imbecilla.

Idem agrum<sup>r</sup> optimum judicat ad radicem montium planitie in meridiem excurrente, qui est totius Italiæ<sup>s</sup>

<sup>e</sup> Nam quæ sterilis est terra, densa est, ac duritie, quæ calli instar est, facile deprehenditur.



quando.—24 Ita ex codd. emend. Harduin. et Pintian. ita quoque edd. recentt. *Redeamus* edd. vett. et Gronov.—25 Cod. Dalec. *ex se pumicosæ*.—26 Idem codex: *enarrare. Est enim in tentatione*.—27 Ita Harduin. 1. 2. 3.

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Terram cariosam*] Cato de Re Rust. cap. 5. pag. 11. 'Terram cariosam caveto ne ares, neve plostrum, neve pecus impellas: si ita non caveris, quo impuleris, triennii fructum amittes.'

<sup>o</sup> *Redigamus*] Ita Mss. Reg. &c. non *redeamus*, ut in editis prave.

<sup>p</sup> *Aridæ, fistulosæ*] Columella II. 4. pag. 47. 'Quam terram rustici variam cariosamque appellant, ea est, cum post longas siccitates levis pluvia superiorem partem glebarum madafacit, inferiorem non attingit. . . . Quæ sic subacta sunt arva, continuo triennio sterilitate afficiuntur.' Vide quæ de terra varia dicturi sumus

XVIII. 49.


<sup>q</sup> *Non ætate, (quæ nulla]* 'Falso credit Tremellius,' inquit Columella II. 1. pag. 37. 'parentem omnium terram, sicut muliebrem sexum, ætate anili jam confectam,' progenerandis esse fœtibus inhabilem,' &c.

<sup>r</sup> *Idem agrum*] Cato cap. 1. pag. 6. 'Si poteris, sub radice montis siet, in meridiem spectet.'

<sup>s</sup> *Qui est totius Italiæ]* Plinius III. 6. de Italia: 'Incedit per maria cœli regione ad meridiem quidem; sed si quis id diligenti subtilitate exigat, inter sextam horam primamque brumalem.'

situs: terram vero teneram<sup>t</sup> quæ vocetur pulla. Erit igitur hæc optima et operi, et satis.<sup>27 u</sup> Intelligere modo libeat dictam mira significatione teneram: et quicquid optari debet, in eo vocabulo invenietur. Illa temperatæ ubertatis, illa mollis facilisque culturæ, nec madida, nec sitiens. Illa post vomerem nitescens: qualem fons ingeniorum Homerus<sup>v</sup> in armis a Deo cælatam dixit, addiditque<sup>w</sup> miraculum nigrescentis,<sup>28</sup> quamvis fieret in auro.<sup>29 x</sup> Illa quam recentem exquirunt improbæ alites, vomerem comitantes, corvique<sup>y</sup> aratoris vestigia ipsa rodentes.<sup>30</sup>

Reddatur hoc in loco luxuriæ quoque sententia et aliqua in propositum. Certe Cicero, lux doctrinarum altera: <sup>z</sup> ‘Meliora,’ inquit, ‘unguenta sunt, quæ terram,<sup>a</sup> quam quæ crocum sapiunt.’ Hoc enim maluit dixisse, quam redolent. Ita est profecto: illa erit<sup>31</sup> optima, quæ unguenta sapiat. Quod si admonendi sumus, qualis sit terræ odor ille qui quæritur, contingit sæpe etiam quiescente<sup>32</sup> ea<sup>b</sup> sub oc-



et recentt. et operi satior Gronov. et vulgg. et operi sana cod. Dalec. et operi sacra, i. e. dicata, Turneb. et operi satia Chiffi.—28 Cod Dalec. miraculum increscentis.—29 Codd. Dalec. et Chiffi. ex auro.—30 Nic. Heinsius Adv. II. I. p. 205. ex codd. legit: Illa terra, quam . . . rodentes. Vet. Dalec. etiam rodentes.—31 Cod. Dalec. illu enim erit.—32 Quidam ap. Dalec. humescente.

## NOTÆ

<sup>t</sup> *Terram vero teneram*] Cato cap. 151. ‘Quo pacto cupresseta seri oporteat. . . . Per ver serito in loco, ubi terra tenerissima erit, quam pulnam vocant.’

<sup>u</sup> *Et operi, et satis*] Et rastris vomeribusque facilis, et frugibus læta. Vide Notas et Emend. num. 6.

<sup>v</sup> *Homerus*] Iliad. Σ. 541. ‘Ἐν δ’ ἐτίθει νεῖδον μαλακὴν, πείριαν ἄρουραν, κ. τ. λ.’

<sup>w</sup> *Addiditque*] Ibid. vs. 547. ‘Ἡ δὲ μελαίνετ’ ὑπισθεν, ἀρηρομένη δὲ ἐψκει, Χρυσείη περ εὐόσα τὸ δὴ περὶ θαυμ’ ἐτέτυκτο. Novale, quod erat proscissum, nigrescebat a tergo, et arata terra simile erat, quamvis in auro id exhibere-

Delph. et Var. Clas.

*tur: id vero ingenis miraculum fuit.*

<sup>x</sup> *Fieret in auro*] Mss. omnes, ex auro.

<sup>y</sup> *Corvique*] Id vero corvis familiare idcirco potius quod semina, quam quod recentem terram exquirant. Nam ut Macrobius ait, Saturn. VII. 5. ‘corvos videmus universis inhiare seminibus:’ quod et Sacri Codices commemorant, Luc. XII. 24.

<sup>z</sup> *Lux doctrinarum altera*] Post Homerum, qui, uti dictum est proxime, fons ingeniorum fuit.

<sup>a</sup> *Quæ terram*] Vide quæ jam antea diximus XIII. 4.


<sup>b</sup> *Quiescente ea*] Nec aratro scissa aut commota.

Plinius.

8 F

casum Solis, in quo loco arcus <sup>c</sup> cœlestis dejecerit capita sua; et cum a siccitate <sup>d</sup> continua immaduit imbre: tunc emittit illum suum halitum divinum ex Sole <sup>33</sup> conceptum, cui comparari suavitas nulla possit. Is esse odor in comota debet, repertusque neminem fallit: <sup>34</sup> ac de terra odor optime judicabit. Talis fere est in novalibus cæsa vetere sylva, <sup>e</sup> quæ consensu laudatur. <sup>35</sup>

Et in frugibus quidem ferendis eadem terra utilior intelligitur, quoties intermissa cultura quievit: quod in vineis non fit. Eoque diligentius eligenda est, ne vera existat opinio eorum, <sup>f</sup> qui jam Italiæ terram existimavere lassam. Operis quidem <sup>g</sup> facultas in aliis generibus constat et cœlo: nec potest arari post imbres aliqua, ubertatis vitio <sup>h</sup> lentes-



Mox, cod. Dalec. *occasu Solis*.—33 Chiff. *et solem*.—34 Cod. Dalec. *fallit*. Mox, duo codd. Dalec. *ac de terræ odore*; unde ille legit, *Sic de terra odor optime*, &c.—35 Cod. Dalec. *laudantur*, sub. ‘novalia.’—36 Duo codd. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>c</sup> *In quo loco arcus*] Egimus de ea re jam dudum XII. 52.

<sup>d</sup> *Et cum a siccitate*] Cum æstivo tempore solo adusto imbres accesserint, inquit Theophr. de Causis VI. 25. p. 382. Martial. III. 65. ‘Pallidus Eoo thure quod ignis olet: Gleba quod æstivo leviter cum spargitur imbre,’ &c.

<sup>e</sup> *Cæsa vetere sylva*] Quam potissimum Maro laudat, ut diximus paulo antea, ‘Unde iratus sylvam devexit arator, Et nemora evertit,’ &c.

<sup>f</sup> *Opinio eorum*] Tremellii Scrofa videlicet, aliorumque, uti ex Columella discimus, cujus perelegans de hoc argumento oratio est, tum in præfatione operis, tum II. 1. ‘Quæris,’ inquit, ‘ex me, Publi Sylvine, cur priore libro veterum opinionem ferme omnium, qui de cultu agrorum locuti sunt, a principio confestim repulerim, falsamque sententiam repudiaverim, censentium longo ævi

situ, longique jam temporis exercitatione fatigatam et effœtam humum consenuisse. Nec te ignoro, cum et aliorum illustrium scriptorum, tum præcipue Tremellii auctoritatem revereri, qui cum plurima rusticarum rerum præcepta simul eleganter et scite memoriæ prodiderit, videlicet illectus nimio favore priscorum, de simili materia disserentium, falso credidit parentem omnium terram, sicut muliebrem sexum, ætate anili jam confectam, prognerandis esse fœtibus inhabilem,’ &c. De Scrofa Tremellio agemus in Auctorum Indice.

<sup>g</sup> *Operis quidem*] Arandi proscindendique soli facilitas in aliis terrarum generibus a cœlo pendet.


<sup>h</sup> *Ubertatis vitio*] Ob pinguitudinem, quæ ubertatem facit, cum vomere scinditur, lentescit, nec friabilis est, solubilisque in pulverem.

cens. Contra, in Byzacio<sup>i</sup> Africæ illum centena quinquagena fruge fertilem campum, nullis cum siccus est<sup>36</sup> arabilem tauris, post imbres vili asello,<sup>j</sup> et a parte altera jugi, anu vomerem trahente, vidimus scindi. Terram enim<sup>37</sup> terra emendari (ut aliqui<sup>k</sup> præcipiunt) super tenuem pingui injecta, aut gracili bibulaque super humidam ac præpinguem, dementia operæ est. Quid potest sperare qui talem colit?<sup>38</sup>

IV. (VI.) Alia est ratio, quam Britannia et Gallia invenere alendi eam ipsa:<sup>a</sup> quod genus vocant<sup>l</sup> margam.<sup>b</sup> Spissior ubertas in ea intelligitur.<sup>a 2</sup> Est autem quidam terræ adeps, ac velut glandia in corporibus, ibi densante<sup>c</sup> se pinguitudinis nucleo.

(VII.) Non omisere et hoc Græci: quid enim intentatum

<sup>a</sup> *Major frugum ubertas in marga posita esse deprehenditur.*



*siccum est. Paulo post, duo codd. Dalec. et Chiffi. jungi anum vom. trahentem, &c. unde Dalecampius legit: vili asel. vidimus scindi, et a par. alt. jungi anum vom. trahentem.—37 Terram etiam Vet. Dalec.—38 Cod. Dalec. dementia operæ est, quod potest superari qui colit terram; duo alii codd. dementia operæ est. Quid potest sperare qui colit talem? Chiffi. dementia operæ est. Quid pot. sper. qui alit talem? Gronov. et al. ante Harduin. quod enim potest, &c.*

CAP. IV. 1 Cod. Dalec. alendi ea ipsi, genusque quod vocant. Dalec. legit: alendi eam. Gypsi genus est quod vocant. Cod. Dalec. marlam pro margam.—

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *In Byzacio]* De eo jam diximus v. 3. Sed ibi centesima tantum fruge reddere sænus terra dicitur forte mendose, pro centena quinquagena; cum xviii. 21. 'e medio,' ut ipse ait, 'in Byzacio Africæ campo, centeni quinquageni modii reddantur.'

<sup>j</sup> *Vili asello]* De asinorum ministerio in arando diximus viii. 68.

<sup>k</sup> *Ut aliqui]* Apud Theophr. de Causis iii. 25. p. 289. quod et ipse Theophrastus probat argumentis non adeo pœnitendis. Atque id quidem Ubios, quanquam gentium solos, usurpare, cap. seq. dicitur.

<sup>a</sup> *Alendi eam ipsa]* Terram terra

alendi.

<sup>b</sup> *Margam]* Ita Mss. omnes. Posteriores *Margilam* dixerunt, mox et *Marlam*, unde nostri *Marle*, *Margne*, et *Marne*. Edictum Pistense Caroli Calvi, laudatum a D. Du-Cange, § 29. 'Margilam, et alia quæque caricare.' Multa de ea Cæsius de Mineral. ii. 2. p. 144. et Georg. Agricola lib. ii. de Natura Fossil. p. 188. et 189. Fossas unde marga seu marla eruitur, Galli vocant *Marlières*.

<sup>c</sup> *Ibi densante]* Ibi densante se et cogente velut in nucleum callumque terræ pinguitudine.

illis? *Leucargillon*<sup>3 d</sup> vocant candidam argillam, qua in Megarico agro utuntur, sed tantum in humida frigidaque terra.

Illam Gallias Britanniasque locupletantem cum cura dici convenit. Duo genera fuerant. Plura<sup>5</sup> nuper exerceri cœpta proficientibus ingeniis. Est enim alba, rufa,<sup>6</sup> columbina, argillacea, tofacea, arenacea. Natura duplex: aspera, aut pinguis. Experimenta utriusque in manus:<sup>b</sup> ususque geminus, aut ut fruges tantum alant, aut edant et pabulum.<sup>7 c</sup> Fruges alit tofacea, albaque, si inter<sup>8</sup> fontes reperta est ad infinitum fertilis, verum aspera tractatu, et si nimia injecta est, exurit solum.<sup>9</sup> Proxima est rufa, quæ vocatur *acaunumarga*,<sup>10 f</sup> intermixto lapide terræ minutæ, arenosæ. Lapis contunditur<sup>g</sup> in ipso campo: primisque annis stipula<sup>h</sup> difficulter cœditur propter lapides. Impendio tamen minimo levitate,<sup>11</sup> dimidio minoris quam ceteræ,<sup>c</sup> invehitur. Inspergitur rara: sale eam misceri

<sup>b</sup> *Manu, ac tractatu, differentia utriusque agnoscitur.*

<sup>c</sup> *Ob levitatem, dimidio minore quam ceteræ sunt invehitur.*



2 Vet. Dalec. ex ea colligitur.—3 *Leucargillon* cod. Dalec. *Leucargilion* Chiff. —4 Chiff. *quam in.*—5 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *illa Gall. B. locupletantia cum cura dici convenit duo genera. Fuerant plura* cod. Dalec. *illas . . . locupletantes, &c.* Gronov. et vulgg.—6 Codd. duo Dalec. *rosea*; Chiff. *rosa.*—7 Codd. duo Dalec. *aut eadem et pabulum.*—8 'Ita bene Mss. Reg. 1. et 2. et Editio princeps. Sic quoque legendum optime viderat eruditus Petavius. Perperam recentiores editiones: *fruges alit tofacea alba, quæ si sit inter.*' Brotier. *tophacea. Alba sit inter* cod. Dalec. *tofacea alba, quæ si sit inter* Gronov. et al. vett. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—9 Uterque Cod. Dalec. *tactu: nimia si injecta est, exurit sole.*—10 Ita codd. Harduin. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *capnamurgos* Gronov. et vulgg.—11 *Margo* edd. Dalec. et Gronov. *minima levitate.*—12 Dalec.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Leucargillon*] Voce conflata e duabus, λευκός et ἄργιλλος.

<sup>e</sup> *Aut edant et pabulum*] Non frugum modo fertiles sint, verum etiam et pabuli. Sic glyssomarga versa vice mox dicetur pabuli, quam frugum, fertiliior.

<sup>f</sup> *Acaunumarga*] Sic Mss. Reg. Colb. Th. Chiff. non *capnamurgos*. Hoc

est, citra amarorem marga, ab à privativo, et *καρπὸν*, amarum, atque ob id malum.

<sup>g</sup> *Contunditur*] Plerique nunc sicut gelu resolvi, et tempestatibus.

<sup>h</sup> *Stipula*] Ægre stipula secatur, messisque peragitur, occursu assiduo lapidum.

putant.<sup>12</sup> Utrumque hoc genus semel injectum in quinquaginta annos<sup>1</sup> valet, et frugum et pabuli ubertate.

(VIII.) Quæ pingues esse sentiuntur, ex his præcipua alba. Plura ejus genera.<sup>j</sup> Mordacissimum, quod supra diximus. Alterum genus albæ cretæ argentaria est.<sup>13</sup> Petitur ex alto, in centenos pedes actis plerumque puteis; ore angustatur:<sup>14</sup> intus,<sup>k</sup> ut in metallis, spatiente vena. Hac maxime Britannia utitur. Durant<sup>15</sup> 1 annis LXXX. Neque est exemplum ullius qui bis in vita hanc eidem injecerit. Tertium genus candidæ, glyssomargam<sup>16</sup> vocant. Est autem creta fullonia mixta pingui terra, pabuli quam frugum fertilior, ita ut messe sublata ante sementem alteram lætissimum<sup>17</sup> secetur.<sup>n</sup> Dum in fruge est, nullum aliud<sup>o</sup> gramen emittit.<sup>18</sup> Durat xxx. annis: densior justo Signini<sup>19</sup> modo<sup>p</sup> strangulat solum. Columbiam Galliæ

sole eam dissolvi, et cum terra misceri putant.—13 Vet. Dalec. creta argumentaria est; Chiff. creta alimentaria est; Dalec. legit, creta argillosa est.—14 'Ita bene codd. Regg. 1. 2. In Ed. principe aliisque, ore angustatis.' Brotier. Vet. Dalec. ore angustis.—15 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. Durat Gronov. et al. ante Harduin.—16 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. glyssomargam Chiff. glischromargon Gronov. et vulgg.—17 Gronov. latissimam.—18 Chiff. germen mittit.—19 Ita codd. Harduini, uterque Dalec. Turneb. et Chiff.

## NOTE

<sup>i</sup> In quinquaginta annos] In Gallia ad decem tantum, hac ætate.

<sup>j</sup> Plura ejus genera] Margæ nimirum albæ: alterum genus mordacissimum, quod et asperum, et exurens solum, de quo proxime dictum est: pingue alterum, e genere albæ cretæ, argentarium vocatur: quoniam nitorem argento reddit, ut dicitur xxxv. 58. non, uti Cardanus somniavit, quod ex ea creta possit argentum detrahi. Utuntur ea fabri argentarii ad argentea vasa polienda: ut Tripoli, seu Tripolitana terra, ad aurea æreave.

<sup>k</sup> Intus] Intus expatiente fossura, ut in fodinis metallicis: quarum os pariter angustum, subterranei deinde meatus longissime expatiantur.

<sup>1</sup> Durant] Ita Mss. Albæ nimirum cretæ geminæ.

<sup>m</sup> Glyssomargam] Sic restitimus eam vocem, ex fide codicum Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. Th. Chiff. etsi in editis *Glischromargon* legitur, quod ex Anglico *Glister*, fulgere, deduci volunt, qui vocum origines sectantur. Nos a *γλύσσων* deducimus, quam vocem Aristophanes pro *γλυκύτερος*, dulcior, usurpavit: ut hoc margæ genus videlicet, cum altero collatum, quod *acaunumargam* veteres dixere, hoc est, sine amaritudine, dulcius eo esse intelligatur.

<sup>n</sup> Lætissimum secetur] Nempe pabulum.

<sup>o</sup> Nullum aliud] Gramen aliud nasci non sinit.

suo nomine eglecopalam<sup>1</sup> appellant: <sup>20</sup> glebis excitatur<sup>r</sup> lapidum modo: Sole et gelatione ita solvitur, ut tenuissimas bracteas faciat. Hæc ex æquo fertilis.<sup>s</sup> Arenacea utuntur, si alia non sit: in uliginosis vero, et si alia sit.<sup>21</sup> Ubios gentium solos novimus, qui fertilissimum agrum colentes, quacumque terra<sup>t</sup> infra tres pedes effossa, et pedali crassitudine injecta lætificent. Sed ea non diutius annis x. prodest.<sup>22</sup> Ædui et Pictones calce uberrimos fecere agros: quæ sane et oleis et vitibus utilissima reperitur. Omnis autem marga arato<sup>23</sup> injicienda<sup>u</sup> est, ut medicamentum rapiatur: et fimi desiderat aliquantulum, quæ primo plus aspera, et quæ<sup>24</sup> in herbas non effunditur: alioqui<sup>25</sup> novitate, quæcumque fuerit, solum lædet, ne sic quidem primo post anno fertilis. Interest et quali solo quærat. Sicca enim humido melior, arido pinguis. Temperato<sup>26</sup> alterutra, creta vel columbina, convenit.



nempe ruderis e signino<sup>r</sup> opere. Ita quoque Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Cymini* Gronov. et vulgg.—20 Ita Chiff. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Gallia*, §c. appellat Gronov. et vulgg.—21 Cod. Dalec. et Vet. ejusdem, *in ulig. vorticibus et si*, §c.—22 Cod. Dalec. *diutius prodest*, omissis annis X.—23 Cod. Dalec. *aratro*.—24 Dalec. *rapiatur*. *Fimi*, §c. *plus justo aspera est*, et *quæ*.—25 Gronov. *alioquin*.—26 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Temperatæ* Gronov. et vulgg. *Temperat* Franz. operarum lapsu.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Signini modo*] Glyssomarga, inquit, cum densius quam par est injecta fuerit, Signini operis modo, strangulat, consternit, occluditque solum, ut sata veluti suffocatum haud proferat. Signini operis pavimenti-que faciendi ratio a Plinio traditur, xxxv. 46. Vide Notas et Emend. num. 7.

<sup>1</sup> *Eglecopalam*] Ita Mss. omnes. Celticum nomen esse Plinius aperte monet: quare displicet Hermolai conjectura legentis: *e Græco pelan*: ut sit sententia Gallias a Græco acceptum nomen corrupisse in suum. Græce enim *πελειὰς* columba dicitur, quæ livido colore: unde et nomen margæ columbinæ.

<sup>r</sup> *Glebis excitatur*] E terra majores ejus margæ moles seu glebæ extrahuntur, ut lapides e lapacidinis: eadem in tennes bracteas sole ac gelu solvuntur.

<sup>s</sup> *Hæc ex æquo fertilis*] Pabuli nimirum, et frugum.

<sup>t</sup> *Quacumque terra*] Lætum agrum, inquit, uberemque faciunt, cum terram infra tres pedes effossam, steriliori solo injiciunt pedali crassitudine.

<sup>u</sup> *Arato injicienda*] Ubi jam solum aratum est: ut terra facilius vim margæ medicatam et salubrem hauriat. In libris quibusdam *aratro*: male.



v. (IX.) Transpadanis cineris usus<sup>a</sup> adeo placet, ut anteponant fimo jumentorum: quod quia levissimum est,<sup>1</sup> ob id exurunt. Utroque tamen pariter non utuntur in eodem arvo, nec in arbustis cinere, nec quasdam ad fruges, ut diximus.<sup>2 b</sup> Sunt qui pulvere<sup>c</sup> quoque uvas ali judicent, pubescentesque pulverent, et vitium arborumque radicibus aspergant. Quod certum est Narbonensi provinciæ, et vindemias certius sic eo coqui,<sup>3</sup> quia plus pulvis ibi, quam Sol, confert.

vi. Fimi plures differentiæ: ipsa res antiqua.<sup>1</sup> Jam apud Homerum regius senex<sup>d</sup> agrum ita suis manibus<sup>2</sup> lætificans reperitur. Augeas<sup>e</sup> rex in Græcia excogitasse<sup>3</sup> traditur: divulgasse vero Hercules in Italia, quæ regi suo Stercutio<sup>4 f</sup> Fauni filio ob hoc inventum immortalitatem



CAP. v. 1 Vet. Dalec. *letissimum est*. Dalecampius vero legit, *qui quia lenissimum est*.—2 Codd. Dalec. et Chiffi. *ut dicimus*.—3 Alii ap. Dalec. *vindemiæ citius eo coquantur*; alii ibid. *asperant*. *Narb. provinciæ et vind. citius eo coqui*.

CAP. vi. 1 Vet. Dalec. *ipsa re antiqua*.—2 Hæc, *suis manibus*, desunt in cod. Dalec.—3 Chiffi. *hæc excogitasse*; alii ap. Dalec. *id excogitasse*.—4 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. eum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Sterculio* Lactant. et Tertul. *Sterquilino* alii ap. Dalec. *Stercutio* Gronov. et

#### NOTE

<sup>a</sup> *Cineris usus*] De quo Virgil. Georg. i. 80. ‘Ne saturare fimo pingui pudeat sola: neve Effætos cinerem immundum jactare per agros.’ Quæ porro traduntur a Marone agricolationis præcepta, ea sunt ex Italiæ Circumpadanæ ritu petita, ut Plinius adnotavit, xviii. 30.

<sup>b</sup> *Ut diximus*] Cap. 3. his verbis: ‘Quippe non eadem arboribus convenit et frugibus plerumque.’

<sup>c</sup> *Sunt qui pulvere*] Hanc pulveris excitationem, quæ fossione fit, cum pubescunt uvæ, hoc est, cum nigrescere incipiunt, laudat etiam Theophr. de Causis iii. 22. p. 285. Τὴν δ' ὑποκόνισιν . . . ὕταν ἄρχονται περκάζειν οἱ βότρυες, κ. τ. λ.

<sup>d</sup> *Apud Homerum regius senex*] Læir-

tes. Cic. de Senect. cap. 54. ‘Quid de utilitate loquar stercorandi? Homerus . . . Læirtem lenientem desiderium, quod capiebat e filio, colentem agrum, et eum stercorantem facit.’ Homeri versus est ejusmodi, Odyss. Ω. 225. Τὸν δ' οἶον πατέρ' εὔρεν ἐυκτιμένην ἐν ἄλωῳ, Λιστρεύοντα φυτόν. Ubi illud *λιστρεύοντα*, *stercorantem* Cicero et Plinius reddiderunt.

<sup>e</sup> *Augeas*] Ille Eleorum rex, quem Hercules sustulit. Inde paræmia, ‘Augiæ stabulum.’

<sup>f</sup> *Stercutio*] Ita Mss. non *Stercutio*. Isidorus Orig. xvii. 1. ‘Stercorandi agri rationem primus induxit quidam nomine Stercutus in Italia, cujus ara a Pico dedicata est Romæ.’ Sed rectius forte *Sterculus*, uti legimus

tribuit. M. Varro<sup>g</sup> principatum dat turdorum fimo ex aviariis: quod etiam pabulo<sup>h</sup> boum suumque magnificat: neque alio cibo celerius pinguescere asseverat. De nostris<sup>i</sup> moribus bene sperare est, si tanta apud majores fuere aviaria, ut ex his agri stercorarentur. Proximum<sup>j</sup> Columella columbariis, mox gallinariis facit, natantium alitum damnato. Ceteri auctores<sup>k</sup> consensu humanas dapes<sup>l</sup> ad hoc inprimis advocant. Alii ex his<sup>m</sup> praeferunt hominum potus, in coriariorum<sup>n</sup> officinis pilo madefacto. Alii per sese,<sup>n</sup> aqua iterum, largiusque etiam, quam cum bibitur,



vulg. —5 Chiff. *coriorum*. —6 Ita edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Quippe potus tum mage domandus, &c.* alii ap. Dalec. *Quippe plus jam ibi miscendus ac domandus est alii ap. eund. Q. plus jam ibi male, &c.* Gronov. et vulgg. *doman-*

#### NOTÆ

apud Tertull. in Apolog. c. 25. et ad Nation. II. 9. et apud Prudent. in Hymno S. Laurentii, vs. 450. Macrobius Saturn. I. 7. p. 218. Saturnum hunc fuisse censet, 'Stercutum dictum, quod primus stercore fecunditatem agris comparaverit.'

<sup>g</sup> *M. Varro*] De Re Rust. I. 38. 'Stercus optimum scribit Cassius esse volucrum, præter palustrium, ac nantium. De his præstare columbinum, quod sit calidissimum, ac fermentare possit terram. Id ut semen aspergi in agro oportere, non ut de pecore acervatim poni. Ego arbitror præstare ex aviariis turdorum, ac merularum: quod non solum ad agrum utile, sed etiam ad cibum, ita bubus, ac suibus, ut fiant pingues.'

<sup>h</sup> *Quod etiam pabulo*] Ad pabulum et cibum boum suumque.

<sup>i</sup> *De nostris*] Non adeo damnandi mores nostri videntur.

<sup>j</sup> *Proximum*] Columella de Re Rust. II. 15. p. 70. 'Tria igitur stercoris genera sunt præcipua: quod ex avibus, quod ex hominibus, quod ex pecudibus confit. Avium primum habetur, quod ex columbariis egeratur:

deinde, quod gallinæ, ceteræque volucres edunt, exceptis tamen palustribus, aut nantibus, ut anatis et anseris: nam id noxium quoque est. Maxime tamen columbinum probamus. . . . Secundum deinde, quod homines faciunt,' &c.


<sup>k</sup> *Ceteri auctores*] Theophr. Hist. VII. 5. Varro, et Colum. loc. cit.

<sup>l</sup> *Humanas dapes*] Excrementa ciborum sic caste circumloquitur.

<sup>m</sup> *Alii ex his*] Alii, inquit, humanum lotium anteponunt, cum pilo qui in coriariorum officinis fuerit eo lotio madefactus. Hæc coriariorum recrementa sordesque cum lotio pariter commendat inprimis auctor Geopon. II. 20. p. 59. Καὶ ὁ μέγιστόν ἐστι, καὶ καθ' ἑαυτὸ μείζον ὠφέλοῦν πάντα τὰ φυτὰ. . . . τὸ οὖρον τὸ ἀνθρώπειον. . . ἀλλὰ καὶ τὴν τῶν σκυτοδεψῶν ἀκαθάρσιαν. Quin et Theophr. addit de Causis II. 23. p. 287. eo stercore nonnulla ex sylvestrium numero in urbanum habitum transiisse.

<sup>n</sup> *Alii per sese*] Alii lotium sen urinam adhibent solam, ac sine coriariorum recrementis admixtis, addita tantum aqua, ne agrum perurat. Co-

admixta. Quippe plus jam ibi mali<sup>o</sup> domandum est,<sup>6</sup> cum ad virus illud vini homo accesserit. Hæc sunt certamina, quibus invicem ad tellurem quoque alendam utuntur homines. Proxime<sup>p</sup> spurcitas suum laudant. Columella solus<sup>q</sup> damnat.<sup>7</sup> Alii cujuscumque quadrupedis ex cytiso:<sup>8</sup> aliqui columbaria<sup>r</sup> præferunt. Proximum deinde<sup>s</sup> caprarum est, ab hoc ovium, deinde boum, novissimum jumentorum. Hæc fuere apud priscos differentiæ, simulque præcepta (ut invenio) re tali utendi, quando et hic vetustas utilior:<sup>t</sup> visumque jam est apud quosdam provincialium, in tantum abundante geniali<sup>u</sup> copia pecudum, farinae vice<sup>v</sup> cribris superinjici, foetore aspectuque, temporis viribus,<sup>w</sup> in quandam etiam gratiam mutato. Nuper repertum, oleas gaudere maxime cinere e calcariis<sup>x</sup> fornacibus.<sup>10</sup>



*us* etiam cod. Dalec.—7 *Columella suum damnat* Chiffli.—8 Cod. Dalec. *exitiosum*. Mox, Vet. Dalec. *columbarias*, sub, ‘spurcitas;’ cod. Dalec. *columbarium*; alii vett. *columbarum*.—9 Cod. Dalec. *vicibus*.—10 *Vox fornacibus*

## NOTE

lumella II. 15. ‘Aptior est tamen surculis hominis urina, quam sex mensibus passus fueris veterascere; si vitibus aut pomorum arboribus adhibeas, nullo alio magis fructus exuberat: nec solum ea res majorem facit proventum, sed etiam saporem et odorem vini pomorumque reddit meliorem.’

<sup>o</sup> *Quippe plus jam ibi mali*] Plus, inquit, vitii corrigendum emendandumque est, cum ad virus, quod vinum habet in se, etiam illud accesserit, quod ex humano traxit corpore, per quod potus transmeat. In quibusdam libris *male*, pessime.

<sup>p</sup> *Proxime*] Theophr. loc. cit.

<sup>q</sup> *Columella solus*] E Latinis. Nam e Græcis auctor Geopon. I. 29. pag. 58. Columellam secutus est Palladius I. 33.

<sup>r</sup> *Aliqui columbaria*] Colum. loc. cit. Geopon. auctor, p. 57.

<sup>s</sup> *Proximum deinde*] Cato cap. 36.

Varro loc. cit. Auctor Geopon. loc. cit. pag. 58.

<sup>t</sup> *Vetustas utilior*] Utilius est vetustiorum sequi præcepta. Cave enim de stercoris vetustate accipias. Enimvero, ut recte Columella, II. 15. ‘Stercus omne, quod tempestive repositum, anno requieverit, segetibus est maxime utile: nam et vires adhuc solidas habet, et herbas non creat. Quanto autem vetustius sit, minus prodest, quoniam minus valet: itaque pratis quam recentissimum debet injici, quod plus herbarum generet,’ &c. Quæ Palladius I. 33. de sterquilinio totidem fere verbis descripsit.

<sup>u</sup> *Geniali*] Fœcunda.

<sup>v</sup> *Farinae vice*] In modum farinae cribro agris superinjici.

<sup>w</sup> *Temporis viribus*] Progressu temporis, ac vetustate.

<sup>x</sup> *E calcariis*] Quin et calcem ipsam ad emendandum terræ vitium,

Varro<sup>y</sup> præceptis adjicit, 'equino, quod sit levissimum, segetes alendas: prata vero graviore, et quod ex hordeo fiat,<sup>11</sup> multasque gignat herbas.' Quidam etiam bubulo jumentorum<sup>z</sup> præferunt, ovillumque caprino: omnibus vero asininum,<sup>a</sup> quoniam lentissime mandunt.<sup>12</sup> E contrario usus adversus utrumque<sup>13b</sup> pronuntiat. Inter omnes<sup>c</sup> autem constat nihil esse utilius lupini segete, priusquam siliquetur,<sup>d</sup> aratro vel bidentibus versa, manipulisve desectæ, circa radices arborum ac vitium obrutis. Etiam ubi<sup>14e</sup> non sit pecus, culmo ipso, vel etiam filice, stercorare arbitrantur.

Cato: <sup>f</sup> 'Stercus unde fiat,<sup>15</sup> stramenta, lupinum, paleas,



deest in cod. Dalec.—11 Vet. Dalec. *fit.* Mox, cod. Dalec. *gignit herbas. Q. e. bubalino, &c.*—12 Gronov. *mandant.*—13 Vet. Dalec. *utrosque.*—14 *Et ubi* cod. Dalec.—15 Chiffi. *unde faciat.*—16 'Ita codd. Regg. et Editio prin-

#### NOTÆ

in qua olea seritur, Columella adhibet v. 9. 'Solent etiam,' inquit, 'viti soli fructum oleæ necare: cui rei sic medebimur. Altis gyris ablaqueabimus eas, deinde calcis pro magnitudine arboris plus minusve circumdabimus, sed minima arbor modicum postulat.'

<sup>y</sup> Varro] De Re Rust. I. 38. 'Minime bonum equinum, sed in segetes: in prata enim vel optimum, ut ceterarum veterinarum, quæ hordeo pascentur, quod multam facit herbam.'

<sup>z</sup> Jumentorum] Ut equinum, mulinum. Sic Colum. II. 15. p. 71.

<sup>a</sup> Omnibus . . . asininum] Colum. loc. cit. iisdem verbis.

<sup>b</sup> Adversus utrumque] Varronis scilicet, et Columellæ placitum modo allatum.

<sup>c</sup> Inter omnes] Colum. II. 14. p. 69. 'De lupino nihil dubito, atque etiam de pabulari vicia: si tamen eam viridem desectam confestim aratrum subsequatur, et quod falx reliquerit, pri-

usquam inarescat, vomis rescindat, atque obruat: id enim cedit pro stercore,' &c. In eodem habitat argumento c. 16. p. 73.

<sup>d</sup> Siliquetur] Priusquam siliquas faciat.

<sup>e</sup> Etiam ubi] Colum. II. 15. 'Nec ignoro quoddam esse ruris genus, in quo neque pecora, neque avis haberi possint: attamen inertis est rustici eo quoque loco defici stercore. Licet enim quamlibet frondem, licet e vepribus compitisque congesta colligere: licet filicem sine injuria vicini, etiam cum officio decidere, et permiscere cum purgamentis cortis.'

<sup>f</sup> Cato] De Re Rust. c. 37. p. 32. 'Stercus unde facias: Stramenta, lupinum, paleas, frondem iligneam, querneam. Ex segeti vellito ebulum, cicutam, et circum salicta herbam altam, ulvamque: eam substernito ovibus, bubusque frondem putidam.' Ita libri omnes, etiam Pliniani Mss. non putridam.

fabalia,<sup>s</sup> ac frondes iligneas, querneasque.<sup>16</sup> E segete evel-  
lito ebulum, cicutam, et circum salicta herbam mactam,<sup>17</sup>  
ulvamque : eam substernito ovibus, frondemque putidam.<sup>18</sup>  
Vinea si<sup>h</sup> macra erit, sarmenta sua comburito, et indidem  
inarato.<sup>19</sup> Itemque ubi<sup>i</sup> saturus eris frumentum, oves ibi  
delectato.<sup>j</sup>

VII. Nec non et satis<sup>1</sup> quibusdam ipsis pasci terram di-  
cit. Segetem<sup>j</sup> stercorant fruges : lupinum, faba, vicia.  
Sicut e contrario cicer, quia vellitur, et quia salsum est :  
hordeum,<sup>2</sup> fœnum Græcum, ervum : hæc omnia segetem  
exurunt, et omnia quæ velluntur : nucleos<sup>3</sup> in segetem ne  
indideris. Virgilius<sup>k</sup> et lino segetem<sup>+</sup> exuri, et avena, et  
papavere arbitratur.



ceps. Sic quoque Cato de Re Rust. cap. 37.' Brotier.—17 'Ita cod. Reg.  
2. et bene quidem. Herba est, quæ adolevit.' Brotier. *herbam auctam* Gronov.  
Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *herbam actam* codd. Dalec.  
et Chiffli. i. e. *χαμαίαιερην*. Cod. alter Dalec. *ebulum acten. ul. eam substernito*,  
&c. Turneb. *mactam* ; Cato cap. 37. *altam*.—18 Ita codd. Dalec. et Chiffli.  
cum edd. Harduin. et recentt. *putridam* Gronov. et al. vett. Mox, Gronov.  
et al. vett. *Vinea si macruerit* Gronov. et al. vett. *Vinea si macrauerit* Chiffli.  
—19 'Ita bene cod. Reg. 1.' Brotier. Ita quoque Chiffli. *et ibidem inarato*  
edd. ante Brotier.

CAP. VII. 1 *Nec non est satis* Chiffli.—2 Ita codd. Harduini, item Harduin.  
1. 2. 3. et recentt. *est. Hordeum* Vet. Dalec. *est, hordeum* Gronov. et al. vett.  
—3 Cod. Dalec. *nucleum*, i. e. arborem, quæ in fructu nucleum fert.—4 Ita  
Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *et ligno et segetem* Gronov. Vox  
*lino* operarum incuria excidit in ed. Brotier.

#### NOTÆ

<sup>s</sup> *Fabalia*] Stipulæ fabales.

<sup>h</sup> *Vinea si*] Cato, c. 37. p. 32. 'Vinea si macra erit, sarmenta sua concidito minute, et ibidem inarato, aut infodito.'


<sup>i</sup> *Itemque ubi*] Cato c. 30. p. 28. 'Ubi sementim factururus eris, ibi oves delectato.' Apud Catonem alii legunt *delegato*. Sententia hæc est : Oviarium septum, caulasque campestres ibi statuito, uti fimo locum stercorent. Fimum Latini lætamen appellant, ut inferius dicturi sumus, XVIII. 40.

<sup>j</sup> *Segetem*] Cato c. 37. p. 32. 'Quæ

segetem stercorent fruges. Lupinum, faba, vicia.' Et paulo ante : 'Cicer, quod vellitur, et quod salsum est, eo malum. Hordeum, fœnum Græcum, ervum, hæc omnia segetem exurunt, et omnia quæ velluntur. Nucleos in segetem ne indideris.' A Catone et Plinio stat et Saserna apud Colum. de Re Rust. II. 14. p. 69.

<sup>k</sup> *Virgilius*] Georg. I. 77. 'Urit enim lini campum seges, urit avenæ ; Urunt Lethæo perfusa papavera somno.' Vide et Colum. loc. cit. pag. 70.

VIII. Fimeta<sup>1</sup> sub dio concavo loco, et qui humorem<sup>m</sup> colligat, stramento intecta, ne in Sole arescant, palo e robore depacto fieri jubent: <sup>1</sup> ita fore ne innascantur his serpentes. Fimum miscere<sup>2</sup> terræ, plurimum refert Favonio flante, ac Luna sitiente.<sup>n</sup> Id plerique prave intelligunt a Favonii ortu faciendum, ac Februario<sup>o</sup> mense tantum: cum id pleraque sata aliis postulent mensibus. Quocumque tempore facere libeat,<sup>3</sup> curandum ut ab occasu æqui-



CAP. VIII. 1 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Biont. et Franz. *fieri jubet* Gronov. et vulgg.—2 Cliffl. *injacere*.—3 *Quocumque tempore fiat* uterque codex Dalecampii et Vet. Dalec.

#### NOTE

<sup>1</sup> *Fimeta*] Varro de Re Rust. c. 38. 'Sterquilinium secundum villam facere oportet. . . . In eo si in medio robustea aliqua materia sit depacta, negant serpentem nasci.' Colum. II. 15. 'Licet depressa fossa, qualem stercorei reponendo primo volumine fieri præcepimus, cinerem, cænumque cloacarum, et culmos, ceteraque quæ everruntur, in unum congerere. Sed eodem medio loco robusteam materiam defigere convenit: namque ea res serpentum noxiam latere in stercore prohibet.'

<sup>m</sup> *Et qui humorem*] Acceptum id ex Columella I. 6. 'Sterquilinia quoque duo sint: unum, quod nova purgamenta recipiat, et in annum conservet: alterum, ex quo vetera vehantur. Sed utrumque more piscinarum devexum leni clivo, et exstructum, pavitumque solum habeat, ne humorem transmittant. Plurimum enim refert non adsiccato succo fimum vires continere, et assiduo macerari liquore, ut si qua interjecta sint stramentis aut paleis, spinarum vel graminum semina intereant, nec in agrum exportata segetes herbidas reddant. Ideoque periti rustici quicquid ovilibus stabulisque

conversum progesserunt, superpositis virgeis cratibus tegunt, nec arescere ventis sinunt, aut Solis incursum patiuntur exuri.'

<sup>n</sup> *Luna sitiente*] Hoc est, sicca, ut Plinius ipse ait hoc c. et 24. sive, non imbrifera. Nugantur qui sitientem, aut siccam dici autumant, Turnebum secuti, quod Lunam aquis aliis sive fluvialibus sive marinis Stoici putarent: sitire, cum expers luminis foret: udam, cum plena esset: uti nos siccum pro sobrio, pro ebrio madidum dicimus. Apud Catonem hodie non *sitiente* sed *silente* legitur: tamen *sitiente* exhibent Pliniani Mss. omnes. Catonis verba sunt c. 29. p. 28. 'Stercus sic dividito. . . . quartam partem in pratium reservato: idque tum maxime opus erit, ubi Favonius flabit evelito Luna silenti,' pro *sitienti*. Itaque *sitiente Luna* eodem significato dici nunc a Plinio palam est, quo ipse prius XIII. 7. 'anno sitienti' dixit: et quo Columella II. 8. 'sitienti solo' et 'solo sicco,' hoc est, imbrium experte.

<sup>o</sup> *Ac Februario*] Carpit haud dubie Columellam, cujus hæc oratio est II. 11. 'Sed in totum curandum est, ut secundum Favonii exortum, mense

noctiali flante vento fiat, Lunaque decrescente<sup>p</sup> ac sicca.<sup>q</sup> Mirum in modum augetur ubertas effectusque ejus observatione tali.

IX. (X.) Abunde prædicta ratione cœli ac terræ, nunc de his arboribus dicimus,<sup>r</sup> quæ cura hominum atque arte proveniunt. Nec pauciora<sup>r</sup> prope sunt genera: tam benigne naturæ gratiam retulimus. Aut enim semine<sup>s</sup> proveniunt, aut plantis radicis,<sup>2</sup> aut propagine, aut avulsione, aut surculo, aut insito in consecto<sup>3 t</sup> arboris trunco. Nam folia<sup>u</sup>

CAP. IX. 1 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recenti. dicemus Gronov. et al. ante Harduin.—2 Vet. Dalec. aut pl. radicatis; alii Vett. ap. eund. aut planta radice; quidam, aut a radice plantis, ut posthac.—3 'Ita Ms. Reg. 2. Tolet. et Editio princeps. Insitio in consecto arboris trunco, la Greffe en fente. Forte tamen non male Ms. Reg. 1. aut insito,

## NOTE

Februario, circa Idus, immixtis seminibus fœni, macriora loca, et utique celsiora stercorentur.<sup>p</sup>

<sup>p</sup> Lunaque decrescente] Sic Geopon. auctor II. 19. p. 59. et Columella II. 16. Item Palladius in Februario tit. XX.

<sup>q</sup> Ac sicca] Hoc est, minime pluvia, ut diximus. Usus ea voce Propertius II. 17. 'Nec licet in triviis sicca requiescere Luna.' Et II. 28. 'Incipit et sicco fervere terra Cane.' Ubi Sirio exardescere carere pluvii æstatem haud obscure significat: sive, ut Tibullus ait I. 4. 'Æstivi tempora sicca Canis.'

<sup>r</sup> Nec pauciora] Nec pauciora serendi genera ars hominum et cura invenit, quam natura, quæ tribus modis arbores edit, ut diximus XVI. 58. sponte, aut semine, aut radice: semine, inquam, fortuito labente ex arbore, non facta ex arte et industria seminatione. Sic naturæ paria retulimus.

<sup>s</sup> Aut enim semine] Modos sex enumerat, quibus arbores per artem proveniant: hos et Maro fere recen-

set Georg. II. 23. Plinius a Theophr. accepit, Hist. II. 1. 1. Seminationem. 2. Plantarum cum radice translationem e seminario in alium locum: hunc modum Theophr. ἀπὸ ῥίζης vocat: plantas radicum Galli, du Plant. 3. Propagationem, quæ præsertim in vitibus nota est, Provigner, Faire des provins. 4. Avulsionem, qua stolones, les rejettons, una cum fibris et radiculis e stirpe aut corpore arboris abscinduntur, et sulcis seu scrobibus mandantur: quod in arboribus ferme omnibus usurpatur. 5. Surculum, sive taleam e cacumine rami amputatam, quæ infossa sine radice crescit ac virescit: vulgo, planter des cions. 6. Insitionem, cum surculus unius arboris alteri immittitur, quæ quasi in ejus naturam transit: enter.

<sup>t</sup> Aut insito in consecto] Hoc est, insitione, quæ fit etiam secto ac fisso arboris summo trunco, quo vel unus vel plures surculi in fissuram inserantur. Enter en fente. Vide Notas et Emend. num. 8.

<sup>u</sup> Nam folia] Vix credit Theophrastus iis, qui etiam e virgis ἀπὸ τῶν

palmarum apud Babylonios seri, atque ita arborem provenire, Trogum credidisse demiror. Quædam autem pluribus generibus<sup>v</sup> seruntur, quædam omnibus.

x. Ac pleraque ex his ipsa natura docuit, et inprimis semen serere, cum decidens exceptumque terra vivesceret.<sup>1</sup> Sed quædam<sup>2</sup> non aliter<sup>a</sup> proveniunt, ut castaneæ, juglandes:<sup>3</sup> cæduis<sup>b</sup> duntaxat exceptis. Et semine autem, quanquam dissimili, ea quoque, quæ et aliis modis seruntur: ut vites, et mala, atque pira. Namque iis pro semine nucleus, non ut supra dictis fructus ipse. Et mespila<sup>c</sup> semine nasci possunt. Omnia hæc<sup>d</sup> tarda proventu, ac degenerantia, et insito<sup>e</sup> restituenda.<sup>4</sup> Interdum etiam castaneæ.

XI. Quibusdam<sup>f</sup> natura contra omnino non degenerandi, quoquo modo serantur: ut cupressis, palmis, lauris.<sup>1</sup> Namque et laurus pluribus modis seritur. Genera ejus dixi-



aut consecto. Tunc exprimuntur omnia insitionum genera.<sup>7</sup> Brotier. aut insito et confecto Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

CAP. X. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vivisceret* Gronov. et recentt.—2 *Sed et quædam* Vet. Dalec.—3 Chiff. *ut castaneæ, ut glandes*. Mox, alii ap. Dalec. *cadivis duntaxat, &c.*—4 Vet. Dalec. *et insitu restituenda*.

CAP. XI. 1 Ita Gronov. Harduin. 1. et Bipont. *ut cupressis, palmis lauris*

#### NOTÆ

ῥάβδων ἐν Βαβυλῶνι palmas provenire aiunt, Hist. II. 2.

<sup>v</sup> *Pluribus generibus*] Pluribus modis e sex proxime appellatis.

<sup>a</sup> *Sed quædam non aliter*] Quam semine. Virgil. Georg. II. 14. 'Pars autem posito surgunt de semine, ut altæ Castaneæ.'

<sup>b</sup> *Cæduis*] Quæ succisæ rursus e stirpibus aut radicibus renascuntur.

<sup>c</sup> *Et mespila*] Palladius, in Martio, tit. 'Mespilum.' 'Seritur et semine: sed in longiorem speratur ætatem.'

<sup>d</sup> *Omnia hæc*] Virgilius Georg. II. 57. 'Jam, quæ seminibus jactis se sustulit arbos, Tarda venit, seris fac-

tura nepotibus umbram: Pomaque degenerant succos oblita priores.' Vide et Pallad. in Febr. lib. III. tit. 25. pag. 71. Prævit his Theophr. Hist. II. 3. 'Ὅσα δὲ ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῶν δυναμένων καὶ οὕτω βλαστάνειν, ἄπανθ' ὡς εἰπεῖν χεῖρω. τὰ δὲ καὶ ὄλως ἐξίσταται τοῦ γένους' οἶον ἄμπελος, μηλέα, συκῆ, ῥοὰ, ἄπιος, κ. τ. λ. Quæ semine quoque proveniunt, ea fere deteriora redduntur. Quædam etiam omnino degenerant, ut vitis, malus, ficus, Punica, pirus.

<sup>e</sup> *Et insito*] Insitione.

<sup>f</sup> *Quibusdam*] Theophr. Hist. II. 3. hæc paulo enucleatius.



mus.<sup>g</sup> Ex his Augusta, et baccalis, et tinus,<sup>2</sup> simili modo seruntur. Baccæ mense Januario, Aquilonis afflatu siccatæ<sup>3</sup> leguntur, expandunturque raræ, ne calefiant acervo. Postea quidam fimo<sup>h</sup> ad satum<sup>+</sup> præparatas, urina mactant. Alii in qualo pedibus in profluente deculant, donec auferatur cutis. Alioqui uligo<sup>i</sup> infestat, nec patitur nasci. In sulco repastinato<sup>j</sup> palmi<sup>5</sup> altitudine vicenæ fere acervatim mense Martio:<sup>k</sup> eadem et propagine seruntur: triumphalisque<sup>61</sup> talea tantum. Myrti genera<sup>m</sup> omnia in Campania baccis seruntur, Romæ propagine Tarentina. Democritus<sup>n</sup> et alio modo seri docet, grandissimis baccarum tuis leviter, ne grana frangantur, eaque intrita reste circumlini,<sup>7</sup> atque ita seri: parietem fore<sup>o</sup> densitatis, ex quo virgulæ differantur. Sic et spinas sepi causa serunt, tomice<sup>p</sup>

Miller. ut cupressis, lauris Harduin. 2. 3. et Franz.—2 Chiff. et baccalis et pinus.—3 Ita codd. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. siccante Gronov.—4 Cod. Dalec. fimo ad serendum; Vet. Dalec. ad serendum paratas.—5 Chiff. palmæ. Mox, Vet. Dalec. fere acervantur.—6 Alii ap. Dalec. triumphali.—7 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. restem circumlini Gronov. et al. vett. reste circumligari cod. Dalec. Mox,

## NOTE

<sup>g</sup> Genera ejus diximus] Lib. xv. 39.

<sup>h</sup> Postea quidam fimo] Sic paulo post fimo diluta macerari semen jubet. In quibusdam libris fumo, male.

<sup>i</sup> Alioqui uligo] Cuticulæ, quæ baccas vestit, nimius humor erumpere semen inclusum non patitur.

<sup>j</sup> Repastinato] Refosso.

<sup>k</sup> Mense Martio] Palladius, mense Febuario seri jubet, lib. III. sive Februar. tit. 23.

<sup>l</sup> Triumphalisque] Laurus triumphalis, de qua cum reliquis generibus xv. 39. talea tantum sive surculo seritur, qui modus est e sex enumeratis quintus.

<sup>m</sup> Myrti genera] De his egimus xv. 37.

<sup>n</sup> Democritus] Et Florentinus in

Geopon. I. XI. cap. de plantatione myrti, p. 310. Οἱ δὲ τῷ σπέρματι προσφάτως ληφθέντι παρατρίψαντες, σειράν ἐκ βουτόμου πεπλεγμένην εἰς τάφρον ἐμβάλλουσιν. Sunt qui baccas lectissimas tundant leviter, restemque e pulstri herba tortum, (quam butomum vocant,) circumligent: et sic in fossam injiciunt.

<sup>o</sup> Parietem fore] Sic fore sepe e myrto densissimam, parietis vice: e qua surculi deinde cædi plures possint, qui alio transferantur.

<sup>p</sup> Tomice] Hoc est, junceo, lineo, palmeove funiculo, moris, quæ rubi vel spinæ ferunt, suntque nunc seminis vice, circumligato. Palladius in Febuario, tit. 24. de Hortis: 'Circa Idus Februarias sepes hortorum ex congesto in funibus spinarum se-

moris spinarum circumlita. Pilas autem<sup>q</sup> laurus et myrti inopia a trimatu tempestivum est transferre. Inter ea quæ semine seruntur, Mago in nucibus<sup>r</sup> operosus est. Amygdala in argilla molli meridiem spectante seri jubet. Gaudere<sup>s</sup> et dura,<sup>8</sup> calidaque terra: in pingui aut humida mori, ac sterilesce. Serendas<sup>t</sup> quam maxime falcatas, et e novella, fimoque diluto maceratas per triduum, aut pridie quam serantur, aqua mulsa. Mucrone<sup>u</sup> defigi, aciem lateris in Aquilonem spectare: ternas simul serendas triangula ratione,<sup>9</sup> palmo inter se distantes: denis diebus<sup>v</sup> adaquari,



Dalec. seri: sic parietem fore miræ densitatis.—8 Gaudere ea dura cod. Dalec. Mox, in eodem, et humida mori. Deinde, Chiff. ac sterilesce.—9 Cod.

#### NOTÆ

mine facienda est, sicut dictum est cum de munimine loqueremur hortorum.' Nempe lib. I. tit. 34. de locis horti, pomarii, et sepibus. 'Alii spinarum plantas et semina in munitione disponunt. Sed melius erit rubi semina, et spinæ quæ rubus caninus vocatur, matura colligere, et cum farina ervi ex aqua macerata miscere: funes dehinc sparteos veteres hoc genere mixtionis sic inducere, ut intra funes semina recepta serventur usque ad verni temporis initia. Tunc ubi sepes futura est, duos sulcos tribus a se pedibus separatos sesquipedis altitudine faciemus: et per utrosque, funes cum seminibus obruemus levi terra.'

<sup>q</sup> *Pilas autem*] Baccas intelligit laurus ac myrti, tomice sive reste, ut proxime dictum est, in pilæ modum circumlitas, atque ita satas: has, ubi cogit inopia, statim a trimatu ait tempestive transferri. Vide Notas et Emend. num. 9.

<sup>r</sup> *In nucibus*] Amygdalinis, juglandibus, pineisque.

<sup>s</sup> *Gaudere*] Palladius a Magone facit in Januar. lib. II. tit. 15. p. 45. 'Amant,' inquit, 'agrum durum, sic-

cum, calculosum, cælum calidissimum: et quia mature florere consueverunt, ita statuendæ sunt, ut arbores ad meridiem spectent.'

<sup>t</sup> *Serendas*] Pallad. loc. cit. 'Sed ipsa amygdala ad ponendum, et nova legamus, et grandia. Quæ antequam ponamus, pridie mulsa aqua, ita ut ne nimis maceremus, ne germen extinguat ex multo melle mordacitas. Alii prius fimo liquido per triduum nuces eas macerant; deinde die et nocte esse patiuntur in mulsa, sed quæ suspicionem tantum possit habere dulcedinis.' Sic et Florentinus in Geopon. x. 57. p. 282.

<sup>u</sup> *Mucrone*] In carinæ similitudinem composita amygdala est: carinæ acumen Plinio mucro est: acies lateris, carina ipsa ima, latusque, qua falcis aciem imitatur. Aliter tamen Pallad. loc. cit. tit. 16. p. 47. 'Ponemus nuces transversas, ut latus, id est, carina ipsa figatur in terra: cacumen ipsum, cum ponimus nucem, in Aquilonis partem dirigemus.' Stare a Plinio Damogeron videtur, Geopon. x. 63.

<sup>v</sup> *Denis diebus*] Decimo quoque die. Pallad. loc. cit. tit. 15. p. 45.

donec grandescant. Juglandes nuces porrectæ seruntur commissuris<sup>w</sup> jacentibus. Pineæ nucleis septenis fere in ollas perforatas additis : aut ut laurus,<sup>x</sup> quæ baccis seritur. Citrea grano<sup>y</sup> et propagine : sorba semine,<sup>z</sup> et a radice planta,<sup>a</sup> et avulsione<sup>10</sup> proveniunt. Sed illa in calidis :<sup>b</sup> sorba et in frigidis et humidis.

XII. Natura et plantaria demonstravit, multarum<sup>1</sup> radicibus<sup>c</sup> pullulante sobole densa, et pariente matre, quas enecet.<sup>d</sup> Ejus quippe umbra turba indigesta<sup>2</sup> premitur : ut in lauris,<sup>e</sup> Punicis, platanis, cerasis, prunis. Paucorum in hoc genere rami parcunt soboli, ut ulmorum, palmarum-que. Nullis vero tales pulluli<sup>3 f</sup> proveniunt, nisi quarum

//////////

Dalec. *trianguli ratione*.—10 ‘Lego, et viridice planta, aversione.’ Dalec.

CAP. XII. 1 Cod. Dalec. *multis*.—2 Cod. Dalec. *ingesta* ; Pintian. *indiga* vel *indigens*.—3 ‘Vet. pulli. Μοσχέυματα, παράβλασται, αὐτομολίαι, παραφυάδες, νεόποδες.’ Dalec.

#### NOTE

‘Cum in seminario amygdala disponimus, si siccitas intercesserit, ter in mense rigemus, et herbis nascentibus circumfodiendo sæpe purgemus.’

<sup>w</sup> *Commissuris*] Qua parte bifores putaminum valvulæ connectuntur.

<sup>x</sup> *Aut ut laurus*] Quæ quemadmodum baccis seratur, dictum est principio cap. hujus.

<sup>y</sup> *Citrea grano*] Palladius in Martio lib. iv. tit. 10. p. 94. ‘Mense Martio citri arbor quatuor modis seritur : semine, ramo, talea, clava . . . Si granis velis serere, ita facies : Terram in duos pedes fodies, cinerem misceris,’ &c.

<sup>z</sup> *Sorba semine*] Palladius in Januario, tit. 15. ‘Mense Januario, Februario, et Martio, locis frigidis . . . sorba seruntur egregie, ita ut matura in seminario ipsa poma pangantur . . . Plantas etiam si quis ponere voluerit, habebit arbitrium . . . Amat loca humida, montana, et frigidis proxima,

*Delph. et Var. Clas.*

et solum pinguisimum,’ &c.

<sup>a</sup> *Et a radice planta*] Seu plantis radicis, qui secundus modus e sex recensitis serendi generibus.

<sup>b</sup> *Sed illa in calidis*] Pallad. loc. cit. de citreo : ‘Amat terram rarioris naturæ, cælum calidum, humoremque continuum . . . Sed si quis hoc genus, ut in regione frigida nutriatur, extorquet, loco vel parietibus munito, vel in meridianam partem verso, disponat hanc arborem,’ &c.

<sup>c</sup> *Multarum radicibus*] E multarum arborum radicibus. Secundum serendi genus superius memoratum explanat.

<sup>d</sup> *Quas enecet*] Ramorum opacitate. Virg. Georg. II. 53. ‘Necnon et sterilibus, quæ stirpibus exit ab imis : Nunc altæ frondes, et rami matris opacant, Crescentique adimunt factus, uruntque ferentem.’

<sup>e</sup> *Ut in lauris*] Virgil. Georg. II. 17. ‘Pullulat ab radice aliis densissima sylva, Ut cerasis, ulmisque :

*Plinius.*

8 G

radices amore Solis atque imbris in summa tellure spatiantur. Omnia ea non statim moris est in sua locari,<sup>s</sup> sed prius nutrici dari, atque in seminariis adolescere, iterumque migrare. Qui transitus mirum in modum mitigat etiam sylvestres: sive arborum quoque, ut hominum natura, novitatis ac peregrinationis avida est: sive discedentes virus relinquunt, mansuescuntque tractatu, ceu feræ, dum radici<sup>h</sup> avellitur planta.

XIII. Et aliud genus<sup>i</sup> simile natura monstravit, avulsi-que arboribus stolones vixere. Quo in genere et cum perna<sup>j</sup> sua avelluntur, partemque aliquam e matris quoque corpore auferunt secum fimbriato<sup>k</sup> corpore. Hoc modo<sup>l</sup> plantantur Punicæ, coryli, mali, sorbi, mespili, fraxini, fici, inprimisque vites. Cotoneum ita satum degenerat. Ex eodem<sup>m</sup> inventum est surculos abscisis serere. Hoc pri-

CAP. XIII. 1 Vet. Dalec. cum pruna.—2 Idem codex, salice. Mox, cod. Dalec. seritur jam. Hæc ibi, &c.

## NOTÆ

etiam Parnassia laurus Parva sub ingenti matris se protegit umbra.

<sup>f</sup> *Tales pulluli*] Stolones. Pullos et Cato vocat c. 51. 'Propagatio pomorum, aliarumque arborum. Ab arbore abs terra pulli qui nascentur, eos in terram deprimito, extollitoque primorem partem, uti radicem capiat,' &c. Nos vulgo, *Rejettons*. Hinc verbum 'pullulare' deductum, quasi pullulos emittere, quod et 'pullulascere' Columella dixit iv. 21.

<sup>g</sup> *In sua locari*] Ita Mss. Reg. Colb. &c. In sua terra, stabili, certa, in qua semper consistent, unde transferri nefas.

<sup>h</sup> *Dum radici*] Dum ei terræ eripitur, ubi radices primum egit.

<sup>i</sup> *Et aliud genus*] Quod ἀπὸ παρασπάρδος Theophr. vocat Hist. II. 1. avulsione stolonum, sive a radice, sive a corpore. Quartum id serendi genus supra memoratum. A Virgilio

tactum Georg. II. 23. 'Hic plantas tenero abscondens de corpore matrum Deposuit sulcis.'

<sup>j</sup> *Cum perna*] Cum parte corporis, seu matricis, quæ sic avulsa pernae similitudinem habet. 'Calcem' idem ipse appellat c. 35.

<sup>k</sup> *Fimbriato*] Sive fibrato, hoc est, cum quibusdam radicum fibris. Theophr. Hist. II. 7. ὑπόρριζα.

<sup>l</sup> *Hoc modo*] Theophr. loc. cit.

<sup>m</sup> *Ex eodem*] Ex cotoneo, quod talea quoque et cacumine deciso e ramis, satum provenit. Hinc quintus serendi modus e sex superius laudatis. Theophr. Hist. II. 1. ἀπὸ κλωνός. Virgil. Georg. II. 28. 'Nil radicis egent aliæ; summumque putator Haud dubitat terræ referens mandare cacumen.' Palladius in Februario, tit. de Malo: 'Serunt aliqui cotoneum cacuminibus et talea: sed tardus est in utroque proventus.'

mo<sup>a</sup> sepis causa factum, sambucis, cotoneo, et rubis de-  
pactis: mox et culturæ, ut populis, alnis, salici,<sup>2</sup> quæ  
vel inverso surculo<sup>o</sup> seritur. Jam eæ ibi disponuntur, ubi  
libeat esse eas. Quamobrem seminarii curam ante conve-  
nit dici, quam transeat ad alia genera.

XIV. Namque ad id<sup>a</sup> præcipuum eligi solum refert,<sup>1</sup>  
quoniam nutricem<sup>b</sup> indulgentiorem esse, quam matrem,  
sæpe convenit. Sit ergo<sup>c</sup> siccum, succosumque, bipalio  
subactum, advenis hospitale, et quam simillimum terræ, in  
quam transferendæ sint.<sup>2</sup> Ante omnia elapidatum, muni-  
tumque ad incursum etiam gallinacei generis: quam mi-  
nime rimosum, ne penetrans Sol exurat fibras: intervallo<sup>d</sup>  
sesquipedum seri: nam si inter se contingant, præter<sup>3</sup> alia  
vitia, etiam verminosa<sup>e</sup> fiunt: ideo sarriri convenit sæpius,  
herbasque evelli. Præterea semina ipsa fruticantia sup-  
putare,<sup>4</sup> ac falcem pati consuescere.

Cato<sup>f</sup> et furcis crates imponi jubet, altitudine hominis,



CAP. XIV. 1 *Namque et hic principio eligi solum refert* Vet. Dalec. *Nam-  
que et id præcipuum eligi refert* cod. Dalec.—2 *Vet. Dalec. transferendum sit.*  
—3 Ita codd. Harduini, Chiff. et Turneb. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et re-  
centt. *contingant et noccant* Vet. Dalec. *seri, ne se inter se contingant.* *Præter*  
Gronov. et vulgg.—4 *Vet. Dalec. supputari.*—5 *Dalec. quidem.* Cod. Dalec.

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Hoc primo*] Theophr. de Causis  
I. 1.

<sup>o</sup> *Vel inverso surculo*] Ita ut pars  
acuminatior in terram abdatur: εἰς  
τὰνἀκαλίη τίθεσθαι appellat Theophr.  
Hist. II. 8.

<sup>a</sup> *Namque ad id*] Seminarium, sive  
plantarium.

<sup>b</sup> *Quoniam nutricem*] Nutrix ea tel-  
lus appellatur cui primum semina  
committuntur, qualis in seminariis  
est: mater, in quam translata omni  
deinde ævo degant.

<sup>c</sup> *Sit ergo*] Cato c. 46. p. 38. 'Se-  
minarium ad hunc modum facito:  
Locum quam optimum, et apertissi-  
mum, et stercoresissimum poteris, et  
quam simillimum genus terræ eæ

ubi semina positurus eris,' &c.

<sup>d</sup> *Intervallo*] Cato loc. cit. 'In ses-  
quipedem quoquoversum taleam de-  
mittito, opprimitoque pede.'

<sup>e</sup> *Verminosa*] Columella v. 10. 'Si  
eodem scrobe duas aut tres arbuscu-  
las volens constituere, curato ne inter  
sese contingant; quoniam mutuo con-  
tactu aut putrescent aut vermibus  
interibunt.'

<sup>f</sup> *Cato*] Cap. 48. p. 39. 'Eam ter-  
ram tabula aut pedibus complanato:  
furcas circum offigito: eo perticas  
intendito: eo sarmenta, aut crates  
ficarias imposito, quæ frigus defen-  
dant et Solem: ubi subtus homo am-  
bulare possit, facito.'

ad Solem recipiendum :<sup>g</sup> atque integri culmo ad frigora ar-  
cenda : sic pirorum<sup>h</sup> malorumque semina nutriri, sic pi-  
neas nuces, sic cupressos<sup>i</sup> semine satas et ipsas. Minimis<sup>j</sup>  
id granis constat, ut vix perspici quædam<sup>k</sup> possint : non  
omittendo naturæ miraculo, e tam parvo gigni arbores :  
tanto majore tritici et hordei grano : ne quis fabam reputet.  
Quid simile originis<sup>l</sup> suæ habent malorum pirorumque se-  
mina ? His principiis respuentem secures materiam nasci,  
indomita ponderibus immensis prela, arbores velis,<sup>k</sup> turri-  
bus murisque impellendis arietes ? Hæc est naturæ vis,  
hæc potentia. Super omnia erit, e lacryma nasci aliquid,  
ut suo loco dicemus.<sup>1</sup> Ergo e cupresso fœmina (mas enim,  
ut diximus,<sup>m</sup> non gignit) pilulæ collectæ, quibus docui<sup>n</sup>  
mensibus, siccantur Sole : ruptæque emittunt semen, for-  
micis mire expetitur : ampliato etiam miraculo, tantuli  
animalis cibo absumi natalem tantarum arborum.<sup>7</sup> Seritur  
mense<sup>o</sup> Aprili, area æquata<sup>p</sup> cylindris, aut volgiolis,<sup>q</sup> den-

quidam possint. Non omittendum naturæ miraculum, etiam parvo, &c.—6 Cod. Dalec. originisve.—7 Cod. Dalec. natalem arboris.—8 Cliffl. vulgoalis. Mox

## NOTÆ

<sup>g</sup> Solem recipiendum] Ut cum cra-  
tes eæ Solem receperint, a satis de-  
ferant.

<sup>h</sup> Sic pirorum] Cato loc. cit.

<sup>i</sup> Sic cupressos] Cato c. 151. p. 180.  
et 181. 'Semen cupressi quando legi,  
seri, propagarique oporteat,' &c.

<sup>j</sup> Minimis] Varro de Re Rust. I. 40. 'Quædam ad oriendum sunt usque adeo parva, ut sint obscura, ut cupressi. Non enim galbuli qui nascuntur, tanquam pilæ parvæ corticiæ, id semen: sed in his intus primigenia semina dedit natura.' Habet eadem Theophr. de Causis I. 5. p. 203.

<sup>k</sup> Arbores velis] Arbores pro malis dixit, e quibus antennæ et vela pendent.

<sup>l</sup> Suo loco dicemus] Ut de hippose-

lino XIX. 48. de lilio XXI. 11.

<sup>m</sup> Ut diximus] Lib. XVI. c. 47.

<sup>n</sup> Quibus docui] Nempe c. 11. hoc est, mense Januario Februarioque.

<sup>o</sup> Seritur mense] Per ver seri Cato ait loc. cit. 'Semen cupressi Tarentinæ per ver legi oportet: maturum est ubi hordeum flavescit. Semen ubi legeris, in Sole ponito: id purgato, id aridum condito . . . . Per ver serito in loco ubi terra tenerima erit, quam pullam vocant,' &c.

<sup>p</sup> Area æquata] Complano solo vel cylindro, vel pavicula. Columella in Hortulo lib. X. 'Ocyra comprimite, et gravibus densate cylindris.' Cylindrus columna est lapidea rotatilis, qua rei rusticæ scriptores aream æquari jubent. A volubilitate nomen accepit: κλυδέν enim

sum: <sup>7</sup> terraque cribris supercernitur pollicis crassitudine. Contra immane pondus attollere se non valet, torqueturque <sup>9</sup> sub terra. Ob hoc pavitur <sup>10</sup> r vestigiis. Leniter rigatur a Solis occasu in trinis diebus, <sup>5</sup> ut æqualiter bibat, donec erumpant. Differuntur <sup>11</sup> t post annum dodrantali filo, custodita temperie, ut viridi cœlo <sup>u</sup> serantur, ac sine aura. Mirumque dictu, periculum eo tantum die est, si roravit quantulumcumque imbrem, aut si afflavit. <sup>12</sup> De reliquo tutæ sunt perpetua securitate, aquasque odere. <sup>13</sup> v Et zizipha <sup>w</sup> grano seruntur mense Aprili. Tuberes <sup>x</sup> me-



in eodem, *superinscritur*. Dalec. legit, *superincernitur*.—9 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *retorquetur* Gronov. et al. vett.—10 Ita codd. Dalec. Harduin. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *paratur* Gronov. et al. vett.—11 *Disseruntur* Vet. Dalec.—12 Ita codd. Regg. Brot. 1. 2. *si roravit quantulumcumque imbres, aut si afflavit* Chiff. *si roraverit q. imbrem, aut si afflaverit* edd. ante Brotier.—13 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *aquas postea odere* Gronov. et edd. vett.

## NOTÆ

*volvete* est. Simile instrumentum pavicula est. Utrumque a Catone copulatur c. 129. ‘Ubi bene comminuta terra fuerit, cylindro aut pavicula coæquato.’ Quamobrem *volgiolis*, vel uti in Mss. scribitur, Reg. 1. 2. Colb. 1. 2. 3. &c. *vulgiolis*, de pavicula accipiendum putamus.

<sup>9</sup> *Densum*] Cato c. 151. ‘Semen serito crebrum, ita ut linum seri solet. Eo cribro terram incernito: dimidiatum digitum terram altam succernito.’

<sup>7</sup> *Ob hoc pavitur*] Complanatur pedibus, non rursus cylindro æquatur. Vide Notas et Emend. num. 10.

<sup>5</sup> *In trinis diebus*] Tertio quoque die, ut c. 11. ‘denis diebus,’ pro decimo quoque die.

<sup>11</sup> *Differuntur*] Ita etiam Mss. Transferuntur, inquit, post annum, cum jam caule sunt dodrantali, seu pollicum novem. Filum cupressi tenerum caudicem vocare videtur,

uti in asparago cymam Columella lib. xi. c. ult. stylum vocat. Et in Hortulo lib. x. ‘Et asparagi corruda similima filo.’ Vel potius transferri ait in cupresseta post annum, ita ut intervallum dodrantale servetur inter eas, ut de ulmis dicitur c. seq. quod verius arbitramur.

<sup>u</sup> *Ut viridi cœlo*] Sudo ac sereno, et a nubibus ita puro ut viride appareat.

<sup>v</sup> *Aquasque odere*] Plinius xvi. 31. ‘Aguas odere cupressi.’ Et Theophr. Hist. ii. 8.

<sup>w</sup> *Et zizipha*] Pallad. in Aprili, tit. 4. ‘Locis calidis Aprili mense ziziphum conseremus, frigidis vero Maio vel Junio. Amat loca calida, aprica. Seritur ossibus,’ &c. Grana Plinio, Palladio ossa sunt.

<sup>x</sup> *Tuberes*] Pallad. lib. ii. in Januar. tit. 16. p. 47. ‘Hoc mense tuberes inseruntur cydoneo.’ Et lib. x. in Septembri, tit. de pomis. ‘Mense Januario ultimo, vel Febru-

lius inseruntur in pruno sylvestri, et malo cotoneo, et in calabrice: ea est spina sylvestris. Quæcumque<sup>y</sup> optime et myxas<sup>14</sup> recipit, utiliter et sorbos.<sup>z</sup>

(XI.) Plantas ex seminario transferre in aliud,<sup>15 a</sup> priusquam suo loco ponantur, operose præcipi arbitror, liceat translatione folia latiora fieri spondeant.

xv. Ulmorum,<sup>b</sup> priusquam foliis<sup>1</sup> vestiantur, samara colligenda est circa Martias Kalend. cum flavescere incipit. Deinde biduo in umbra siccata serenda, densa in refracto,<sup>2 c</sup> terra super minutatim cribrata, crassitudine<sup>d</sup> quæ in cupressis. Pluviæ si non adjuvent, rigandum.<sup>3 e</sup> Defeferendæ<sup>4 f</sup> ex arearum venis post annum<sup>5</sup> in ulmaria, inter-

\*\*\*\*\*

—14 Vet. Dalec. *silvestris quæcumque. Optima ea myxas.*—15 Cod. Dalec. *transferre alibi.*

CAP. XV. 1 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. folio Gronov. et vulgg.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *in areis factis, e* Colum.—3 Vet. Dalec. *riganda.*—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd.

#### NOTÆ

ario, tuberum surculus mirabiliter proficit cydoneo insitus. Inseritur autem malis omnibus, et piris, et prunis, et calabrici, melius trunco fisso, quam cortice,<sup>7</sup> &c.

<sup>y</sup> *Quæcumque*] Cuilibet spinæ apte inseruntur myxæ. Pallad. lib. III. in Februar. tit. 25. p. 78. ‘Myxæ inseruntur mense Martio sorbis, vel spinis.’

<sup>z</sup> *Et sorbos*] Saltem spina alba. Pallad. lib. II. in Januar. tit. 15. pag. 45. ‘Mense Aprili sorba inseruntur in se, in cydoneo, in spina alba, vel trunco, vel cortice.’

<sup>a</sup> *Transferre in aliud*] In alterum seminarium.

<sup>b</sup> *Ulmorum*] Descripsit hæc Plinius a Columella v. 6. p. 184. et seqq. ‘Sameram deinde, quæ jam rubicundi coloris erit, et compluribus insolata diebus, ut aliquem tamen succum et lentorem habeat, injiciemus areis, et eas totas seminibus spisse contege-

mus; atque ita cribro putrem terram duos alte digitos incernemus, et modice rigabimus,’ &c. Digna sunt cetera, quæ legantur: longiora, quam ut exscribi hic oporteat.

<sup>c</sup> *In refracto*] Hoc est, in terra bipalio pastinata, diligenter occata, et resoluta, et in aream demum composita. His enim verbis Columella vim ejus verbi explanat, loc. cit.

<sup>d</sup> *Crassitudine*] Pollicari, ut dictum est c. sup. in cupressis.

<sup>e</sup> *Rigandum*] Columella loc. cit. ‘Æstate deinde, prius quam Sol oriatur, aut ad vespertum, conspergi potius, quam rigari debent.’

<sup>f</sup> *Defeferendæ*] Ex areolis ubi crevere, et sulcis iis, in aliud seminarium post annum transferendæ, ut de cupressis dictum est, sup. cap. ‘Venas arearum’ vocat areas ipsas longo tractu ductas. Sic venas in metallis dicimus. Ita porro Mss. Reg. Colb. &c. non *disserendæ*. Ulmarium Galli



vallo pedali <sup>5</sup> in quamque partem. Maritas ulmos <sup>i</sup> autumnno serere utilius, quia carent semine: nam eæ e plantis <sup>6</sup> seruntur. In arbustum <sup>j</sup> quinquennes sub Urbe <sup>k</sup> transferunt,<sup>7</sup> aut (ut quibusdam placet) quæ vicenum pedum esse cœperunt. Sulco, qui novenarius <sup>8</sup> dicitur, altitudine pedum trium, pari latitudine, et eo amplius, circa positas,<sup>m</sup> pedes terni undique e solido adaggerantur. Arulas id vocant in Campania. Intervalla <sup>n</sup> ex loci natura sumuntur. Rariores <sup>9</sup> serendas in campestribus convenit. Populos et fraxinos, quia festinantius germinant, disponi quoque maturius convenit, hoc est, ab Idibus Febr. plantis et ipsas nascent-



Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Differendæ* Gronov. et vulgg.—5 Margo edd. Dalec. et Gronov. *sesquipedali*, e Colum. Mox, *unamquamque partem* Gronov. et al. ante Harduinum, qui e codd. suis et Chiffi, lectionem nostram recepit.—6 Chiffi. *quia carente semine, non ut e plantis*; cod. Dalec. *quia carentes semine, nudis e plantis*.—7 Chiffi. *transferuntur*.—8 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *novenarius* Gronov. et vulgg. '*novenarius* Vet. id est, pedes novem a vicino distans, aut in quo pedes novem a se invicem dissitæ arbores ponuntur.' Dalec.—9 *Aridiores* Gronov. et al. ante Harduin.—10 Ita codd. Har-

## NOTÆ

vocant *une ormeye*, locum ulmis consitum.

<sup>5</sup> *Post annum*] Columella loc. cit. 'Cum ternum pedum plantæ fuerint, in aliud seminarium transferri debent.'

<sup>h</sup> *Pedali*] Columella: 'Oportebit non maximos scrobiculos sesquipede inter se distantes fodere.'

<sup>i</sup> *Maritas ulmos*] Quis vites aptius maritantur, ut sunt ulmi *Atiniæ*, quæ excelsissimæ, ut dictum est cap. 29. lib. XVI. Columella loc. cit. p. 185. 'Possunt etiam collectæ cum stirpibus plantæ eadem ratione disponi: quod in *Atinia* ulmo fieri necesse est, quæ non seritur e samera. Sed hæc ulmus autumnni tempore melius quam vere disponitur,' &c. Has plantis radicem seri dictum est, XVI. 29.

<sup>j</sup> *In arbustum*] Arbustum locus est

arboribus consitus ad sustinendas vites: qui et arbustivus idcirco locus Columellæ dicitur III. 13. unde et arbustiva vitis.

<sup>k</sup> *Sub Urbe*] In agro Romano.

<sup>l</sup> *Qui novenarius*] Novenum pedum ambitu; cum sit latitudine, ternum. Columella v. 6. 'Igitur in resoluta terra ternum pedum quoquoversus faciendi scrobes: at in densa, sulci ejusdem altitudinis, qui arbores recipiant, præparandi.'

<sup>m</sup> *Circa positas*] Circa arbores novissime translatas terra adaggeratur e vicino solo atque sulco. Hunc aggerem Campani arulam vocant, quasi brevem humilemque aram.

<sup>n</sup> *Intervalla*] Arborum inter se distantia.

<sup>o</sup> *Rariores*] Laxius serendæ. Vide Notas et Emend. num. 11.

tes. In disponendis arboribus, arbustisque ac vineis, quincuncialis<sup>p</sup> ordinum ratio vulgata et necessaria, non perflatu<sup>q</sup> modo utilis, verum et aspectu grata, quoquo<sup>10</sup> modo intucare, in ordinem se porrigente versu. Populis<sup>11</sup> eadem<sup>r</sup> ratio semine, qua ulmos serendi: transferendi quoque e seminariis eadem et sylvis.

XVI. Ante omnia<sup>a</sup> igitur in similem transferri terram, aut meliorem oportet. Nec e tepidis<sup>1b</sup> aut præcocibus in frigidos aut serotinos situs, ut neque ex his in illos. Præfodere scrobes ante (si fieri posset) tanto prius, donec pingui cespite obducantur. Mago ante annum<sup>c</sup> jubet,<sup>2</sup> ut Solem pluviasque combibant, aut si id conditio largita non sit, ignes in medio fieri ante menses duos, nec nisi post imbres in his seri. Altitudinem eorum in argilloso, aut duro solo, trium cubitorum esse in quamque partem: <sup>3</sup> in pronis<sup>d</sup> palmo am-



duini, Dalec. et Chiffli. quocumque Gronov. et vulgg.—11 'Lego, Opulis, quarum meminit Colum. in ulmario, nusquam populi facta mentione.' Dalec.

CAP. XVI. 1 Chiffli. Nec ex tepidis.—2 Cod. Dalec. annum fieri jubet. Mox

#### NOTÆ

<sup>p</sup> Quincuncialis] Quincuncialis figura, sive quincunx, ita dicebatur a figura quinti numeri, V, quam singuli trianguli expriment; fuitque maxime commendata in disponendis arboribus ab antiquis rei rusticæ magistris. *En échiquier.*

#### QUINCUNX.

|   |   |   |   |   |
|---|---|---|---|---|
| o | o | o | o | o |
|   | o | o | o | o |
| o | o | o | o | o |
|   | o | o | o | o |
| o | o | o | o | o |

<sup>q</sup> Non perflatu] Ventorum flatui admittendo aptior.

<sup>r</sup> Populis eadem] Forte legendum *opulis*, ex Colum. v. 5. Populi enim aut nullum aut rarissime semen ferunt. Vitem vero maxime opulus videtur alere, deinde ulmus, post etiam fraxinus, inquit Colum.

<sup>a</sup> Ante omnia] Columella de Arbor. c. 20. et III. 9. Virgilius quoque Georg. II. 265. et Geopon. Auctor II. 46. p. 81.

<sup>b</sup> Nec e tepidis] Uti fere 'neque homini ex salubri loco in gravem, neque ex gravi in salubrem, transitus satis tutus est,' inquit Celsus I. 3.

<sup>c</sup> Mago ante annum] Et Columella v. 10. et de Arboribus c. 19. 'Ante annum, quam pomaria disponere voles, scrobes fodito: ita Sole pluviaque macerabuntur: et quod posueris cito comprehendet. Sed si quo anno scrobes feceris, etiam semina ponere voles, minimum ante duos menses fodito scrobes, postea stramentis eos completo et incendio.'

<sup>d</sup> In pronis] In locis declivibus. Vide Notas et Emend. num. 12.

plius; et ubique caminata<sup>e</sup> fossura ore compressiore sint. Nigra vero terra duo cubita, et palmum, quadratis angulis.<sup>a</sup> Eadem mensura Græci auctores consentiunt, non altiores quino semipede<sup>f</sup> esse debere, nec latiores duobus pedibus. Nusquam vero<sup>g</sup> sesquipede minus altos, quoniam in humido<sup>h</sup> solo ad vicina aquæ perveniat.<sup>4</sup>

Cato:<sup>i</sup> ‘Si locus aquosus sit, inquit, latos pedes ternos in faucibus, imosque palmum et pedem,<sup>b</sup> altitudine quatuor pedum: eos lapide consterni,<sup>j</sup> aut si non sit, perticis saliginis viridibus: si neque eæ sint, sarmentis: ita ut in altitudinem<sup>k</sup> semipedem<sup>5</sup> trahantur.’ Nobis adjiciendum vide-

<sup>a</sup> Ubi vero terra nigra fuerit, ibi scrobes fient alti cubita duo, et palmum, et erunt quadrati.

<sup>b</sup> Lati sint scrobes ternos pedes in summa sui parte, in ima palmum et pedem.



in eodem codice, aut si condit.—3 ‘Ita quidem libri omnes scripti et editi. Videtur tamen, ut coniecit eruditus Petavius, emendandum: altitudinem eorum in argilloso, aut duro solo, trium cubitorum, et duorum pedum latitudinem esse in quamque partem. Aliter quis intelliget fossuras illas esse ore compressiores; et mensuram cum Græcis auctoribus consentire?’ Brotier. Mox, Vet. Dalec. in pruinis; Gronov. in prunis; al. inprimis. Paulo post, Vet. Dalec. et ubique camerata; alii, et ubique cacuminata. Vid. Colam. v. 10.—4 Dalec. quamvis in h. s. ad v. a. perveniant.—5 Vet. Dalec. altitudinem semipe-

#### NOTE

<sup>e</sup> Caminata] In modum fornacis, fornacisve arcuata fossura, angusto ore, latiore fundo. Columella v. 10. ‘Scrobs clibano similis fiat, cujus imum summo patentius est, ut laxius radices vagentur, ac minus frigoris hyeme, minusque æstate vaporis per angustum os penetret: etiam ut clivosis locis terra, quæ in eum congesta est, a pluviis non abluatur.’ Quæ totidem fere verbis repetit de Arbor. c. 19. Plinius supra c. 4. ‘Puteis ore angustatis intus spatiente vena.’

<sup>f</sup> Quino semipede] Hoc est, duobus integris pedibus et semisse. Vide Notas et Emend. num. 13.

<sup>g</sup> Nusquam vero] Vide Notas et Emend. num. 14.

<sup>h</sup> Quoniam in humido] Si nempe ultra sesquipedem fodias. Vide Notas

et Emend. num. 15.

<sup>i</sup> Cato] Cap. 43, p. 37. cui titulus est, ‘Vites et oleæ quomodo infodi-antur.’ ‘Sulcos, si locus aquosus erit, alveatos esse oportet, latos summos pedestres, altos pedes quatuor, infimum latum pedem unum et palmum. Eos lapide consternito. Si lapis non erit, perticis saliginis viridibus quoquo versus collatis consternito. Si pertica non erit, sarmentis colligatis itidem facito.’

<sup>j</sup> Eos lapide consterni] Ut aquæ pluviæ ibi receptæ, detentæque, temporibus siccis refrigerandæ arbori sufficere possint: atque ob eam causam alii sarmenta substernunt, &c. Ita Theophr. de Causis III. 5. p. 268. et 269.

<sup>k</sup> Ita ut in altitudinem] Ita ut sar-

tur ex prædicta arborum natura, ut altius demittantur ea quæ summa tellure gaudent, tanquam fraxinus, olea. Hæc et similia quaternos pedes oportet demitti. Ceteris sat est, si altitudinis pedes ternos effecerint. Excide,<sup>1</sup> inquit, radicem istam, Papirius Cursor imperator. Ad terrorem Prænestinorum prætoris, destringi secures<sup>6</sup> jussit. Est innoxium<sup>m</sup> abradi partes,<sup>7</sup> quæ se nudaverint. Testas, aliqui lapides<sup>n</sup> rotundos subjici malunt, qui et contineant<sup>o</sup> humorem, et transmittant:<sup>8</sup> non item planos facere, et a terreno arcere radicem existimantes.<sup>c</sup> Glarea substrata inter utramque sententiam fuerit.

Arborem nec minorem bima, nec majorem trima transferri quidam præcipiunt: alii, cum annum impleat. Cato<sup>p</sup> crassiorem quinque digitis. Non omisisset<sup>q</sup> idem,

<sup>c</sup> Existimant enim planos lapides non idem præstare: ac præterea arcere radicem, ne terræ adhærescat.

\*\*\*\*\*

dis; codd. Dalec. et Chiff. altitudine semipede.—6 'Livius lib. ix. prætoris destringi securim in se putantis. Lipsius: prætoris. Destringi securius, sed in abr.' Dalec. Codd. Dalec. et Chiff. adradi pro abradi. Gronov. et al. ante Harduin. Prætoris. Destringi securius se teste, innoxium abradi partes, quæ se nudaverint terra. Alioqui lapides, &c.—8 Margo edd. Dalec. et Gronov. qui haud cont. hum. sed transmittant, e Theophr. de Caus. Plant. III. 7. Dalec. qui

#### NOTÆ

menta semipedis altitudine extent. Hoc illud est quod ait Columella de Arboribus c. 20. 'Cum semina depones, dextra ac sinistra singulis, usque in inum scrobem, fasciculos sarmentorum brachii humani crassitudine deponito: ita ut supra terram paululum extent: per quos æstate parvo labore aquam radicibus subministras.'

<sup>1</sup> Excide] Aurel. Victor de Viris illustr. c. 31. 'L. Papirius Cursor (a velocitate) . . . comis et jocorum studiosus, cum Prænestinum Prætorem gravissime increpisset: Expedi, inquit, licitor, secures. Et cum eum metu mortis attonitum vidisset, incommodam ambulantiibus radicem

excidi jussit.' Refert idem Livius lib. ix. p. 157.

<sup>m</sup> Est innoxium] Subintellige, est nempe innoxium radices excidere, quæ se terra nudaverint. Hoc a Theophr. de Causis III. 11. p. 275. In quibusdam Mss. adradi.

<sup>n</sup> Testas, aliqui lapides] Vide Notas et Emend. num. 16.

<sup>o</sup> Qui et contineant] Qui et quantum satis est contineant; et quod abundat, lente transmittant.

<sup>p</sup> Cato] Cap. 28. 'Posthæc arbores crassiores digitis quinque quæ erunt, eas præcisas serito,' &c.

<sup>q</sup> Non omisisset] Dum plurimum Catoni tribuit, gravissimorum scriptorum auctoritati detrahit, qui ita

si attineret, meridianam cœli partem signare in cortice, ut translata in iisdem et assuetis statueretur horis: <sup>9</sup> ne Aquiloniæ meridianis oppositæ Solibus finderentur, et algerent meridianæ Aquilonibus. Quod e diverso <sup>r</sup> affectant etiam quidam in vite, ficoque, permutantes in contrarium. Densiores enim folio <sup>10</sup> ita fieri, magisque protegere fructum, et minus amittere: ficumque sic etiam scansilem <sup>11 s</sup> fieri. Plerique id demum cavent, ut plaga deputati cacuminis meridiem spectet, ignari <sup>t</sup> fissuris nimii vaporis opponi. Id quidem in horam diei <sup>u</sup> quintam vel octavam spectare maluerim. Æque latet non negligendum, ne radices mora inarescant, <sup>d v</sup> neve a Septemtrionibus, aut ab ea parte cœli

<sup>d</sup> Ne diuturniore mora jaceant humi semina cum radicibus, et radices interim inarescant.

et c. h. et transmittant, non autem plane facere, hos a terreno.—9 Alii ap. Dalec. oris.—10 Densiora enim folia cod. Dalec.—11 Vet. Dalec. fertilem. Εὐβατό-

## NOTÆ

consuerunt facto opus esse. Theophr. Histor. II. 7. et Virgil. Georg. II. 269. ‘Quinetiam cœli regionem in cortice signant: Ut quo quæque modo steterit, qua parte calores Austrinos tulerit, qua terga obverterit axi, Restituant: adeo in teneris asuescere multum est.’ Quod imitatus deinde Columella v. 6. pag. 188. ‘Hanc observationem,’ inquit, ‘non solum in vitium positione, sed in ulmorum, ceterarumque arborum præcipio: uti cum de seminario eximuntur, rubrica notetur una pars, quæ nos admoneat, ne aliter arbores constituamus quam quemadmodum in seminario steterint. Plurimum enim refert ut eam partem cœli spectent, cui ab tenero consueverunt.’

<sup>r</sup> Quod e diverso] Theophr. Hist. II. 8. Græca sunt ejusemodi: Συμβαίνειν δὲ τοῦτό φασι καὶ ἐπὶ τῆς συκῆς. οὐ γὰρ ἀποβάλλειν ἀνάπαλιν φυτευθεῖσαν ἔτι δὲ εὐβατοτέραν γίνεσθαι, κ. τ.


λ. Hoc idem fieri in fico aiunt: nam si in contrarium permutata seratur, fructum non amittere, scansilemque fieri pronuntiant. Verum permutari in contrarium non idem Theophrasto, ac Plinio est: illi est inverso surculo seri, ut de salice diximus c. 13. Isti, latus arboris aversum ab ea cœli parte statuere, cui prius adversum erat.

<sup>s</sup> Scansilem] Εὐβατοτέραν γίνεσθαι, Theophr. loc. cit. Scansilis arbor dicitur, quæ assurgit, ut scandi facile possit: contra δύσβατος, inaccessa.

<sup>t</sup> Ignari] Non intelligunt vel sic opponi nimio calori, quo finditur cortex.

<sup>u</sup> In horam diei] Hoc est, in eam cœli regionem obverti maluerim, ubi Sol, cum undecima est, vel post meridiem secunda, stare videtur. Sic enim horas partiebantur antiqui, ut sexta in meridiem caderet. Vide quæ diximus in Notis et Emend. ad lib. VI. num. 119.

usque ad exortum brumalem vento flante effodiantur arbores, aut certe non adversæ<sup>12</sup> iis ventis radices præbeantur: propter quod emoriuntur, ignaris causæ agricolis. Cato omnes<sup>v</sup> ventos, et imbrem quoque, in tota translatione damnat. Et ad hæc proderit<sup>13</sup> quam plurimum terræ, in qua vixerint, radicibus cohærere, ac totas cespite circumligari: cum ob id Cato<sup>x</sup> in corbibus transferri jubeat, proculdubio utilissime. Idem<sup>y</sup> summam<sup>14</sup> terram contentus est subdi. Quidam Punicis<sup>z</sup> malis substrato lapide non rumpi pomum in arboribus tradunt. Radices inflexas<sup>a</sup> poni melius. Arborem ipsam ita locari, ut media sit totius scrobis, necessarium. Ficus, si in scilla<sup>15 b</sup> (bulborum hoc



τερον, pro εὐβλαστότερον legit Plinius apud Theophr.—12 Vet. Dalec. *obversæ*.—13 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Et hoc proderit* Gronov. et vulgg.—14 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. ex codd. *quia ob id, &c. jubet. Proculdubio utilissime quidam summam* Vet. Dalec. *cum ob id, &c. jubet. Proculdubio utilissime quidam summam* Gronov. et edd. vett. *quidem summam* cod. Dalec.—15 Ita Vet. Dalec. Harduin. 1. 2. 3. Mil-

## NOTÆ

<sup>v</sup> *Inarescant*] Ut de vite dicturi sumus c. 35.

<sup>w</sup> *Cato omnes*] Cap. 28. p. 27. 'Caveto autem ne cum ventus siet, aut imber, effodias, aut seras: nam id maxime cavendum est.'

<sup>x</sup> *Cum ob id Cato*] Loco cit. 'Oleas, ulmos, ficos, poma, vites, pinos, cypressos cum seres, bene cum radicibus eximito cum terra sua quamplurima: circumligatoque uti ferre possis: circumligatoque uti ferre possis: in alveo aut in corbula ferri jubebo.'

<sup>y</sup> *Idem*] Loco cit. 'In scrobe cum pones, summam terram subdito: postea operito terra,' &c. Sic etiam Columella v. 6. 'Arbores ita conserendæ sunt, ut summam terram, quæ aratro subacta sit, semipedem alte substernamus, radices omnes explicemus, et depositas stercoremus, ut ego existimo: si minus, terra subacta operiamus,' &c.

<sup>z</sup> *Quidam Punicis*] Palladius l. iv. in Martio, tit. 10. p. 92. 'Qui in scrobe deponit, si tres lapillos in ipsa radice constituat, providebit ne poma fundantur.' Et ante eum Colum. v. 10. p. 201. 'Mala Punica, ne in arbore rumpantur, remedio sunt lapides tres,' &c.

<sup>a</sup> *Radices inflexas*] Leviter flexas. Sic alibi, ut notavimus, 'insectum' pro secto dixit. Falluntur enim qui *inflexas* nove ab eo dictum putant, quasi *non flexas*: etsi Theophrasti auctoritate tueri id omni ope nituntur, ex Hist. II. 7. Tutior in hoc negotio agricoliarum fides, quam eruditorum conjecturæ.

<sup>b</sup> *Ficus, si in scilla*] Theophr. Hist. II. 7. 'Ἡ συκὴ δὲ, εἴαν ἐν σκίλλῃ φυτευθῆ, θάπτον παραγίνεται, καὶ ἦπτον ὑπὸ σκωλήκων κατεσθίεται. *Ficus, si in scilla seratur, ocyus crescit, minusque a vermibus infestatur.* Palladius in Mar-

genus est) seratur, ocysime ferre traditur pomum, neque vermiculationi obnoxium: quo vitio carent<sup>16 c</sup> reliqua poma similiter sata. Radicum ejus magnam adhibendam curam, ut exemtas appareat, non evulsas, quis dubitet? Qua ratione et reliqua confessa omittimus: <sup>17</sup> sicuti terram circa radices fistucato<sup>d</sup> spissandam, quod Cato<sup>e</sup> primum in ea re esse censet: plagam quoque a trunco<sup>18 f</sup> oblini fimo, et foliis præligari præcipiens.

XVII. (XII.) Hujus loci pars est ad intervalla pertinens. Quidam<sup>1</sup> Punicas,<sup>g</sup> et myrtos, et lauros densiores seri jusserunt, in pedibus tamen novenis. Malos amplius<sup>h</sup> paulo, vel magis<sup>2</sup> etiam piros, magisque amygdalas, et ficus: quod optime dijudicabit ramorum amplitudinis ratio, locorumque, et umbræ cujusque arboris: quoniam has<sup>3</sup> quoque observari oportet. Breves sunt, quamvis magnarum arborum, quæ in orbem ramos circinent,<sup>4</sup> ut in malis, pirisque. Eædem enormes cerasis, lauris.

ler. et Bipont. *si scilla* edd. vett. Gronov. et Franz. *si prope scillam* margo edd. Dalec. e Theophr.—16 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *quo vitio non carent* Gronov. et vulgg. Mox, *dissimiliter sata* Vet. Dalec.—17 Cod. Dalec. *confessa nos omittit*.—18 Vet. Dalec. *in trunco*.

CAP. XVII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. *Quidem*.—2 Cod. Dalec. *at magis*.—3 Vet. Dalec. *hanc*; alii vett. ap. Dalec. *hæc*.—4 Dalec. *circinant*.

## NOTÆ

tio, tit. de ficu: 'Aliqui multum prodesse confirmant, ut generosiora poma producat, si plantam fici diviso squillæ bulbo intersitam, strictamque vinculis collocemus.' Didymus quoque in Geopon. x. 46. p. 276. Latini veteres 'squillam' pro 'scilla' scripsere. De scilla dicemus XIX. 30.

<sup>c</sup> *Quo vitio carent*] Vide Notas et Emend. num. 17.

<sup>d</sup> *Fistucato*] Fistucatione. Fistuca, machina est utrimque ansata, qua pavitores utuntur, ut pavimenta magna vi in terram adigantur. Pavitores Galli vocant, *Hic, ou Demoiselle*.

<sup>e</sup> *Quod Cato*] Cap. 28. 'Oleas, ul-

mos, ficos, ... in scrobe cum pones ... Operito terra radicibus fini, deinde calcato pedibus bene, deinde fistucis, vectibusque calcato, quam optime poteris. Id erit ei rei primum. Post hæc arbores crassiores digitis quinque quæ erunt, eas præcisas serito, oblinitoque fimo summas, et foliis alligato.'

<sup>f</sup> *A trunco*] A summo trunco, ubi plaga deputati cacuminis.

<sup>g</sup> *Quidam Punicas, &c.*] Hæc Plinius a Theophr. Hist. II. 7. et ubi prolixius multo tractantur de Causis III. 8. p. 272.

<sup>h</sup> *Malos amplius*] Theophr. locis citatis.

XVIII. Jam quædam umbrarum proprietas. Juglandium gravis<sup>i</sup> et noxia, etiam capiti humano, omnibusque juxta satis. Necat gramina<sup>j</sup> et pinus: sed ventis utraque resistit, qua jam<sup>k</sup> et protecta vinearum ratione egent. Stillicidia pinus, quercus, ilicis, ponderosissima. Nul- lum cupressi,<sup>l</sup> umbra minima, et in se convoluta. Fico- rum levis,<sup>m</sup> quamvis sparsa: ideoque inter vineas seri non vetantur. Ulmorum lenis,<sup>n</sup> etiam nutriens, quacum- que opacat. Attico<sup>o</sup> hæc quoque videtur<sup>4</sup> e gravissimis: nec dubito, si emittantur in ramos. Constrictæ<sup>o</sup> quidem ullius<sup>5</sup> noxiam esse non arbitror. Jucunda et platani, quanquam crassa: licet gramine<sup>p</sup> credere non soli, haud alia lætius operiente toros. Populo nulla ludentibus fo- liis: pinguis alno, sed pascens sata. Vitis sibi sufficit, mobili folio, jactatuque crebro Solem umbra temperans,



CAP. XVIII. 1 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *Necat germina* Gronov. et vett. Mox, alii ap. Dalec. *sed quoniam ventis utr. resist. et projectu earum vineas tegunt.* Alii ap. eund. *vinearum sationem tegunt.* Gronov. et al. ante Harduin. *resistit, quoniam et protecta.* Cod. Dalec. *projecta.*—2 Codd. Dalec. et Chiffi. *lenis.* Mox, Vet. Dalec. *non vetatur.*—3 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *Ulmorum levis* Gronov. et vulgg. Mox, Vet. Dalec. *quæcumque opacat.*—4 Chiffi. *videntur.*—5 *Constr.*

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Juglandium gravis*] Nervorum af- ferre solutionem (paralysin vocant) scribit Aldrovandus. Grevinus de Venen. II. 22. refrigerationem mem- brorum, maximumque ac diuturnum capitis dolorem: somnia dura, de- fluviumque capillorum, Marcellus Donat. Hist. Med. Mirab. I. 1.

<sup>j</sup> *Necat gramina*] Dissidere vide- tur a Plinio nostro Palladius lib. XII. in Novemb. tit. 7. p. 165. cap. de pinu: 'Pinus creditur prodesse om- nibus, quæ sub ea seruntur:' plantis fortasse robustioribus, lauro, myrto, non gramine.

<sup>k</sup> *Qua jam*] Quo genere arborum ideo jam protecta vinearum egent: hoc est, et earum propterea arborum oppositu vineæ jam percommode

protegentur. Vide Notas et Emend. num. 18.

<sup>l</sup> *Nullum cupressi*] Fœminæ nimi- rum, quæ in metam fastigatur, ut dictum est XVI. 60. Hæc nullum mittit stillicidium.

<sup>m</sup> *Ficorum levis*] Umbra.

<sup>n</sup> *Attico*] Julio Attico, de quo in Auctorum Indice.

<sup>o</sup> *Constrictæ*] Cui arbori compac- tiores rami sunt, hujus umbra gravis non est.

<sup>p</sup> *Licet gramine*] Quam sit umbra platani jucunda vel ex gramine in- telligimus, quod sub nulla alia arbore tam læte provenit: nulla alia arbor felicius operit graminum et herbarum toros.



eodem gravi<sup>q</sup> protegens in imbre.<sup>6</sup> Omnium fere levis umbra, quorum pediculi longi. Non fastidienda hæc quoque scientia, atque non in ultimis ponenda, quando quibusque satis umbra aut nutrix aut noverca est. Juglandium<sup>7</sup> quidem, pinorumque, et picearum, et abietis, quæcumque attigere, non dubie venenum est.

XIX. Stillicidii brevis definitio est. Omnium quæ projectu<sup>a</sup> frondis ita defenduntur,<sup>1</sup> ut per ipsas<sup>2</sup> non defluant imbres, stilla sæva est. Ergo plurimum<sup>b</sup> intererit hac inquisitione<sup>3</sup> terra in qua seremus, in quantum arbores quasque alat. Jam per se colles<sup>c</sup> minora quærent intervalla. Ventosis locis crebriores seri conducit. Olea tamen<sup>d</sup> maximo intervallo, de qua Catonis Italica<sup>e</sup> sententia est: 'in XXV. pedibus minimum, plurimum XXX. seri.' Sed hoc variatur locorum natura. Non alia major in Bætica arbor. In Africa vero (fides penes auctores erit) milliarias vocari multas narrant a pondere olei, quod ferant annuo proventu. Ideo LXXV. pedes Mago<sup>f</sup> inter-

quidem ulmi cod. Dalec. Districtæ quidem illius Vet. Dalec.—6 Dalec. prot. se ab imbre.—7 Juglandum cod. Dalec.

CAP. XIX. 1 Vet. Dalec. diffunditur.—2 Dalec. ipsam, sub. 'frondem.'—3 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. in

## NOTÆ

<sup>q</sup> Eodem gravi] Eodem folio in gravi imbre se vitis protegit.

<sup>a</sup> Omnium quæ projectu] Exemplum statuit Palladius lib. II. in Januar. tit. 16. p. 47. in nuce juglande: 'Desiderat intervalla majora,' inquit, 'pro arboris magnitudine, quia stillicidiis foliorum suorum, proximis, vel sui generis, nocebit arboribus.' In quibusdam libris perperam diffunduntur. Defenduntur projectu frondis arbores eæ, quarum per folia non perpluit, nec madefit imbre aut ipsius arboris corpus caudexve, aut circumjecta tellus.

<sup>b</sup> Ergo plurimum] Plurimum interest in hac inquisitione prospicere quodnam genus arborum ea terra

alat, in qua serere quidpiam aliud libuerit.

<sup>c</sup> Jam per se colles] Locis montuosis intervalla breviora quam planis relinquenda sunt: montibus enim minus radices et comæ augescunt, inquit Theophr. de Causis III. 8. p. 273. Ἐν γὰρ τοῖς ὄρεινοῖς ἐλάττους (ἀποστάσεις) ἢ ἐν τοῖς πεδινοῖς ἐπ' ἑλαττον γὰρ αἱ τε βίξαι προαύξονται, καὶ ἡ κόμη.

<sup>d</sup> Olea tamen] Vide Colum. v. 9. p. 198.

<sup>e</sup> Catonis Italica] Hoc est, pro cæli solique Italici ratione. Vide Notas et Emend. num. 19.

<sup>f</sup> LXXV. pedes Mago] Et ex Magone Columella, loc. cit.

vallo dedit undique: aut in macro solo, ac duro,<sup>4</sup> atque ventoso, cum minimum XLV. Bætica quidem uberrimas messes inter oleas metit. Illam inscientiam<sup>5</sup> pudendam esse conveniet, adultas interlucare<sup>6</sup> justo plus, et in senectam præcipitare, aut (plerumque ipsis qui posuere, coarguentibus imperitiam suam) totas excidere. Nihil est<sup>h</sup> foedius agricolis quam gestæ rei pœnitentia, multo jam ut præstet laxitate delinquere.<sup>a 7</sup>

XX. (XIII.) Quædam autem<sup>i</sup> natura tarde crescunt, et inprimis semine tantum nascentia, et longo ævo durantia. At quæ cito<sup>j</sup> occidunt, velocia sunt, ut ficus, Punica, prunus, malus, pirus,<sup>k</sup> myrtus, salix: et tamen antec-

<sup>a</sup> Ut jam multo satius sit initio peccasse, positis laxius olearum ordinibus.

quæstione Gronov. et Vulgg.—4 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *ctiam in macro solo, ac duro* edd. vett. et Gronov. *ast in macro solo, ac duro* cod. Dalec. *aut in macro solo, ac duro* Pintian.—5 Ita ex codd. Harduin. et recentt. *scientiam* cod. Dalec. et Chiff. *inscitiam* Gronov. et vulgg. Mox, *nosse conveniet* Vet. Dalec.—6 Vet. Dalec. *inter sese lucturi*.—7 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *multo ut præstet, &c.* Gronov. *multo jam ut præstet laxitati delinquere* cod. Dalec. *multo jam ut præstet laxitati delingere* Chiff.

CAP. XX. 1 Cod. Dalec. *pirus*.—2 Idem codex; *lentissima est pirus*.—3

#### NOTÆ

<sup>5</sup> *Interlucare*] Interlucari arbores dicuntur, quoties ademit ramorum parte, quantum earum opacitati detrahitur, tantum luci accedit: unde et *interlucare* dictum. Plinius c. 35. libri hujus: 'Interlucata densitate ramorum, qui sint supervacui,' &c. Vide quæ de vocibus, 'conlucare,' et 'sublucare,' dicturi sumus in calce hujus libri.

<sup>h</sup> *Nihil est*] In eam sententiam egregie Columella 1. 8. 'Nam cum multum prodest perite quid facere, tum plus obest perperam fecisse. Unum enim ac solum dominatur in rusticatione: quicquid exigit ratio culturæ, semel facere. Quippe cum emendatur vel imprudentia, vel negligentia, jam res ipsa decoxit: nec in tantum postmodum exuberat, ut

et rem amissam restituat, et quæstum temporum præteritorum resarciat.'

<sup>i</sup> *Quædam autem*] Virgilius Georg. II. 57. 'Jam, quæ seminibus jactis se sustulit arbos, Tarda venit,' &c. Varro de Re Rust. I. 41. 'Omnia minuta et arida, ad crescendum tarda: et quæ laxiora, ea et fecundiora: ut femina, quam mas: ex proportione in virgultis item. Itaque ficus, malus Punica, et vitis, propter fœmineam mollitiem ad crescendum prona. Contra palma, et cupressus, et olea, in crescendo tarda,' &c.

<sup>j</sup> *At quæ cito*] Plinius XVI. 51. 'Omnia autem celerius senescunt præfœcunda.'

<sup>k</sup> *Malus, pirus*] Ita recte: non *pinus*. Sequitur enim, 'Ex his lentis-

dunt divitiis. In trimatu enim ferre incipiunt, ostendentes et ante. Ex his lentissima pirus.<sup>2</sup> Ocyssima omnium cyprus,<sup>1</sup> et pseudocyprus<sup>3</sup> frutex. Protinus enim floret, semenque profert.<sup>4</sup> Omnia vero celerius adolescunt stolonibus ablatis,<sup>m</sup> unamque in stirpem redactis alimentis.

XXI. Eadem natura et propagines docuit. Rubi namque curvati gracilitate et simul proceritate nimia, defigunt rursus in terram capita, iterumque nascuntur ex sese: repleturi omnia, ni resistat cultura: prorsus ut possint videri homines terræ causa<sup>n</sup> geniti: ita pessima atque execranda res, propaginem tamen docuit, ac viviradicem.<sup>1°</sup> Eadem autem natura est hederis. Cato<sup>p</sup> propagari præter vitem tradit ficum, oleam, Punicam, malorum genera omnia, laurum,<sup>2</sup> prunos, myrtos, nuces avellanas, et Prænestinas, platanum. Propaginum duo genera: ramo ab arbore depresso in scrobem quatuor pedum quoquo, et post biennium amputato flexu, plantaque translata post trimatum: quas si<sup>3</sup> longius<sup>q</sup> ferre libeat, in qualis statim, aut vasis fictilibus defodere propagines aptissimum, ut in iis transferantur. Alterum genus<sup>r</sup> luxuriosius,<sup>4</sup> radices in ipsa

Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *cypirus et pseudocypirus* Gronov. et vulgg.—4 Chiff. *perfert*.

CAP. XXI. 1 Cod. Dalec. *ac viridem radicem*.—2 Chiff. *laurus*.—3 Dalec.

#### NOTÆ

sima pirus.<sup>7</sup>

<sup>1</sup> *Cyprus*] Frutex, sive arbor, de qua XII. 51.

<sup>m</sup> *Stolonibus ablatis*] Stolo in arboribus, fruticatio inutilis est, ut dictum est c. 1. succum omnem matri, veroque arboris factui adimens.

<sup>n</sup> *Terræ causa*] Ut terram colerent ac perpurgarent: quod eam ruborum alias sylvæ occuparet et obrueret.

<sup>o</sup> *Ac viviradicem*] Plantas, quæ cum viva radice seri possint.

<sup>p</sup> *Cato*] Cap. 51. p. 41. 'Propagatio pomorum, aliarumque arborum, Ab arbore abs terra pulli qui nascen-

*Delph. et Var. Clas.*

tur, eos in terram deprimito, extolitoque primorem partem, uti radicem capiat: inde biennio post effodito, seritoque. Ficum, oleam, malum Punicum, cotoneum, aliaque mala omnia, laurum, myrtum, nuces Prænestinas, platanum: hæc omnia a capite propagari, eximique, serique eodem modo oportet.<sup>7</sup>

<sup>q</sup> *Quas si longius*] Cato c. 52. 'Quæ diligentius propagari voles, in aulis aut in qualis pertusos propagari oportet, et cum iis in scrobem deferri oportet.'

<sup>r</sup> *Alterum genus*] Et illud a Catone describitur c. 133. p. 69. his verbis:

*Plinius.*

8 H

arbore solicitando, trajectis per vasa fictilia vel qualos ramis, terraque circumfartis: <sup>5</sup> atque hoc blandimento impetratis radicibus, inter poma <sup>t</sup> ipsa et cacumina (in summa etenim <sup>6</sup> cacumina hoc modo petuntur) audaci ingenio arborem aliam longe a tellure faciendi, eodem, quo supra, biennii spatio abscisa propagine, et cum qualis illis sata. Sabina herba propagine seritur et avulsione.<sup>u</sup> Tradunt fæce vini, aut e parietibus latere tuso mire ali. Iisdem modis rosmarinum seritur, et ramo,<sup>7</sup> quoniam neutri semen.<sup>v</sup> Rhododendron propagine et semine.

XXII. (XIV.) Semine quoque<sup>a</sup> inserere natura docuit, raptim avium fame devorato, solidoque, et alvi tepore madido, cum fœcundo fimi medicamine abjecto in mollibus arborum lecticis,<sup>b</sup> et ventis <sup>1</sup> sæpe translato in aliquas corticum rimas: unde vidimus cerasum in salice, platanum in lauro,<sup>2</sup> laurum in ceraso, et baccas simul discolores.



quam si.—4 Cod. Dalec. *genus luxuriosum*.—5 Ita codd. Harduini, et Pinitian. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *terraqe circumfartis* Gronov. et vulgg.—6 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. *summa enim* Gronov. et vulgg. Paulo post, *qualis sata*, omisso *illis*, vet. cod. Dalecampii.—7 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *serunt et ramo* Gronov. et edd. vett.

CAP. XXII. 1 Dalec. *lectis aut ventis*.—2 Chiffi. *lauru*.

#### NOTÆ

<sup>4</sup> In arboribus radices uti capiant, calicem pertusum sumito tibi, aut quasillum: per eum ramulum transerito: eum quasillum terra impleto, calcatoque: in arborem relinquito. Ubi bimum erit, ramum tenerum infra præcidito: cum quasillo serito. Eo modo quodvis genus arborum facere poteris uti radices bene habeant.<sup>7</sup>

<sup>5</sup> *Circumfartis*] Sic Mss. omnes, non, ut editi, *circumpactis*, nulla plane sententia.

<sup>t</sup> *Inter poma*] Inter ipsa poma, atque in ipso arboris cacumine: nam vel ex ipso summo cacumine rami ad

propaginem seliguntur.

<sup>u</sup> *Avulsione*] De qua diximus c. 9.

<sup>v</sup> *Neutri semen*] Sabinæ sane rarum admodum semen est: rosmarino sterili, de quo Plinius xxiv. 59. plane nullum.

<sup>a</sup> *Semine quoque*] Acinis nucleisve mali, piri, cerasi, in aliarum arborum rimas immissis. Hunc locum Carolus Stephanus in Prædio Rustico pag. 215. perperam interpretatur.

<sup>b</sup> *Arborum lecticis*] Sic partem eam arboris vocat et caudicis, unde se rami dividunt in brachia.

Tradunt et monedulam condentem semina in thesauros cavernarum, ejusdem rei præbere causas.

XXIII. Hinc nata inoculatio,<sup>c</sup> sutoriæ simili fistula<sup>d</sup> aperiendi in arbore oculum<sup>e</sup> cortice exciso, semenque includendi<sup>f</sup> eadem fistula sublatum ex alia. In ficis autem et malis hæc fuit inoculatio antiqua. Virgiliana<sup>f</sup> quærit sinum<sup>g</sup> in nodo gemmæ expulsi<sup>2</sup> corticis, gemmamque ex alia arbore includit. Et hæc natura ipsa docuit.

XXIV. In sitionem autem casus, magister alius, et pæne numerosior, ad hunc modum. Agricola sedulus casam sepis munimento cingens, quo minus putrescerent sudes, limen subdidit ex hedera. At illæ vivaci morsu apprehensæ, suam ex aliena fecere vitam, apparuitque<sup>h</sup> truncum

//////////

CAP. XXIII. 1 Dalec. *subula aperiendo, &c. includendo.*—2 Dalec. *sinum gemmæ in nodo evulsi.*

#### NOTE

<sup>c</sup> *Inoculatio*] Græcis ἐνοφθαλμισµὸς, et inde ἐνοφθαλµίζειν. Recessit omnino nobis hoc inserendi genus ab usu. Altera hæc insitio est, quam Columella affert v. 11. de insitione arborum, p. 203. 'Tria genera porro,' inquit, 'insitionum antiqui tradiderunt. Unum quo resecta et fissa arbor resectos surculos accipit. Alterum quo resecta inter librum et materiam semina admittit... Tertium quo ipsas gemmas cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam vocant agricolæ emplas-trationem, vel, ut quidam, inoculationem.'

<sup>d</sup> *Fistula*] Acuto scalpro seu ferramento, quale sutores habent, (fistulam vocant,) cortex exciditur simul cum oculo sive gemma: non eximitur tamen: in eam deinde plagam semen alterius arboris includitur, eadem fistula sublatum. Est autem hoc loco semen, non acinus nucleusve, qualis in malis, piris, ac cerasis intelligitur; sed surculus ipse inserendus: quo significatu familiaris ea in-

primis Columellæ vox. *Une greffe*: Theophrasto, ἐνθεµα, de Causis, lib. 1. Sic idem Plinius iterum inferius cap. 35. num. 4. de vitium surculis agens: 'Interesse,' inquit, 'oportet in plantario sesquipedes inter bina semina.'

<sup>e</sup> *Oculum*] Germina, quibus in flores aut folia arbor protuberat, oculum et gemmam vocant: oculum in primis, propter corrugationem corticis, quæ circumplicatam oculorum cuticulam imitatur. *Un Bourgeon.*

<sup>f</sup> *Virgiliana*] Georg. 11. 73. 'Nec modus inserere atque oculos imponere simplex. Nam qua se medio trudent de cortice gemmæ, Et tennes rumpunt tunicas, angustus in ipso fit nodo sinus: hæc aliena ex arbore germen includunt, udoque docent inolescere libro.'

<sup>g</sup> *Sinum*] Fissuram. Hæc Virgiliana ratio, nec veterum inoculatio fuit, nec posteriorum emplas-tratio: quanquam ita Dalecampio aliisque visum est.


<sup>h</sup> *Apparuitque*] Desumptum hoc a Theophr. de Causis Plant. 11. 19. pag.

esse pro terra.<sup>a</sup> Aufertur ergo serra æqualiter superficies : lævigatur falce truncus. Ratio postea duplex : <sup>b</sup> Et prima inter corticem lignumque inserendi. Timebant prisca truncum findere : mox inforare <sup>i</sup> ausi medio : ipsique in eo medullæ calamum <sup>j</sup> imprimebant, unum inserentes, neque enim plures capiebat medulla. Subtilior postea ratio <sup>k</sup> vel senos adjecit, <sup>2</sup> mortalitati <sup>l</sup> eorum et numero succurrere persuasa, per media trunco leniter fisso, cuneoque tenui fissuram custodiente, donec cuspidatim decisis descendat in rimam calamus.

multa in hoc servanda. Primum omnium, quæ patiat

<sup>a</sup> At illæ sudes fissura et quasi morsu viventis hederæ comprehensæ, ex ea ipsa hederæ vitam traxere, fuitque hederæ truncus terræ et alimentum vice.

<sup>b</sup> Ratio postea inserendi gemina.



CAP. XXIV. 1 ' Ita codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps. Miror eruditum Harduinum laudare consensum Mss. codicum in verbo *imperare*.<sup>7</sup> Brotier. Gronov. et al. vett. ante Harduinum etiam *inforare*; Chiffi. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *imperare*. Mox, Gronov. et al. vett. *ausi medio ipsique medullæ*; alii ap. Dalec. *ausi medium, ipsi medullæ*. Codd. Dalec. ut in textu. Mox, Vet. cod. Dalecampii *imprimere*, pro *imprimebant*.—2 Cod. Dalec. *adicit*; Vet. Dalec. *adigit*; Dalec. *adjecit*. Mox, cod. Dalec. *eorum ex numero*

#### NOTÆ

255. Ὡσπερ γὰρ γῆ χρηταὶ τῷ ὑποκειμένῳ τὸ ἐμφυτεύμενον, ἢ ἐνοφθαλμιζόμενον. *Surculus qui inseritur, vel in oculatur, truncum subditum loco telluris usurpat, inquit Gaza. Quod et ante idem Theophr. dixerat de Causis I. 6. p. 204. Ὡσπερ γὰρ γῆ χρηταὶ τῷ ὑποκειμένῳ στελέχει τὰ ἐμφυτεύμενα.*

<sup>i</sup> *Mox inforare [imperare]* Sic Mss. omnes: non, ut editi, *inforare*: quam vocem eo significato, pro *perforare*, Latium non agnoscit. Est enim *inforare* Plauto, in forum vocare. Ac si pro *perforare* diceretur, *medium* postea, non *medio*, subsequi verius foret. At *imperare* viti, arvis, arboribusque, hoc est, cogere ut id ferant quod volumus, Maroni, Plinio, et aliis familiare est. Denique nec fo-

rari hoc loco truncum, sed findi necesse est.

<sup>j</sup> *Calamum]* Surculum vocant, qui inseritur. *Une Greffe.*

<sup>k</sup> *Subtilior postea ratio]* Insitio hæc est quæ fit in fissura trunci, vel fisso trunco, *enter ou greffer en fente*: in quem si plures in orbem surculi immittantur, vulgo appellant, *enter ou greffer en couronne*. Hæc pariter Colum. lib. v. cap. de insitione arborum, ipso fere principio.

<sup>l</sup> *Mortalitati]* Plures idcirco calami surculive in rimam inseruntur, ut imbecillitati eorum numerus succurrat, ac si quis casus, cæsive injuria perdat ex iis aliquos, vel unus superstes remaneat. In quibusdam Mss. *ex numero*, non improbabilis lectio.

coitum talem arbor, et ejus arboris calamus. Varie quoque et non iisdem in partibus subest omnibus succus.<sup>m</sup> Vitibus<sup>n</sup> ficisque media sicciora, et e summa parte conceptus,<sup>c</sup> ideo illinc surculi petuntur. Oleis circa media<sup>3</sup> succus; inde et surculi: cacumina sitiunt. Facillime coalescunt<sup>o</sup> quibus eadem corticis natura, quæque pariter florentia ejusdem horæ germinationem succorumque societatem habent. Lenta enim res est, quoties<sup>+</sup> humidis repugnant sicca, mollibus corticem dura.<sup>5</sup> Reliqua observatio, ne fissura in nodo fiat:<sup>p</sup> repudiat quippe advenam inhospitalis duritia. Ut in parte<sup>q</sup> nitidissima, ne longior multo tribus

<sup>c</sup> *Vitibus et ficis media pars flagelli seu rami siccior: et in summa parte vis omnis concipiendi est.*



ro.—3 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *Oleis circa medius* Gronov. et al. ante Harduin.—4 *Lenta res, quoties* cod. Dalec.—5 Ita Brotier. ex Editione princepe. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. Mil-

## NOTÆ

<sup>m</sup> *Subest omnibus succus*] Humorem Columella vocat III. 10. 'Itaque custodiemus, ut a prædictis locis, quos humorosos rustici vocant, semina legamus,' &c. Gallis, *la séce*.

<sup>n</sup> *Vitibus*] Sentire contra Columella videtur, loc. cit. 'Feracissima autem semina sunt: non ut veteres auctores tradiderunt, extrema pars ejus, quod caput vitis appellant, id est, ultimum ac productissimum flagellum,' &c.

<sup>o</sup> *Facillime coalescunt*] Plinius hæc a Theophrasto hausit de Causis Plant. I. 6. pag. 205. Columella vero, loc. cit. 'Omni arbori inseri potest, si non est ei, cui inseritur, cortice dissimilis. Si vero etiam similem fructum, et eodem tempore affert, sine scrupulo egregie inseritur.' Et post quædam interjecta: 'Sed cum antiqui negaverint posse omne genus surculorum in omnem arborem inseri, et illam finitionem, qua nos paulo ante usi sumus, veluti quandam

legem sanxerint, eos tantum surculos posse coalescere, qui sint cortice ac libro et fructu consimiles iis arboribus quibus inseruntur: existimavimus errorem hujus opinionis discutendum, tradendamque posteris rationem, qua possit omne genus surculi omnibus arboribus inseri,' &c.

<sup>p</sup> *In nodo fiat*] In arboris nodo, hoc est, crassiore callo eo, circa quem colligati simul se rami projiciunt. Hoc vero præcepit etiam Maro Georg. II. 78. 'Aut rursus enodes trunci reseantur, et alte finditur in solidum cuneis via: deinde feraces Plantæ immittuntur: nec longum tempus, et ingens Exit ad cælum ramis felicibus arbor.'

<sup>q</sup> *Ut in parte*] Columella loc. cit. 'Arborem quam inserere voles, serra diligenter exsecato ea parte qua maxime nitida et sine cicatrice est: dabisque operam ne librum lædas. Cum deinde truncum recideris, acuto ferramento plagam levato: de-

digitis, ne obliqua, ne translucens. Virgilius <sup>r</sup> ex cacumine inseri vetat. Certumque est, ab humeris <sup>6</sup> arborum, orientem æstivum <sup>s</sup> spectantibus, surculos petendos, et e feracibus, et e germine novello, nisi vetustæ arbori inserantur: ii enim robustiores esse debent. Præterea ut prægnantes, hoc est, germinatione <sup>7</sup> <sup>t</sup> turgentes, et qui parere illo speraverint anno. Bimi utique, nec tenuiores digito minimo.<sup>8</sup> Inseruntur autem et inversi,<sup>9</sup> cum id agitur, ut minor altitudo <sup>u</sup> in latitudinem se fundat. Ante omnia gemmantes nitere conveniet, nihil usquam <sup>10</sup> ulcerosum esse, aut retorridum.<sup>v</sup> Spei favet medulla calami commissuræ, si in ma-



ler. Bipont. et Franz. *corticum duri*.—6 *Certumque est ramis* Vet. Dalec.—7 Ita cod. Dalec. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *germinatione* Gronov. et vulgg. Mox, *et quos parere* Vet. Dalec. *et qui parere* Gronov. et vulgg.—8 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Bimi utrique digito medio* Gronov. et al. ante Harduin.—9 'Ita bene codd. Regg. 1. 2. et Editio princeps. Male recentt. edd. *et universi*.' Brotier. *et inversi* Gronov. et al. ante Harduin.—10 Ita Chiffli. item edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *nihil nusquam* Gronov.

#### NOTÆ

inde cuneum tenuem ferreum vel osseum inter corticem et materiam ne minus digitos tres, sed considerate demittito, ne lædas aut rumpas corticem,' &c. Et mox: 'Si pusillam arborem inserere voles, imam abscindito . . . et medium truncum acuto scalpello permodice findito, ita ut fissura digitorum trium sit in ea,' &c.

<sup>r</sup> *Virgilius*] Loco mox allato, cum plantas solum feraces in hos usus adhiberi jussit: quales fere surculi non sunt, qui cacumen obtinent, sed qui humeros potius, seu media arborum. Sic Colum. de Arbor. c. 3. ad vites serendas semina ait optima haberi a lumbis, secunda ab humeris, tertia summa in vite lecta, quæ feraciora quidem, sed celeriter senescunt.

<sup>s</sup> *Orientem æstivum*] Colum. loc. cit. 'Ex qua arbore inserere voles, et surculos ad insitionem sumturus es,

videto ut sit tenera et ferax, nodisque crebris: et cum primum germina tumbunt de ramulis anniculis qui Solis ortum spectabunt, et integri erunt, eos legito crassitudine digiti minimi,' &c. Et libro de arboribus, c. 20. 'Semina si ex arboribus sumes, de iis potissimum sumito, quæ omnibus annis bonos et uberes ferunt fructus. Observabis autem ab humeris, qui sunt contra Solem orientem, ut eosdem decerpas.'

<sup>t</sup> *Hoc est, germinatione*] De germinatione ea dictum abunde est xvi. 39. 40. et 41. Vide Notas et Emend. num. 20.

<sup>u</sup> *Ut minor altitudo*] Ut instar pumularum arborum humiles sint, et in latitudinem se fundant, inversi seruntur calami, ita ut pars acutior in truncum immittatur; extet ea, quæ crassior.

<sup>v</sup> *Retorridum*] Non Sole, vel æstu,




tre<sup>w</sup> ligni corticisque jungatur.<sup>d 11</sup> Id enim satius, quam foris<sup>12</sup> cortici æquari. Calami<sup>x</sup> exacutio medullam ne nudet. Tenui tamen fistula detegat, ut fastigatio<sup>13</sup> levi descendat cuneo, tribus non ampliore<sup>14</sup> digitis. Quod facillime contingit, tinctum aqua radentibus.<sup>e</sup> Ne exacuatur in vento, nec cortex<sup>15</sup> a ligno decedat alterutri. Calamus ad corticem usque suum deprimatur. Ne luxetur dum deprimitur: neve cortex replicetur in rugas. Ideo lacrymantes<sup>y</sup> calamos inseri non oportet, non hercule magis quam aridos: quia illo modo labat humore nimio cortex: hoc, vitali defectu non humescit, neque concorporatur.<sup>f 16</sup> Id etiam religionis servant: ut Luna crescente,<sup>z</sup> ut calamus<sup>17</sup> utraque deprimatur manu. Et alioqui<sup>18</sup> in hoc opere duæ simul manus minus nituntur, necessario temperamento. Validius enim demissi tardius ferunt, fortius durant: contraria, ex diverso.<sup>19 a</sup> Ne hiscat nimium rima, laxequæ

<sup>d</sup> *Spei commissuræ medulla calami favet, si in matre, sive arbore in quam inseritur, ligno simul corticique jungatur.*

<sup>e</sup> *Si tinctus aqua calamus radatur.*

<sup>f</sup> *Hoc modo, vitalis humoris defectu non humescit, nec cum matre coalescit.*



al. vett. et Franz.—11 Dalec. *Spei fa. medullæ cal. commissura, si matrix ligni corticesque* (sub. 'calami') *jungantur.*—12 Dalec. *fortius.*—13 Dalec. *ne nudet, detegat tamen fist. tenui ut fastigatio.* Vet. Dalec. *detegatur.*—14 Vet. Dalec. *amplius.*—15 Ita Gronov. Harduin. 1. et Bipont. *ne cortex* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—16 Chiff. *concorporat.*—17 Dalec. *crescente calamus.*—18 *Et alioquin* Gronov.—19 'Ita bene Mss. Reg. 1. et 2. et Editio princeps.

#### NOTÆ

vel gelu etiam torridum ac corrugatum.

<sup>w</sup> *Si in matre*] Sic arborem vocat in quam inseritur calamus. Nostri vulgo, *le Sauvageon*.

<sup>x</sup> *Calami*] Calamus ita acuatur, ut ne medulla ejus nudetur: tenui tamen fistula, hoc est, scalpello, ut dictum est, deradendus: ut in morem cunei acuminatus, seu fastigatus, leviter in trunci fissuram descendat, trium fere digitorum altitudine. Ita fere Colum. loc. cit. et Theophr. de Causis 1. 6. p. 205.

<sup>y</sup> *Ideo lacrymantes*] Qua de causa

vitem aliquot antea diebus præsecant, ut lacryma effluat, neque putrescat, neque vermiculetur, inquit Theophr. de Causis 1. 6. p. 205.

<sup>z</sup> *Luna crescente*] Palladius in Febr. tit. 17. 'Sed hoc utrumque genus insitionis verum est, et fit crescente Luna, ubi incipit gemma arborum turgescere.' Sequitur Columellam de Arboribus cap. 26. 'Omnes arbores,' inquit, 'simul atque gemmas agere cœperint, Luna crescente inserito.'

<sup>a</sup> *Contraria, ex diverso*] Eorum e contrario diversa ratio est, qui fue-

capiat, aut ne parum: et exprimat,<sup>b</sup> aut compressum<sup>20</sup> necet. Hoc maxime præcavendum, ut prævalide accipientis trunco in media fissura relinquatur.<sup>21</sup> Quidam vestigio<sup>c</sup> fissuræ<sup>22</sup> falce in truncis facto, salice præligant marginem ipsum. Postea cuneos figunt,<sup>23</sup> continente vinculo libertatem dehiscendi. Quædam in plantario insita eodem die transferuntur. Si crassior<sup>d</sup> truncus inseratur, inter corticem et lignum inseri melius, cuneo optime osseo, ne cortice<sup>e</sup> rumpatur laxato.<sup>24</sup> Cerasi<sup>f</sup> libro demto finduntur. Hæ solæ<sup>g</sup> et post brumam inseruntur. Demto<sup>h</sup> libro habent veluti lanuginem, quæ si comprehendit insitum, putrefacit. Incolume<sup>25</sup><sup>i</sup> cuneo adactum utilissime astringitur. Inse-

Male emendatum in recentioribus; *fortius durant, contrarii, ex diverso*. Sensus autem est: Calami validius demissi, tardius ferunt, fortius durant. Contra vero calami levius demissi, citius ferunt, minus durant.<sup>7</sup> Brotier. et contrarium ex diverso cod. Dalec. *durant contrarii, ex diverso* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—20 Margo edd. Dalec. et Gronov. *parumve comprimat, aut ne compressum*.—21 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ut præter calanum acceptum nihil in media trunci fissura relinquatur*. Vet. Dalec. *accipiente*. Codd. Dalec. et Chiff. *relinquant*.—22 Ita Dalec. Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *fissura* Franz.—23 Dalec. *refigunt*; Chiff. *findunt*.—24 Vet. Dalec. *cortex rumpatur laxatus*.—25 Ita codd. Harduini et Dalec. cum

## NOTÆ

rint lentius imbecilliusque demissi: nam et ocyus ferunt ii, intereuntque celerius.

<sup>b</sup> *Et exprimat*] Premendo ejiciat, excludatque surculum: aut comprimat, necetque, si angustius habitet.

<sup>c</sup> *Quidam vestigio*] Antequam truncus findatur, quidam fissuræ vestigium in ipso falce signant: deinde truncum ipsum in margine vinculo saligneo præligant. Palladius in Febr. tit. 17. 'Plerosque delectat strictum primo sectæ arboris truncum vinculis arterioribus, in medio findere, et ibi surculos ex utraque parte rasos in modum cunei, ut integra sit medulla, demergere, præmisso ante cuneolo: quo subducto depositus surculus, redeunte in plagam materia, possit astringi.'

<sup>d</sup> *Si crassior*] Si in crassiore trunco

fiat insitio.

<sup>e</sup> *Ne cortice*] Ne truncus cortice laxato rumpatur.

<sup>f</sup> *Cerasi*] Truncus nimirum, in quem insitio fit.

<sup>g</sup> *Hæ solæ*] Palladius lib. xi. in Octob. tit. 12. p. 152. 'Inseritur cerasus mense Novembri melius: vel, si necesse sit, extremo Januario. Alii et Octobri inserenda esse dixerunt.'

<sup>h</sup> *Demto*] Pallad. loc. cit. 'Cerasum Martialis in trunco inseri jubet: mihi inter corticem et lignum feliciter semper evenit. Qui in trunco conserunt, sicut Martialis dicit, omnem lanuginem, quæ circa est, auferre debent: quæ si remanserit, insitis nocere manifestat.'

<sup>i</sup> *Incolume*] Si cuneo, vel malleo, insitum adigatur, ita ut non lædatur

rere<sup>j</sup> aptissimum quam proximum<sup>26</sup> terræ, si patiatur nodorum truncique ratio. Eminere<sup>k</sup> calami sex digitorum longitudine non amplius debent.

Cato<sup>l</sup> argillæ vel cretæ arenam fimumque bubulum admisceri,<sup>27</sup> atque ita usque ad lentorem subigi jubet, idque interponi et circumlini. Ex iis<sup>m</sup> quæ commentatus est, facile apparet illa ætate inter lignum et corticem, nec alio modo inserere solitos, aut ultra latitudinem<sup>28</sup> duum digitorum calamos demittere. Inseri autem<sup>n</sup> præcipit pira ac mala per ver, et post solstitium diebus L. et post vindemiam. Oleas<sup>o</sup> autem et ficos per ver tantum Luna sitiente, hoc est, sicca. Præterea post meridiem, ac sine vento Austro. Mirum quod non contentus insitum munisse, ut dictum est,<sup>p</sup> et cespite ab imbre frigoribusque protexisse, ac mollibus bifidorum viminum<sup>q</sup> fascibus, lingua bubula<sup>r</sup>

edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *Incolumi* Gronov. et vulgg. Mox, Dalec. *cunco educto vitibus*.—26 Dalec. *proxime*.—27 Dalec. *admiscet*. Mox, in eodem, *idque superponi*.—28 Dalec. *ultra altitudinem*.—29 *Nunc au-*

## NOTE

eo, sed sit incolme, utilissime tum astringitur. Vide Notas et Emend. num. 21.

<sup>j</sup> *Inserere*] De pumilis præsertim arboribus ita Colum. loc. cit. ‘Si pusillam arborem inserere voles, imam abscondito, ita ut sesquipede a terra exeat.’

<sup>k</sup> *Eminere*] Colum. loc. cit. ‘Surculos sic inserito, ut semipede, nec amplius, de arbore extent.’ Sunt autem in pede digiti sedecim.

<sup>l</sup> *Cato*] Cap. 40. pag. 35. ‘Argillam, vel cretam coaddito, arenæ paululum, et fimum bubulum: hæc una bene condepsito, quam maxime uti lentum fiat: capito tibi scissam salicem: ea stirpem præcisum circumligato, ne liber frangatur.’

<sup>m</sup> *Ex iis*] Ex iis potissimum verbis, cap. 40. ‘Surculum aridum præacutum inter librum et stirpem articulo primores digitos duos. Postea

capito tibi surculum, quod genus inserere voles: eum primorem præacuito obliquum primores digitos duos,’ &c. ‘Artito,’ est inserito, adigito, immittito.

<sup>n</sup> *Inseri autem*] Cap. 41. pag. 36. ‘Pirorum ac malorum insitio per ver, et per solstitium dies quinquaginta, et per vindemiam. Oleæ et ficorum insitio est per ver.’

<sup>o</sup> *Oleas*] Cato cap. 40. pag. 35. ‘Ficos, oleas, mala, pira, vites inseri oportet Luna silenti post meridiem, sine vento Austro.’ De Luna sive silente, sive sitiente, diximus cap. 8. Sed ex Plinio *sitienti* legi oportere palam est.

<sup>p</sup> *Ut dictum est*] Nempe proxime, argilla, creta, &c.

<sup>q</sup> *Bifidorum viminum*] Scissam salicem dixit Cato loc. cit.

<sup>r</sup> *Lingua bubula*] Catonis hæc verba, loco proxime cit. ‘Salicem Græ-

(herbæ id genus<sup>s</sup> est) insuper obtegi jubet, eamque illigari opertam stramentis. Nunc abunde arbitrantur<sup>29</sup> paleato luto<sup>t</sup> sarcire libros,<sup>30</sup> duos digitos insito extante. Verno inserentes tempus urget, incitantibus se<sup>u</sup> gemmis, præterquam in olea,<sup>v</sup> cujus diutissime oculi parturiunt, minimumque succi habent sub cortice, qui nimius insitis nocet. Punica vero<sup>31 w</sup> et ficum, quæque alia sicca sunt,<sup>32</sup> reconsti-



*tem arbitrantur* Vet. Dalec.—30 Gronov. et vulgg. ante Harduin. *luto libros sarcire*; Harduin. 1. et Bipont. *luto sarcire libro*; Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *luto libro sarcire*. ‘Male Mss. Reg. Editio princeps et recentiores, *sarcire libro*. Bene mediæ editiones et Illustr. Huetius, *libros*. Nec aliter suadet Cato. Id etiam apud nos viget. Insertos enim calamos firmamus libris, *des écorces*, quos paleato luto obducimus. Quis ferat Latine dici, *paleato luto sarcire libro?* Brotier. *luto librum sarcire* Dalec. *sarcire libro duos dig. insitos extante* Chiff. —31 Ita codd. Regg. Brot. 1. 2. et Editio princeps. *Punicam vero* edd. ante Brotier.—32 Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *quæquam alia sicca sint*. ‘In codd. Regg. *quæquam alia sicca sunt*. Perperam Editio princeps aliaque: *quæquam alia sicca sint*. Certissime emendandum, *quæque alia sicca sunt*; ut patet ex Theophrasto de Causis, c. 6. ‘Ρόα δὲ, καὶ ὅσα τούτων ἐστὶ ξηρότερα, παραχρήμα. *Punica et ficus, quæque his sicciora, protinus sunt inserenda.*’ Brotier. Mox, Dalec.

#### NOTÆ

cam amplius circumligato, luto depsto, stirpem oblinito, digitos crassos tres. Insuper lingua bubula obtegit, si pluat, ne aqua in librum permanet: eam linguam insuper librum alligato, ne cadat. Postea stramentis circumdato, alligatoque, ne gelus noceat.<sup>2</sup>

<sup>s</sup> *Herbæ id genus*] Alii non herbæ genus intelligi volunt, sed ligulam e corio bubulo factam. Plinius βούγλωσσον accepit, de qua dicitur xxv. 40. Hac muniri ac circumlini insita voluit, ut superius, cap. 11. tomice mora spinarum, baccasque lauri.

<sup>t</sup> *Paleato luto*] Cum luto palea admixta plagam sarcire vimine circumligato, ita ut surculus qui inseritur duobus digitis extet. Sic Mss. omnes. Prius legebatur, nulla prorsus sententia, aut falsa, *libros sarcire*. Emendationem nostram Columella constabit, de Arboribus cap. 26. ‘Cum

omnes surculos, quos arbor patietur, demiseris, libro ulmi vel vimine arborem astringito. Postea paleato luto bene subacto oblinito totam plagam et spatium quod est inter duos surculos, usque eo ut duobus digitis insita extent.’

<sup>u</sup> *Incitantibus se*] Erumpentibus, prorepentibus. Sic Columella locutus, iv. 4. ‘Palme quem vitis mox in germinatione citaverit.’

<sup>v</sup> *Præterquam in olea*] Hæc iisdem verbis Theophr. de Causis i. 6. pag. 205. Ἔστι δὲ τοῖς μὲν ἄλλοις βραχὺς ὁ καιρὸς, διὰ τὸ ταχέϊαν εἶναι τὴν βλάστησιν· τῇ ἐλαίᾳ δὲ πλείων χρόνος, διὰ τὸ πλείω χρόνον ποιεῖν τοὺς ὀφθαλμοὺς. *Sed et ceteris parum temporis datum propterea est, quia germen celeriter exit. Oleæ plus temporis destinatum est, cum diutius suos parturiat oculos.*

<sup>w</sup> *Punica vero*] Theophr. loc. cit. Χρὴ δὲ καὶ τῆς ὑγρότητος τῆς αὐτῶν

nare minime utile. Pirum<sup>x</sup> vel florentem inserere licet, et in Maium quoque mensem protendere insitionem.<sup>33</sup> Quod si longius afferantur pomorum calami, rapo infixos optime custodire succum arbitrantur: servari inter<sup>34</sup> duos imbrices juxta rivos, vel piscinas, utrimque terra obstructos.

(XV.) Vitium vero<sup>35 y</sup> in scrobibus siccis stramento operatos, ac deinde terra obrutos, ut cacumine existant.

XXV. Cato vitem<sup>a</sup> tribus modis inserit. Præsectam<sup>b</sup> findi jubet per medullam, in eam surculos exacutos (ut dictum est)<sup>c</sup> addi,<sup>1</sup> medullas jungi.<sup>d</sup> Altero,<sup>e</sup> si inter sese vites contingant, utriusque in obliquum latere contrario ar-raso junctis medullis colligari. Tertium<sup>f</sup> genus est,<sup>2</sup> terebrare vitem in obliquum ad medullam, calamosque addere longos pedes binos, atque ita ligatum insitum, intritaque<sup>g</sup> illitum operire terra, calamis subrectis. Nostra ætas<sup>h</sup> cor-

//////////

procrastinare.—33 Chiff. insitiones.—34 Dalec. servari autem inter.—35 Cod. Dalec. Vitium vitis.

CAP. XXV. 1 Dalec. indi.—2 Tertium genus, omisso est, cod. Dalec.—

#### NOTÆ

συμμετρίαν τινὰ ὑπάρχειν· διὸ καὶ τὴν μὲν ἄμπελον προαποτέμενουσιν ἡμέραις τισὶ πρότερον, ὕπως προαποβῆναι τὸ δάκρυον, καὶ μὴ σήπηται, μὴδ' εὐρωτιᾷ· ῥόα δὲ, καὶ συκῆ, καὶ ὅσα τούτων ἐστὶ ξηρότερα, παραχρήμα. Sed succi quæque et humoris eorum modum observari quendam oportet. Qua de causa vitem aliquot ante diebus præscant, ut lacryma effluat, neque putrescat, neque vermiculetur. Punicam, et ficum, quæque his sicciora sunt, protinus inserere solent.

<sup>x</sup> *Pyrum*] Sic Palladius in Februar. tit. 25.

<sup>y</sup> *Vitium vero*] Subintellige calamos, sive surculos. Gallis, *Marquotes*. Habet hæc etiam Colum. iv. 29. pag. 158. Hos ait in scrobibus rite servari, dum inserantur.

<sup>a</sup> *Cato vitem*] Cap. 41. p. 36. Ea-

dem habet etiam Colum. loc. cit.

<sup>b</sup> *Præsectam*] Truncum vitis præsectum, in quem surculus inserendus.

<sup>c</sup> *Ut dictum est*] Sup. sect.

<sup>d</sup> *Medullas jungi*] Cato: 'Quos inseres, medullam cum medulla componito.'

<sup>e</sup> *Altero*] Cato: 'Alter a insitio est: si vitis vitem contingat, vitis utriusque latus alterum præradito oblique, et inter sese medullam cum medulla libro colligato.'

<sup>f</sup> *Tertium*] Cato et Columella, locis cit. Græcis est ἐγκεντρισιμός.

<sup>g</sup> *Intrita*] Luto paleato.

<sup>h</sup> *Nostra ætas*] Columella hæc multo uberius iv. 27. p. 158. 'Sed aliud est ferramentum, quo priores vitem perforabant, aliud quod ipse usu nunc magis aptum comperi. Nam



rexit, ut Gallica uteretur<sup>3</sup> terebra, quæ excavat, nec urit : quoniam adustio omnis hebetat : atque ut gemnascere<sup>1</sup> incipiens legatur calamus : nec plus quam binis ab insito<sup>j</sup> eminceret oculis, ulmeo vimine<sup>k</sup> alligatus,<sup>4</sup> binaque circumcideretur acie a duabus partibus, ut inde potius distillaret mucor,<sup>5</sup><sup>1</sup> qui maxime vites infestat. Deinde cum evaluissent flagella pedes<sup>6</sup> binos, vinculum insiti incideretur, ubertati crassitudine permissa. Vitibus inserendis<sup>m</sup> tempus dedere ab æquinoctio autumn<sup>7</sup><sup>n</sup> ad germinationis initia. Sativæ plantæ sylvestrium radicibus inseruntur natura



3 Gallica uterentur Dalec.—4 Cod. Dalec. *ulmi vimine alligato* ; Chiff. *ulmi vim. alligato bina circumdarentur*.—5 Cod. Dalec. *distillaret mucor* ; Vet. ejusdem, *distillet humor*.—6 Dalec. *ad pedes*.—7 Vet. Dalec. *autumni*.—8 Vet.

#### NOTÆ

antiqua terebra, quam solam veteres agricolæ noverant, scrobem faciebat, perurebatque eam partem, quam perforaverat : deusta porro raro revirescebat, vel cum priore coalescebat. . . . Nos terebram, quam Gallicam dicimus, ad hanc insitionem commenti longe habiliorē, utiliorēque comperimus, &c. Didymus quoque in Geopon. iv. 12. p. 112. hunc insitionis modum explanans, *τερέρτρω τῷ καλουμένῳ Γαλλικῷ* utitur : unde recentiorē hunc esse scriptorem apparet. Ea terebra Gallis modo *Villebréquin*.

<sup>i</sup> *Atque ut gemnascere*] Columella de Arboribus cap. 8. ‘Cum vitem inserere voles, optimi generis sarmenta fructuaria, tum cum gemmas agere incipiant, vento Austro a matre præcidito.’

<sup>j</sup> *Ab insito*] Ab insitione non plus quam gemmæ duæ extarent. Plinius cap. 35. Oculi, inquit, in arborum surculis proprie vocantur unde germinant.

<sup>k</sup> *Ulmeo vimine*] Non abludit ab hac ratione Columella loc. cit. ‘Quic-

quid inserueris viti, diligenter libro ligato, atque luto subacto paleato oblinito. . . . Infra insitionem et alligaturam falce acuta leviter vitem vulnerato, ex utraque parte, ut ex his potius plagis humor defluat, quam ex insitione ipsa abundet : nocet enim nimius humor, nec patitur surculos insertos comprehendere.’

<sup>l</sup> *Mucor*] Humor seu lacryma, ut dictum est ex Theophr. cap. sup. et proxime ex Columella.

<sup>m</sup> *Vitibus inserendis*] Columella iv. 29. p. 157. ‘Tempus inserendi Julius Atticus tradidit ex Kalendis Novembribus in Kalendas Julias, quoad posse custodiri surculum, sive gemmam affirmat.’ Ut ab illo deinde dissideat, edisserit : locum vide.

<sup>n</sup> *Ab æquinoctio autumn*] Sic Mss. omnes, ac rursum inferius, xix. 33. xxi. 12. &c. Autumnum scilicet et pro autumnali veteres dixere : ‘Autumnus tempus’ Manilius : ‘Autumnus frigus’ Naso Met. iii. ‘Autumnus tempestatem’ Gellius lib. ix. 7. ‘Autumnus fœtus’ Cod. Theod. ii. 8. de feriis, lege 2.

siccioribus. Si sativæ<sup>o</sup> sylvestribus<sup>s</sup> inserantur, degenerant in feritatem. Reliqua cœlo constant. Aptissima<sup>p</sup> insititis siccitas. Hujus enim<sup>9</sup> remedium appositis fictilibus vasis modicus humor per cinerem distillans.<sup>a</sup> Inoculatio<sup>q</sup> rores amat leves.<sup>10</sup>

XXVI. (XVI.) Emplastratio<sup>1a</sup> et ipsa ex inoculatione nata videri potest. Crasso autem maxime cortici<sup>2</sup> convenit, sicut est ficis. Ergo amputatis omnibus ramis, ne succum avocent, nitidissima in parte, quaque præcipua cernatur hilaritas, exenta scutula<sup>b</sup> (ita ne descendat ultra ferrum) cortici, imprimitur ex alia cortex par, cum sui germinis mamma :<sup>3c</sup> sic compage densata, ut cicatrici locus non

<sup>a</sup> Nam pro remedio adversus siccitatem, si nimia sit, apponuntur tantum vasa fictilia, ex quibus modicus humor per cinerem leniter distillet.



Dalec. sativæ sylvestres.—9 Hujus est Vet. Dalec.—10 Dalec. lenes; Gronov. leveis.

CAP. XXVI. 1 'Male cod. Reg. 1. et Editio princeps, *Emplasti ratio*. In aliis, *Emplatri ratio*. Emendandum, *Emplastratio*, ut habet Colum. v. 11. Id ante nos jam observaverat Illustr. Huetius.' Brotier. *Emplatri ratio* Gronov. Harduin. 1. 2. 3. et al. ante Brotier. Mox, et ipsa inoculatione, ommissa præpositione.—2 Cod. Dalec. cortice.—3 Dalec. gemma.—4 Ita ex codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. non

#### NOTÆ

<sup>o</sup> Si sativæ] Varro de Re Rust. 1. 40. 'Si in pirum sylvaticam inseveris pirum quamvis bonam, non fore pirum tum jucundum, quam si in eam quæ sylvestris non sit.'

<sup>p</sup> Aptissima] Columella v. 11. 'Hoc genus insitionis æstivo tempore optime usurpatur.'

<sup>q</sup> Inoculatio] Theophr. de Causis 1. 6. pag. 205. τὸ δ' ὕδωρ τῶ μὲν ἐνοφθαλμισμῶ πολέμιον, κ. τ. λ. *Aqua inoculationi vehementer officit: putrefacit enim, &c.*

<sup>a</sup> Emplastratio[*Emplatri ratio*] Quam et inoculationem quidam, ut auctor est Columella, sed perperam, appellant. 'Tertium,' inquit v. 11. p. 203. 'insitionis genus est, quo ipsas gemmas cum exiguo cortice in partem sui

delibratam recipit arbor, quam vocant agricolæ emplastrationem, vel, ut quidam, inoculationem.' Galli, *Enter en écusson*.

<sup>b</sup> Exenta scutula] Scutulam corticeam eximimus, lignum tamen non offendentes: alia deinde similis ex altera arbore in locum prioris imprimitur. Quod in scutulæ formam cortex eximitur, inde Galli insitioni huic nomen fecere. Quod id ipsum, quod inseritur, veluti emplastrum quoddam est, inde Latini emplastratio dicta est.

<sup>c</sup> Cum sui germinis mamma] Mammæ appellatione parvam illam corticis extuberantiam intelligo, unde primum rami prosiliunt ac germina.

sit, et statim fiat unitas, nec humorem, nec afflatum <sup>4</sup> recipiens : nihilominus tamen et luto munire, et vinculo <sup>d</sup> melius. Hoc genus non pridem repertum volunt, qui novis moribus favent. Sed id etiam apud veteres Græcos invenitur, et apud Catonem, <sup>e</sup> qui oleam ficumque sic inseri jussit, mensura etiam præfinita secundum reliquam diligentiam suam : cortices scalpro excidi quatuor digitorum <sup>5</sup> longitudine, et trium latitudine, atque ita coagmentari, et illa sua intrita <sup>f</sup> oblini : eadem ratione et in malo.

Quidam huic generi miscuere fissuram <sup>g</sup> in vitibus, ex-cemta cortici <sup>6</sup> tessella, surculo a latere plano adigendo. Tot modis insitam arborem vidimus juxta Tiburtes Tullias, <sup>h</sup> omni <sup>7</sup> genere pomorum onustam, alio ramo nucibus, alio <sup>i</sup> baccis, aliunde vite, ficis, piris, Punicis, malorumque generibus. Sed huic brevis fuit vita. Nec tamen omnem experimentis assequi naturam possumus. Quædam enim nasci, nisi sponte nullo modo queunt : eaque immitibus tantum et desertis locis proveniunt. Capacissima <sup>i</sup> insitorum omnium ducitur platanus, postea robur : verum utra-



*humorem, non afflatum* edd. vett. et Gronov.—5 ‘Cato, cap. 42. habet tantum, digitos III. s. id est, tres et semis.’ Brotier.—6 Cod. Dalec. *cortice*; alii, *cum cortice*.—7 *Tiburtes, tiliam omni* Vet. Dalec.—8 Ita codd. Harduini et Cliffl.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Et vinculo*] Lineo, vel, ut olim, vimineo : vel tilia denique : nam et e tilia vincula, ut dictum est, libro sup. cap. 25.

<sup>e</sup> *Apud Catonem*] Cap. 42. pag. 36. ‘Ficos et oleas altero modoin erito.’ ‘Quod genus aut ficum, aut oleam esse voles, inde librum scalpro eximito : alterum librum cum gemina de eo fico, quod genus esse voles, eximito : apponito in eum locum, unde exsecaveris in alterum genus, facitoque uti conveniat. Librum longum facito digitos III. S. (hoc est, tres et semis : Plinius quatuor solidos dixit :) latum digitos tres : ad

eundem modum oblinito, integito : uti cetera.’

<sup>f</sup> *Illæ sua intrita*] Luto paleato, ut Plinius ipse ait cap. 25.

<sup>g</sup> *Miscuere fissuram*] Vites inse-ruere gemina ratione : primum fisso cortice in tessellæ modum, quæ emplastratio est : et præterea terebrato trunci latere, insertoque surculo, qui Græcis ἐγκεντρισµὸς, a nobis sup. cap. explicatus.

<sup>h</sup> *Tullias*] Mss. *Thulias*. Sunt qui *tiliam* scribant.

<sup>i</sup> *Capacissima*] Quæ plures diversorum generum surculos admittere in se ac recipere possit.



que sapes corrumpit.<sup>8</sup> Quædam omni genere<sup>j</sup> inseruntur, ut ficus et Punicæ.<sup>9</sup> Vitis non recipit emplastra, nec quibus tenuis, ac caducus, rimosusque cortex: neque inoculationem siccæ, aut humoris exigui. Fertilissima omnium inoculatio, postea emplastratio. Sed utraque infirmissima. Et quæ cortice nituntur tantum, vel levi aura ocysissime deplantantur. Inserere firmissimum,<sup>k</sup> et fœcundius, quam serere.

(XVII.) Non est omittenda raritas unius exempli. Corellius<sup>l</sup> eques Rom. Ateste genitus, insevit<sup>10</sup> castaneam suometipsam<sup>m</sup> surculo in Neapolitano agro. Sic facta est castanea, quæ ab eo nomen accepit inter laudatas. Postea Etereius<sup>n</sup> libertus Corellianam iterum insevit.<sup>11</sup> Hæc est inter eas differentia: illa copiosior, hæc Etereiana melior.<sup>12</sup>

XXVII. Reliqua genera casus ingenio suo excogitavit, ac defractus serere ramos docuit, cum pali defixi<sup>o</sup> radices cepissent. Multa sic seruntur, inprimisque ficus, omnibus aliis<sup>p</sup> modis nascens, præterquam talea:<sup>11</sup> optime qui-

cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. dicitur *platanus*, . . . *corrumpunt* edd. vett. et Gronov.—9 *Chiff. ut Punicæ*.—10 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *inseruit* Gronov. et al. vett.—11 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. et recentt. *Postea hæres ejusdem libertus C. i. inseruit* Gronov. et edd. recentt. *insevit* etiam codd. Dalec. et Chiff.—12 Ita codd. Harduini, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *hæc tertiana melior* cod. Dalec. *hæc Corelliana melior* Gronov. et vulgg.

CAP. XXVII. 1 Pintian. conj. *præterque talea*. Vid. Not. et Emend. n. 23.

## NOTÆ

<sup>j</sup> *Quædam omni genere*] Omni insitionum genere, quas hactenus attigimus.

<sup>k</sup> *Inserere firmissimum*] Columella de Arboribus cap. 20. 'Arbos insita fructuosior est, quam quæ insita non est: id est, quam quæ cum ramis aut plantis ponitur.'

<sup>l</sup> *Corellius*] In Inscript. Gruteri, *Corellus*, non semel. Diversus certe a Corelio Rufo, cujus obitum Plinius alter deflet Epist. 1. 12.

<sup>m</sup> *Suometipsam*] Castaneam insevit

exempto surculo ex ea ipsa arbore quæ inserebatur.

<sup>n</sup> *Postea Etereius*] Vide Notas et Emend. num. 22.

<sup>o</sup> *Pali defixi*] *Des pieux*. Hunc signare modum Maro videtur Georg. II. 25. cum ait, 'Hic stirpes obruit arvo, Quadrifidasque sudes, et acuto robore vallos.'

<sup>p</sup> *Omnibus aliis*] Sex modis superioribus recensitis cap. 9.

<sup>q</sup> *Præterquam talea*] Hoc est, præciso exacutoque ab utraque parte

dem,<sup>r</sup> si vastiore ramo pali modo exacuto adigatur alte, exiguo super terram relicto capite, eoque ipso arena cooperto. Ramo seruntur<sup>s</sup> et Punica, palis laxato<sup>t</sup> prius meatu: item myrtus. Omnium horum longitudine trium pedum, crassitudine minus brachiali, cortice diligenter<sup>u</sup> servato, trunco exacuto.<sup>v</sup>

XXVIII. Myrtus et taleis<sup>a</sup> seritur: morus talea<sup>b</sup> tantum, quoniam in ulmo<sup>c</sup> eam inseri<sup>r</sup> religio fulgurum prohibet. Quapropter de talearum satu nunc dicendum est. Servandum in eo<sup>d</sup> ante omnia, ut taleæ ex feracibus fiant arboribus: ne curvæ, neve scabræ, aut bifurcæ: neve tenuiores, quam ut manum impleant: ne minores<sup>2</sup> pedalibus: ut illibato cortice: atque ut sectura<sup>e</sup> inferior ponatur semper, et

\*\*\*\*\*

CAP. XXVIII. 1 Ita codd. Harduin. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *tantum, quam in ulmo scri* Vet. Dalec. *tantum, quoniam ramo eam seri* Gronov. et al. vett. *inseri* Chiffi.—2 Dalec. *neve minores.*

#### NOTÆ

ligno, quod in terram depangitur. Græci ξύλον, Varro de Re Rust. 1. 40. taleam, et clavolam vocat: Galli *bille*: et talea serere, *planter de bille*. Vide Notas et Emend. num. 23.

<sup>r</sup> *Optime quidem*] Subintellige, nascitur. Hæc totidem verbis Theophr. Hist. II. 7. Φυτεύεται καὶ ἡ συκῆ, ἐάν τις κράδην παχείαν ἀποξύνῃς σφύρα παύση, ἄχρι οὗ ἂν ἀπολίπη μικρὸν ὑπὲρ τῆς γῆς, εἴτ' ἐπ' αὐτῆς ἄμμον βαλὼν ἕνωθεν ἐπιχώσῃ. *Seritur ficus, et si quis ramum vastiorem exacutum malleo adigat, quoad super terram paulum extet, ac deinde arena superinjecta operiat.*

<sup>s</sup> *Ramo seruntur*] Theophr. Hist. II. 1. Ἡ ῥόα τῆς ῥάβδου.

<sup>t</sup> *Palis laxato*] Palo prius laxari ac dilatari scrobem sen foramen necesse est, quo ramus immittitur. Prius paxillo perforato solo, inquit Columella IV. 16.

<sup>u</sup> *Cortice diligenter*] Theophr. Hist. II. 7. Καὶ τὸν φλοιὸν προσεῖναι, *cortice*

*minime detracto.* Crassitudinem vero rami brachialem et in olea Columella requirit, v. 9.

<sup>v</sup> *Trunco exacuto*] Pali trunco, qui in terram defigi debet, parte durissima exacuta.

<sup>a</sup> *Myrtus et taleis*] Etiam taleis. Theophr. loc. cit. Καὶ γὰρ ὁ μύρτινος ἀπὸ τῶν ξύλων καὶ τῶν πρέμων φύεται.

<sup>b</sup> *Morus talea*] Pallad. lib. III. in Febr. tit. 25. pag. 77. 'Morus serenda est taleis, vel cacuminibus: melius autem taleis sesquipedalibus,' &c.

<sup>c</sup> *Quoniam in ulmo*] Vide Notas et Emend. num. 24. De hac religione fulgurum diximus xv. 17.

<sup>d</sup> *Servandum in eo*] Columella v. 8. cui titulus, 'de seminariis olivarum.'

<sup>e</sup> *Atque ut sectura*] Ut parte ima, et crassiore, et radici propiore, qua secta est ab arbore, et exacuta, terram; cacumine, cœlum spectet. Colum. loc. cit.

quod erit ab radice: accumulaturque<sup>f</sup> germinatio terra, donec robur planta capiat.

XXIX. (XVIII.) Quæ custodienda in olearum cura<sup>1</sup> Cato<sup>2</sup> judicaverit, ipsius verbis optime præcipiemus. ‘Taleas oleagineas,<sup>2</sup> quas in scrobe saturus eris, tripedaneas facito; diligenterque tractato, ne liber laboret,<sup>h</sup> cum dolabis, aut secabis. Quas in seminario saturus eris, pedales facito: eas sic inserito: locus bipalio<sup>i</sup> subactus sit, beneque glutus.<sup>3j</sup> Cum taleam<sup>k</sup> demittes,<sup>4</sup> pede taleam opprimito. Si parum descendat,<sup>5</sup> malleo aut mateola<sup>l</sup> adigito: cavetoque, ne librum scindas, cum adiges. Palo prius<sup>m</sup> locum ne feceris,<sup>6</sup> quo taleam demittas, ita melius vivet. Taleæ ubi trimæ sunt, tum denique curæ sint, ubi liber se

\*\*\*\*\*

CAP. XXIX. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. recentt. *cultura Gronov.* et edd. vett.—2 *Taleas oleagineas* Vet. Dalec. et Chiffi. Mox, *tripedaneas decidito* margo edd. Dalec. et Gronov. e Catone.—3 Chiffi. *gluttus*. Margo edd. Dalec. et Gronov. *glutus, beneque terra tenera*, e Catone.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. item Cato et edd. recentt. *demittis* Gronov. et edd. vett.—5 Cod. Dalec. et Cato *descendet*. Mox, *malleolo* Cato. Cod. Dalec. *adigito*, et paulo post *adicis*.—6 <sup>1</sup> Ita Regg. et Editio princeps. Sic quoque Cato. Male ergo emendatum in recentioribus edd. *locum si feceris*. Brotier. *ne librum scindas*. Cum *adigis, palo p. locum feceris, quo t. demittas: ita m. vivet talea*. Et *ubi, &c.* edd. vett. et Gronov. *ne librum scindas, cum adiges. Palo prius locum si feceris, quo t. demittas, ita m. vivet. Taleæ ubi, &c.* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. ‘*demittat* Ms. et Chiffi. *demittas. Si ita feceris uti stet talea, melius vivet. Taleæ ubi trimæ (sic et Chiffi.) sunt, tum*

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Accumulaturque*] Dum arbos germinat, terra assidue aggeratur, ad robustam usque ætatem: Βλαστανόντων δὲ ἀεὶ προσχωρῶνθειν, ἄχρις οὗ ἂν γένηται ἄριον. Theophr. loc. cit.

<sup>2</sup> *Cato*] Cap. 45. ‘Taleas oleagineas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas decidito, diligenterque tractato, ne liber laboret, cum dolabis aut secabis,’ &c. Pedales circiter Varro facit, de Re Rust. 1. 40.

<sup>h</sup> *Ne liber laboret*] Hoc est, ut ait Colum. v. 9. pag. 155. ‘ne corticem lædas, aliamve partem quam quæ serra præciderit.’ Ut ipse Cato cap. 40. ‘ne librum convellas.’

Delph. et Var. Clas.

<sup>i</sup> *Locus bipalio*] Bipalium Græcis σκαπάνη, instrumentum est ad fodiendum. *Une houe*.

<sup>j</sup> *Beneque glutus*] Cato cap. 45. ‘Beneque glutus siet:’ hoc est, unitus, æquatus, complanatus.

<sup>k</sup> *Cum taleam*] Cato: ‘Cum taleam demittes, pede tantum opprimito,’ &c.

<sup>l</sup> *Mateola*] Nos mateolam, bipalii manubrium interpretamur: aliter alii.

<sup>m</sup> *Palo prius*] Cato, loc. cit. totidem apicibus ac syllabis. Plinius supra, cap. 27. ‘Palis laxato prius meatu.’

Plinius.

S I

vertet.<sup>n</sup> Si in scrobibus aut in sulcis seres, ternas taleas ponito: easque divaricato<sup>7</sup> supra terram, ne plus quatuor digitos transversos emineant, gemma vel oculo<sup>8</sup> servato.<sup>o</sup> Diligenter eximere oleam oportet, et radices quam plurimas cum terra ferre. Ubi radices bene operueris, calcare bene ne quid noceat.<sup>p</sup>

XXX. Si quis quærat<sup>a</sup> quod tempus oleæ serendæ sit, agro sicco per sementem, agro læto per ver. Olivetum diebus<sup>b</sup> xv. ante æquinoctium vernum incipito putare. Ex eo die<sup>c</sup> dies XL. recte putabis. Id hoc modo putato. Qua locus recte<sup>d</sup> ferax erit, quæ arida erunt, et si quid ventus interfregerit, iude ea omnia eximito.<sup>1</sup> Qua locus ferax non erit, id plus concidito, aratoque bene, enodatoque,<sup>e</sup> stirpesque leves facito. Circum oleas<sup>f</sup> autumnitate<sup>2</sup>

//////////

*den. maturæ sunt, ubi lib. sese vertet* Cato.<sup>7</sup> *Dalec.*—7 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi. ita quoque Cato cum edd. Harduin. et recentt. *seras, ternas taleas ponito. Eas divaricato* Gronov. et al. vett.—8 Vet. Dalec. *emineant, vel oculis*; Gronov. et al. ante Harduin. *emineant, vel oculos.*

CAP. XXX. 1 Ita Chiffi. cum edd. Harduini et recentt. *interfregerit, ea omnia eximito* Gronov. et edd. vett.—2 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Ubi liber se vertet*] Cato: ‘Ubi liber sese vertet.’ Catonis sententia est, ut quidem remur, oleas, cum trimæ sunt, priusquam transferantur, rubrica notandas, ut cum serentur, easdem cœli partes liber aspiciat, sive cortex, quas etiam in seminario conspexerat: alioqui frigore vel calore laboraturas ab ea parte quas præter consuetudinem sub alio tractu expositas habuerant. Ita enim Colum. de Arboribus cap. 17. de olivetis.

<sup>o</sup> *Gemma vel oculo servato*] Oculo uno seu gemma extante a terra. Vide Notas et Emend. num. 25.

<sup>p</sup> *Ne quid noceat*] Cato, ‘Calcato bene ne aqua noceat.’

<sup>a</sup> *Si quis quærat*] Cato cap. 27. et 40. et Columella v. 9. ‘Plantæ autem in oliveto disponentur optime,

siccis minimeque uliginosis agris, per autumnum: lætis et humidis, verno tempore, paulo ante quam germinet.’

<sup>b</sup> *Olivetum diebus*] Cato cap. 44.

<sup>c</sup> *Ex eo die*] Cato: ‘Ex eo die dies quadraginta quinque recte putabis.’

<sup>d</sup> *Qua locus recte*] Cato, ‘Qui locus recte ferax erit,’ &c.

<sup>e</sup> *Enodatoque*] Ramos inutiles amputato: arborem interlucato: stirpem onere levato. Cato totidem verbis ac Plinius.

<sup>f</sup> *Circum oleas*] Cato cap. 5. pag. 11. ‘Circum oleas autumnitate ablaqueato, et stercus addito.’ Mss. etiam Pliniani omnes *autumnitate*, non *autumno*, habent. Usus ea voce iterum Cato cap. 155.

ablaqueato, et stercus addito. Qui olivetum<sup>s</sup> sæpissime et altissime miscebit, is tenuissimas radices exarabit. Radices si sursum abibunt, crassiores fient, et eo<sup>3h</sup> in radices vires oleæ abibunt.

Quæ genera olearum, vel in quo genere terræ vivere et seri debeant, quoque spectare oliveta, diximus in ratione olei.<sup>i</sup> Mago<sup>j</sup> in colle et siccis, et argilla, inter autumnum et brumam seri jussit. In crasso aut humido, aut subriguo, a messe ad brumam. Quod præcepisse eum Africæ intelligitur. Italia quidem nunc vere maxime serit. Sed si et autumnno libeat,<sup>4</sup> post æquinoctium XL. diebus ad Vergiliarum occasum, quatuor soli<sup>k</sup> dies<sup>5</sup> sunt, quibus seri noceat. Africæ peculiare quidem in oleastro est inserere. Quadam æternitate consenescent<sup>61</sup> proxima adoptioni virga emissa, atque ita alia arbore ex eadem juvenescente: iterumque et quoties opus sit, ut ævis eadem oliveta constant. Inseritur autem oleaster calamo,<sup>m</sup> et inoculatione.

Olea, ubi quercus<sup>n</sup> effossa sit, male ponitur: quoniam



edd. Harduin. et recentt. *autumno* edd. vett. et Gronov.—3 Vet. Dalec. *et in eas*; vox *eo* deest in Vet. cod. ap. Dalec.—4 *Sed et autumnno, si libeat* Dalec.—5 Gronov. et al. *XIII. soli dies*; alii, *XIII. soli dies*; alii, *XIV. soli dies*. Vide Not. et Emend. n. 26.—6 *Quadam æter. eæ consenescent* Vet. Dalec. Mox, *adoptione* Gronov. et al. ante Harduin. qui

## NOTE

<sup>s</sup> *Qui olivetum*] Cato c. 61. p. 44.  
<sup>i</sup> *Qui oletum sæpissime et altissime miscebit, is tenuissimas radices exarabit. Si male arabit, radices sursum abibunt, crassiores fient, et in radices vires oleæ abibunt.*

<sup>h</sup> *Et eo*] Et ea re, ob eam rem.

<sup>i</sup> *Diximus in ratione olei*] Lib. xv. c. 6.

<sup>j</sup> *Mago*] Et post eum Columella de Arboribus c. 17. de olivetis, ubi Magonem laudat.

<sup>k</sup> *Quatuor soli*] Vide Notas et Emend. num. 26.

<sup>l</sup> *Quadam ... consenescent*] Æterno fere ævo oleæ durant, quoniam vir-

gas seu stolones emittunt quotannis, qui seri alio et transferri possint. Simili sententia Columella iv. 17. 'Neque enim ea quæ seruntur a nobis immortalia esse possunt: attamen æternitati eorum sic consulimus, ut de mortuis seminibus alia substituiamus,' &c.

<sup>m</sup> *Inseritur ... calamo*] Hoc est, surculo, quo dictum est modo initio c. 24.

<sup>n</sup> *Olea, ubi quercus*] Amplius eo Varro dicit de Re Rust. i. 16. dum ait, 'Si ad limitem quercetum habet ager non posse recte secundum eam sylvam seri oleam,' &c. Aliquid si-

vermes, qui *raucæ*<sup>7</sup> vocantur, in radice quercus nascuntur, et transeunt. Non infumare<sup>8</sup> taleas,<sup>p</sup> aut siccare prius quam serantur, utilius compertum. Vetus olivetum ab æquinotio verno intra Vergiliarum exortum interradi alternis<sup>q</sup> annis, melius inventum: item muscum<sup>r</sup> circumdare radici. Circumfodi autem omnibus annis a solstitio duum cubitorum scrobe pedali altitudine: stercorari<sup>s</sup> tertio anno.

Mago idem<sup>t</sup> amygdalas ab occasu Arcturi ad brumam



ex codd. edidit, *adoptioni*.—7 ‘Lege, *cruca*. Sic et apud Theophr. legendum *κάρπαι* pro *κάμπαι*.’ Dalec.—8 ‘Ita bene cod. Reg. 2. Male Editio princeps aliæque, *inhumare*; quod est contra præceptum Columellæ, v. 9.’ Brotier. *infumare* etiam codd. Dalec. et Chiff. *inhumare* edd. vett. et Gronov. item

#### NOTÆ

milius Columella lib. v. cap. de generibus olearum: ‘Potest,’ inquit, ‘olea in agro frumentario seri, vel ubi arbutus aut ilex steterant. Nam quercus etiam excisa radices noxias oliveto relinquit, quarum virus enecat oleam.’ Sed de vermibus idem expressius, libro extremo de arboribus c. 17. de olivetis: ‘Si olivam posueris eo loco unde quercus effossa est, morietur: ideo quod vermes quidam sunt, qui in radice quercus nascuntur et educantur, iique maxime semina oleæ consumunt.’

<sup>o</sup> *Qui raucæ*] Ita etiam Mss. Sunt qui *erucæ* malint: sed imperite, ac nimium confidenter.

<sup>p</sup> *Non infumare* [*inhumare*] *taleas*] Quanquam ita fieri præcipit Columella v. 9. p. 195. ‘Sed oportebit talearum capita et imas partes mixto fimo cum cinere ablinere, et ita totas eas immergeri, ut putris terra quatuor digitis alte superveniat. Sed binis indicibus ex utraque parte humantur,’ &c. In Chiff. cod. *infumare*, male.

<sup>q</sup> *Interradi alternis*] Quid sit inter-

radi diximus xv. 2. Somniant vobulariorum concinnatores, qui hac voce præcipi putant, ut qui solet in nasci arboribus muscus eradatur. Quod Plinius alternis annis interradi hoc loco ait, tonsuram oleæ alternam vocat ipse c. 45. cum alternis nimirum annis amputari ramos inutiles olearum vetustiorum jubet, ne alimentum omne in materiem insumatur. Sic Colum. v. 9. de seminariis olivarum: ‘Quin etiam,’ inquit, ‘com pluribus interpositis annis olivetum putandum est: . . . Quod tamen satis erit octavo anno fecisse,’ &c.


<sup>r</sup> *Item muscum*] Columella xi. 2. ‘Hoc eodem mense (Maio) in pastinato seminario novissima positio est olearis taleæ: eamque oportet, cum panxeris, fimo et cinere mixtis oblinere, et superponere muscum, ne Sole findatur,’ &c.

<sup>s</sup> *Stercorari*] Colum. loc. cit. ‘Tertio quoque anno fimo vel pabulandæ sunt oleæ.’

<sup>t</sup> *Mago idem*] Et Palladius lib. ii. in Januar. tit. 15. p. 45. ‘Amygdalus seritur mense Januario et Februa-

seri jubet. Pira non eodem tempore omnia, quoniam non æque floreat. Eadem oblonga, aut rotunda, ab occasu<sup>9</sup> Vergiliarum ad brumam. Reliqua genera media hyeme ab occasu Sagittæ, Subsolanum, aut Septemtriones<sup>10</sup> spectantia. Laurum ab occasu Aquilæ ad occasum Sagittæ. Connexa enim de tempore serendi æque ratio est. Vere et autumnno id magna ex parte fieri decrevere. Est et alia hora circa Canis ortus, paucioribus nota, quoniam non omnibus locis pariter utilis intelligitur, sed haud omittenda nobis, non tractus alicujus rationem, verum naturæ totius<sup>11</sup> indagantibus. In Cyrenaica regione sub etesiarum<sup>v</sup> flatu conserunt: nec non et in Græcia: oleam maxime in Laconia. Cos insula et vites tunc serit: ceteri apud Græcos,<sup>12</sup> inoculare et inserere non dubitant: sed arbores non serunt. Plurimumque in eo locorum natura pollet. Namque in Ægypto omni serunt mense, et ubicumque imbres æstivi non<sup>13</sup> sunt,<sup>w</sup> ut in India et Æthiopia. Necessario<sup>x</sup> post hæc autumnno seruntur arbores.

Ergo tria<sup>y</sup> tempora eadem germinationis, ver, et Canis,



Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—9 Chiff. *ab ortu*.—10 Ita codd. Harduini et Dalec. *septemtrionem* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, *ad occasum Aquilæ* Chiff.—11 Cod. Dalec. *naturæ potius*.—12 Ita codd. Harduini, cum edd. recentt. *Cos insula et vites: tunc seri apud Græcos* Gronov. et vulgg. Mox, pro *arbores*, quod habent codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. recentt. *arborem* legitur in Gronov. et vulgg.—13 Negatio non deest in cod.

#### NOTÆ

rio: item locis calidis Octobri et Novembri.' De occasu Arcturi, xviii. 74. De occasu Vergiliarum, xviii. 59. Sagittæ, c. 74. Aquilæ demum, c. 69.

<sup>u</sup> *Verum naturæ totius*] In Mss. *potius*.

<sup>v</sup> *Sub etesiarum*] De his egimus ii. 47. dicemusque iterum xviii. 68.

<sup>w</sup> *Æstivi non sunt*] In Mss. *æstivi sunt*. Male. Idem Plinius xix. 4. 'In desertis adustisque Sole Indiæ, ubi non cadunt imbres,' Sic etiam

Ctesias in eo volumine quod de Indiciis rebus conscripsit, cujus extant fragmenta apud Photium in Bibl. quæ sunt sæpius laudata a nobis in hoc opere.

<sup>x</sup> *Necessario*] Columella v. 10. 'Arbores ac semina cum radicibus autumnno serito, hoc est, circa Kalendas et Idus Octobres.'

<sup>y</sup> *Ergo tria*] Plinius xvi. 41. 'Sunt aliæ naturales quibusdam germinationes, præterque vernas, quæ suis constant sideribus, . . . Hyberna, A-

Arcturique ortus. Neque enim animalium tantum est ad coitus<sup>14</sup> aviditas, sed multo major est terræ ac satorum omnium libido: qua tempestive uti, plurimum interest conceptus.<sup>a</sup> Peculiare utique in insitis, cum sit mutua cupiditas utrimque coëundi.<sup>15</sup> <sup>z</sup> Qui ver probant, ab æquinoctio statim admittunt, prædicantes germina parturire, ideo faciles corticum esse complexus.<sup>b</sup> <sup>16</sup> Qui præferunt autumnum, ab Arcturi ortu,<sup>a</sup> quoniam statim radicem quandam capiant, et ad ver parata veniant, atque non protinus germinatio auferat vires. Quædam tamen<sup>b</sup> statutum tempus anni habent ubique, ut cerasi et amygdalæ circa brumam, serendi vel inserendi. De pluribus locorum situs optime judicabit.<sup>17</sup> Frigida enim et aquosa verno conseri oportet, sicca et calida autumnu.

Communis quidem Italiæ ratio tempora ad hunc modum distribuit: moro ab Idibus<sup>c</sup> Februariis in æquinoctium, piro autumnum: ita ut brumam quindenis, ne minus, diebus<sup>18</sup> antecedant. Malis æstivis, et cotoneis, item sorbis, prunis, post mediam hyemem in Idus Februarias. Siliquæ Græcæ<sup>d</sup> et Persicis, ante brumam per autumnum. Nuci-

<sup>a</sup> Plurimum interest ad conceptum arborum et germinationem.

<sup>b</sup> Ideo cortices, arboris pariter et surculi insiti, facile coire.



Dalec.—14 Cod. Dalec. ad coitum.—15 Margo edd. Dalec. et Gronov. interest ad conceptus. Pecul. ꝯc. quod si mit. cap. utrique coëundi. Cliffl. etiam, utrique.—16 Cod. Dalec. amplexus.—17 Codd. Dalec. judicant.—18 'Ita

#### NOTE

quilæ exortu: æstiva, Canis ortu: tertia Arcturi: has duas quidam omnibus arboribus communes putant,' &c.

<sup>z</sup> Utrisque coëundi] Vel, ut in Mss. utrique, surculo arborique.

<sup>a</sup> Arcturi ortu] De eo dicemus XVIII. 74.

<sup>b</sup> Quædam tamen] Columella XI. 2. 'Possunt etiam his diebus (mense Decembri exeunte) cerasi, et tube-

res, et Armeniacæ, atque amygdalæ, ceteræque arbores, quæ primæ florent, inseri commode.'

<sup>c</sup> Moro ab Idibus] Colum. v. 10. p. 202. 'Mala, sorba, pruna, post mediam messem usque in Idus Febr. serito. Mororum ab Idibus Febr. usque ad æquinoctium vernum satio est.'

<sup>d</sup> Siliquæ Græcæ] De quibus diximus xv. 26. Colum. loc. cit. 'Sili-



bus,<sup>c</sup> juglandi, et pineæ, et avellanæ, et Græcæ,<sup>19</sup> atque castaneæ, a Kalendis Martiis ad Idus easdem.<sup>f</sup> Salici,<sup>g</sup> genistæ, circa Martias Kalendas. Hanc in siccis<sup>h</sup> semine, illam in humidis virga seri, diximus.

(XIX.) Est etiam nunc<sup>20</sup> nova inserendi ratio, ne quid sciens quidem præteream, quod usquam invenerim, Columellæ<sup>i</sup> excogitata, ut affirmat ipse, qua vel diversæ inso-ciabilesque naturæ arborum copulentur, ut fici atque oleæ. Juxta hanc seri ficum jubet non ampliore intervallo, quam ut contingi large possit ramo oleæ quam maxime sequaci atque obedituro: eumque omni interim tempore edomari meditatione<sup>c</sup> curvandi.<sup>j</sup> Postea fico adepta vires, (quod evenire trimæ, aut utique quinquenni solet,) detruncata superficie,<sup>k</sup> ipsumque<sup>21</sup> deputatum, et ut dictum est,

<sup>c</sup> Assuetudine.

//////////

bene codd. Regg. et Editio princeps.' Brotier. nec minus diebus Gronov. et vulgg.—19 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. et avellanæ, Græcæ Gronov. et vulgg. Mox, ad Idus ejusdem Vet. Dalec. Deinde, Salicis et genistæ margo edd. Dalec. et Gronov.—20 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. Est etiam Gronov. et vulgg. Est etiamnum Chiffli.—21 Vet. Dalec. ipsum quidam.—22 'Ita optime hunc

#### NOTÆ

quam Græcam, quam quidam κερά-  
τιον vocant, et Persicum, ante bru-  
mam per autumnum serito.'

<sup>c</sup> Nucibus] Colum. loc. cit. p. 201.  
'Cum ferula fuerit enata, eam findi-  
to, et in medulla ejus sine putamine  
nucem Græcam aut avellanam ab-  
sccondito, et ita adobruito. Hoc ante  
Kalendas Martias facito, vel etiam  
inter Nonas et Idus Martias. Eodem  
tempore juglandem, et pineam, et  
castaneam serere oportet.' De his  
nucum generibus dictum est xv. 24.  
et 25.

<sup>f</sup> Ad Idus easdem] Hoc est, Mar-  
tias.

<sup>g</sup> Salici] Colum. de Arbor. c. 29.  
'Salicem et genistam crescente Luna  
vere circa Kalendas Martias serito.

Salix humida loca desiderat: genista  
etiam sicca.'

<sup>h</sup> Hanc in siccis] In montibus ge-  
nistas sponte nasci Plinius ante ad-  
monuit, xvi. 30. In fluminibus sali-  
ces, vel depacto temere surculo,  
ejusdem libri c. 46. 67. et 68.

<sup>i</sup> Columellæ] Lib. v. cap. 11. pag.  
205.

<sup>j</sup> Meditatione curvandi] Ut assidue  
curvata, flexuræ assuefiat.

<sup>k</sup> Detruncata superficie] Arboris fici  
præsecto cacumine. Columella:  
'Tunc arborem fici detrunca, pla-  
gamque læva, et mediam cuneo finde.  
Cacumina deinde olivæ, sicuti matri  
coherent, ex utraque parte abra-  
de, et ita fissuræ fici insere, cuneumque  
exime, diligenterque ramulos colliga,

adraso cacumine, defigi in crure fici, custoditum vinculis, ne curvatura fugiat. Ita quodam propaginum insitorumque temperamento, triennio communiter duas<sup>22</sup> matres coalescere. Quarto anno abscisum totum adoptantis esse, nondum vulgata ratione, aut mihi certe<sup>23</sup> satis comperta.

XXXI. Cetero<sup>1</sup> eadem illa de calidis frigidisque, et humidis et siccis supra dicta ratio,<sup>m</sup> et scrobes fodere monstravit. In aquosis<sup>n</sup> enim neque altos, neque amplos facere expediet: aliter<sup>2</sup> in æstuoso solo et sicco, ut quam maxime accipiant aquam, contineantque. Hæc et veteres arbores colendi ratio est. Ferventibus enim locis accumulanti<sup>o</sup> æstate radices operiuntque, ne Solis ardor exurat. Aliubi ablaqueant,<sup>p</sup> perflatusque<sup>3</sup> admittunt. Iidem hyeme cumulis a gelu vindicant. Contra illi<sup>q</sup> hyeme aperiunt, humoremque sitientibus quærunt. Ubicumque<sup>4</sup> circum-



locum emendavit Illustr. Huetius. In codd. Regg. et Editione principe, *commune inter duas; aliæ, communi inter duas.* Brotier. *communi inter se duas* Vet. Dalec. *communiter duas* aliæ Vett. ap. Dalec. *communi inter duas* Gronov. et vulgg. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—23 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. recentt. *ratione, haud mihi certe* cod. Dalec. *ratione, mihi certe* Gronov. et al. ante Harduin.

CAP. XXXI. 1 *Ceterum* cod. Dalec. Mox in eodem, *dicta ratione.* Deinde, *fodere monstratum* Vet. Dalec.—2 Cod. Dalec. *expedit.* *Altos.* Mox, Chiffli. *æstivoso in sicco.*—3 Cod. Dalec. *perflatus.*—4 *Ubique* Vet. Dalec.

#### NOTÆ

ne qua vi revellantur. Sic interposito triennio convalescet ficus cum olea: et tum demum quarto anno, cum bene coierint, velut propagines, ramulos olivæ a matre rescabis.<sup>7</sup>

<sup>1</sup> *Ipsumque*] Ipsum oleæ ramum, matri adhuc adhærentem, sed deputatum tamen, hoc est, ex utraque parte cuspidatim decisum, ut dictum est c. 24. defigi jubet in ficum, qua parte facta est fissura: hanc μεταφορικῶς crus appellant: alias truncum.

<sup>m</sup> *Supra dicta ratio*] Sup. cap. num. 6.

<sup>n</sup> *In aquosis*] Hæc a Theophr. lib.

de Causis III. 5. p. 268.

<sup>o</sup> *Accumulanti*] Accumulantur terra radices. Græci προσχωνύειν vocant, ut Theophr. a nobis laudatus c. 28.

<sup>p</sup> *Aliubi ablaqueant*] Circum radices terra foditur, ut illæ aëre ventisque perflentur.

<sup>q</sup> *Contra illi*] Columella de vitibus, v. 5. 'Ubi semina jam corroborata fuerint, nihil dubium est, quin cælestibus aquis plurimum juventur. Itaque locis, quibus clementia hyemis permittit, adaptatas vites relinquere, et tota hyeme ablaqueatas habere eas conveniet.'

fodiendi arbores ratio in circuitu <sup>r</sup> pedes in orbem ternos : neque id in pratis, quando amore Solis humorisque in summa tellure oberrant. Et de arboribus hæc quidem fructus gratia serendis inserendisque in universum sint dicta.<sup>5</sup>

XXXII. (XX.) Hinc restat earum ratio,<sup>1 a</sup> quæ propter alias seruntur, ac vineas maxime, cæduo ligno. Principatum in iis obtinent salices, quarum satio fit loco madido : <sup>b</sup> tamen refosso <sup>c</sup> duos pedes et semipedem, talea sesquipedali, vel pertica,<sup>d</sup> quæ utilior, quo plenior. Intervallo <sup>e</sup> esse debent pedes seni. Trimæ <sup>f</sup> pedibus binis a terra putatione cœrentur, ut se in <sup>2</sup> latitudinem fundant, ac sine scalis tondeantur. Salix enim fœcundior est, quo terræ propior. Has quoque omnibus annis confodi <sup>3</sup> jubent <sup>g</sup> mense Aprili. Hæc est viminalium cultura. Perticalis et virga <sup>h</sup> et talea seritur, fossura eadem. Perticas ex ea cædi justum est



Mox, Vet. Dalec. in circuitum p. in o. ternos : n. i. i. p. quandoquidem.—5 Idem Vet. Et de arb. fructus gratia serendis inserendisque hæc quidem in universum, &c.

CAP. XXXII. 1 Margo edd. Dalec. et Gronov. earum natio.—2 Vet. Dalec. ut sic se in.—3 Cod. Dalec. configi ; Chiffli. considi ; Dalecampius legit, cir-

#### NOTÆ

<sup>r</sup> In circuitu] Mss. in circuitum.

<sup>a</sup> Hinc restat earum ratio] Mss. Reg. Colb. natio, hæud ita sincere, ut remur.

<sup>b</sup> Loco madido] Vide quæ dicta sunt cap. 30.

<sup>c</sup> Tamen refosso] Columella item de viminali salice, iv. 30. p. 161. 'Ita enim præcipiunt veteres, in duos pedes et semissem salicto destinatum solum.'

<sup>d</sup> Talea . . . vel pertica] Utroque enim modo seritur viminalis, ut mox dicetur. Et de eo genere Columella iv. 30. p. 162. 'Atque hæc' inquit, 'vel cacuminibus vel taleis deponuntur. Perticæ cacuminum modicæ plenitudinis, quæ tamen dipondiarum orbiculi crassitudinem non excedant, optime panguntur . . . Taleæ sesqui-

pedales terreno immersæ paululum obruntur.'

<sup>e</sup> Intervallo] Colum. loc. cit. 'Riguis locus spatia laxiora desiderat, eaque senum pedum per quincuncem recte faciunt,' &c.

<sup>f</sup> Trimæ] Etiam anniculæ, vel si fuerit ager siccior, bimæ, inquit Columella iv. 31. p. 163.

<sup>g</sup> Confodi jubent] Vide Notas et Emend. num. 27.

<sup>h</sup> Et virga] Hoc est, surculo, de quo dictum est c. 9. uti de talea, c. 27. Columella, loc. cit. 'Perticalis fere eundem agrum quem viminalis, desiderat : melior tamen riguo provenit : atque ea taleis conseritur . . . crebroque fœditur, atque exherbatur . . . sic culta quarto demum anno cæditur.'

quarto fere anno. Et eæ autem<sup>i</sup> senescentium propagine præsarciunt locum,<sup>4</sup> pertica immersa, ac post annum recisa. Salicis viminalis<sup>j</sup> jugera singula sufficiunt xxv. vineæ jugeribus. Ejusdem rei<sup>k</sup> causa populus alba seritur bipedaneo<sup>l</sup> pastinatu,<sup>5</sup> talea sesquipedali, biduo siccata,<sup>m</sup> palmipede intervallo,<sup>n</sup> terra superinjecta duorum cubitorum crassitudine.

XXXIII. Arundo<sup>o</sup> etiamnum dilutiore, quam hæ, solo gaudet. Seritur<sup>p</sup> bulbo radice, quem alii oculum vocant,<sup>r</sup> dodrantali<sup>q</sup> scrobe, intervallo duum<sup>r</sup> pedum et semipedis: reficiturque ex sese vetere arundineto extirpato, quod uti-



*cunfoli.*—4 'Ita bene cod. Reg. 1. et Editio princeps. In cod. Reg. 2. *sarciunt locum.* Recentiores editiones, *resarciunt locum.*' Brotier. *præsarciunt locum* etiam codd. Dalec. et Chiffi. *sarciunt locum* edd. vett. et Gronov. *resarciunt locum* conj. Dalec. et sic Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—5 Chiffi. *pastinato.* Mox, in eodem cod. *palmipedi.*

CAP. XXXIII. 1 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3.

#### NOTÆ

<sup>i</sup> *Et eæ autem*] De viminalibus tradit hoc Colum. iv. 30. p. 162. mergis in terram curvatis defossisque, et post annum decisis, a stirpe propagari eas: quod multo est de perticali verins.

<sup>j</sup> *Salicis viminalis*] Columella loc. cit. p. 161. 'Viminalium, ut Atticus putat, singula jugera sufficere possunt quinque et vicenis jugeribus ligandæ vineæ: arundineti singula jugera vicenis jugandis: castaneti jugerum totidem palandis, quot arundineti jugandis.'

<sup>k</sup> *Ejusdem rei*] Vineæ ligandæ.

<sup>l</sup> *Bipedaneo*] Terra duos pedes fossa. Pastinare est terram fodere.

<sup>m</sup> *Biduo siccata*] Priusquam seratur: contra quam de oleis præceptum est, c. 31. 'Taleas non siccare prius quam serantur, utilius compertum.'

<sup>n</sup> *Palmipede intervallo*] Serantur arbores palmi unius inter se et pedis

intervallo. Palmipedalem mensuram vocat Columella iii. 19.

<sup>o</sup> *Arundo*] Columella aliquanto elegantius, iv. 32. p. 163. 'Arundo,' inquit, 'cum sit vivacissima, nec recuset ullum locum, prosperius resoluta, quam denso: humido, quam sicco... vallibus, quam clivis: fluminum ripis, et limitibus ac vepretis commodius, quam mediis agris deponitur.' Dilutum solum, madidum humidumque intellige.

<sup>p</sup> *Seritur*] Colum. loc. cit. 'Seritur bulbus radice: seritur et talea calami: nec minus toto prosternitur corpore.' Διὰ τῶν βολεβῶν, Geopon. auctor, v. 51. p. 162. De arundinis oculis egimus libro superiore, c. 67.

<sup>q</sup> *Dodrantali*] Pollicum novenum.

<sup>r</sup> *Intervallo duum*] At Colum. loc. cit. 'Bulbus tripedaneis intervacantibus spatiis obrutus, anno celerius maturam perticam præbet.'

lius repertum, quam castrare,<sup>2 5</sup> sicut antea. Namque inter se radices serpunt, mutuoque discursu necantur.<sup>3 t</sup> Tempus conserendi,<sup>4 u</sup> priusquam oculi arundinum intumescant, ante Kalendas Martias. Crescit<sup>v</sup> ad brumam usque; desinitque, cum durescere incipit: hoc signum tempestivam<sup>5</sup> habet cæsuram. Et hanc autem<sup>w</sup> quoties et vineam fodiendam putant. Seritur et transversa,<sup>x</sup> non alte terra condita: erumpuntque e singulis<sup>6</sup> oculis totidem plantæ. Seritur et deplantata<sup>y</sup> pedali sulco: binis obrutis gemmis, ut



et recentt. *appellant Gronov. et vulgg.*—2 *Vet. Dalec. quam castrato.*—3 *Ita bene codd. Regg. et Editio princeps. Broticr. decursu necantur codd. Dalec. et Chiff. occursu nentur Vet. Dalec. discursu nentur Gronov. et vulgg. item Harduin. 1. 2. 3. et recentt.*—4 *Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. inserendi Gronov. et vulgg.*—5 *Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. recentt. signum quod tempestivam Gronov. et al. ante Harduin.*—6 *Ita Chiff. et edd. Harduin. 1. 2. 3. &c. erumpuntque singulis Gronov. et al. vett.*

## NOTE

\* *Quam castrare*] Qui mos Columellæ ævo obtinuit. Is castrare quid hoc loco sit, aperit. 'Ea est autem arundineti senectus,' inquit loc. cit. 'cum vel exarsit situ et inertia plurimum annorum; vel ita densatum est, ut gracilis et cannæ similis arundo prodeat. Sed illud de integro refodi debet: hoc potest intercidi et disarari, quod opus rustici castrationem vocant,' &c. Castrari igitur arundinetum aiunt, cum, ubi densius quam par est satum fuerit, evelluntur e sylva eæ quæ minus utiles censentur, et sic laxiores arundinum ordines fiunt.

<sup>t</sup> *Discursu necantur [nentur]* Implcantur invicem, dum per terram serpunt discurrentque. Tamen in Mss. *decursu necantur*, ut legendum videatur, *decussu necantur*: sitque sententia, unius arundinis avulsione, quod in castratione fit, et proximas quoque decuti atque interire, ob mutuam radicam implicationem.

<sup>u</sup> *Tempus conserendi*] Vide Notas et Emend. num. 28.

<sup>v</sup> *Crescit*] Colum. iv. 32. p. 164. 'Cæditur deinde post brumam: nam usque in id tempus incrementum capit: ac tum compescitur, cum obrigit hyberno frigore.' Geopon. v. 51. p. 163.


<sup>w</sup> *Et hanc autem*] Colum. loc. cit. 'Fodiendum, quoties et vineta,' &c.

<sup>x</sup> *Seritur et transversa*] Diversum ab isto genus sationis est, quod affert Theophr. Hist. II. 2. *Φέεται δέ τις καὶ κάλαμος, ἂν τις διατέμῃ τὰς ἡλακάτας πλαγίως, ἢ καὶ κατακρύψῃ κόπρῳ καὶ γῆ. Provenit etiam quoddam arundinis genus, si quis in obliquum colos præcisas fimo terraque abscondat. Quamquam Dalecampius idem putavit. Sed Pliniana hæc arundinis satio a Columella improbat ad fructum, de Arboribus c. 29. 'Sunt quæ arundines integras sternant, quoniam ex omnibus nodis satæ arundines emittunt: sed fere hoc genus evanidam, exilemque, et humilem arundinem affert.' Idem iv. 32. 'toto tum prosterni corpore' arundinem dixit.*

<sup>y</sup> *Seritur et deplantata*] *Translata*

tertius nodus terram attingat: prono cacumine, ne rores concipiat. Cæditur decrescente Luna. Vineis anno siccata utilior, quam viridis.

XXXIV. Castanea pedamentis<sup>a</sup> omnibus præfertur facilitate tractatus, perdurandi pervicacia, regerminatione cædua vel salice lætior. Quærit<sup>b</sup> solum facile, nec tamen arenosum: <sup>1</sup>c maximeque sabulum humidum, aut carbunculum,<sup>d</sup> vel tofi etiam farinam, quamlibet opaco, septemtrionalique et præfrigido situ, vel etiam declivi. Recusat eadem glaream,<sup>2</sup>e rubricam, cretam, omnemque terræ fecunditatem. Seri nuce diximus,<sup>f</sup> sed nisi ex maximis non provenit, nec nisi quinis<sup>g</sup> acervatim satis. Perfringi<sup>3</sup> so-



CAP. XXXIV. 1 Chiff. *nec non harenosum*; et sic Gronov. et al. vett.—2 'Codex uterque, *galleam*. Lego, *glaream*. Vet. *calcem*.' Dalec. *Gallicam* Gronov. et al. ante Harduin. qui Dalecampii conjecturam primus in textum intulit.—3 *Refringi* Chiff. Mox, *debet supremum* Vet. Dalec.—4 'Colum.

#### NOTÆ

in sulcum pedalem, ita ut gemmæ duæ obruantur, tertia extet a terra, &c. Colum. iv. 32. p. 163. 'Sive recisa in dipodium et semissem talea, sive totæ arundines prostratæ deponantur, extent earum cacumina oportet: quod si obruta sunt, totæ putrescunt.'

<sup>a</sup> *Castanea pedamentis*] Pedamenta sunt sustentacula viti fulciendæ, *des échalas*. Colum. iv. 33. p. 164. 'Castanea roboribus proxima est, et ideo stabilis vineis utilis.'

<sup>b</sup> *Quærit*] Colum. loc. cit. 'Ea pullam terram et resolutam desiderat: sabulonem humidum, vel refractum tofum non respuit: opaco et septemtrionali clivo lætatur: spissum solum et rubricosum reformidat.' Palladius in Novemb. cap. de castaneis: 'Amant solum molle et solutum, non tamen arenosum. In sabulone proveniunt, sed humecto. Nigra terra illis apta est, et carbunculus, et tofus diligenter infractus,' &c.

<sup>c</sup> *Nec tamen arenosum*] Sic Mss. Reg. Colb. et Chiff. ipseque Palladius loc. cit. In editis perperam, *nec non arenosum*. Ex eorum hæc emendatio officina prodierat, qui sabulonem, quo lætari castanea mox dicitur, ab arena putarunt nihil discrepare: cum sabulum sit arena tenuior minutiorque. A Varrone ceterisque Latinitatis auctoribus, arena, sabulo, ceu genera diversa terrarum simul appellantur. De sabulo accipiendum illud est auctoris Geopon. x. 63. p. 284. τὸ κάστανον, ὃ τινες Διὸς βάλανον καλοῦσι, ψαμμῶδει γῆ καὶ ψυχροῖς τόποις χαίρει.

<sup>d</sup> *Carbunculum*] De eo diximus c. 3.

<sup>e</sup> *Recusat eadem glaream*] Vide Notas et Emend. num. 29.

<sup>f</sup> *Seri nuce diximus*] Lib. xv. 25. ubi castaneas excellentiores satu factas Διὸς βάλανους appellatas scribit.

<sup>g</sup> *Nec nisi quinis*] Colum. loc. cit. 'Spissius autem semen propter varios casus deponitur: nam interdum

lum debet supra,<sup>h</sup> ex Novembri mense in Februarium: quo solutæ sponte cadunt ex arbore, atque subnascuntur. Intervalla sint pedalia,<sup>i</sup> undique sulco dodrantali. Ex hoc seminario transferuntur in aliud, bipedali intervallo, plus biennio.<sup>5</sup> Sunt et propagines,<sup>j</sup> nulli quidem faciliores. Nudata enim radice, tota in sulco prosternitur. Tum ex cacumine supra terram<sup>6</sup> relicto renascitur, et alia ab radice. Sed translata<sup>k</sup> nescit hospitari, pavetque novitatem. Biennio fere postea prosilit. Ideo nucibus potius, quam viviradicibus, plantaria cædua implentur. Cultura non alia quam supradictis,<sup>l</sup> fodiendis supputandisque per biennium sequens: de cetero ipsa se colit, umbra stolones supervacuos enecante. Cæditur<sup>m</sup> intra septimum annum. Sufficiunt<sup>n</sup> pedamenta jugeri unius vicenis vinearum jugeribus, quando etiam<sup>o</sup> ea bifida stirpe fiunt, durantque ultra alteram sylvæ suæ cæsuram.

*semipedalia. Lego, sequipedalia? (sic.) Dalec.—5 Cod. Dalec. biennium.—6 Ita codd. Harduini et Chiffli, cum edd. Harduin. et recentt. Tunc ex c. super*

## NOTÆ

priusquam enascatur, aut siccitibus nux inarescit, aut aquarum abundantia putrescit: interdum subterraneis animalibus, sicuti muribus et talpis infestatur,<sup>7</sup> &c.

<sup>h</sup> *Perfringi . . . supra*] Supra caudicem, procul ab arboribus trunco, quo nuces ex arbore solutæ decidant. Columella loc. cit. 'Seritur ab Novembri mense per totam hyemem sicca terra,' &c.

<sup>i</sup> *Intervalla sint pedalia*] Ita etiam Mss. omnes. At Colum. loc. cit. 'Nuces in ordinem semipedalibus spatiis . . . in altitudinem dodrantis depressis sulcis committuntur,' &c.

<sup>j</sup> *Sunt et propagines*] Propagine, inquit, facilius quam ceteræ arbores, castaneæ proveniunt. Hæc etiam Colum. loc. cit. p. 165.

<sup>k</sup> *Sed translata*] Colum. loc. cit. 'Melius pertica (mergi more) decli-

nata propagata, quam exemta reseritur. Hæc enim velut immota sua sede vehementer germinat. At quæ radicitus exemta et deposita est, biennio reformidat. Propter quod compertum est commodius nucibus, quam viviradicibus ejusmodi sylvas institui.'

<sup>l</sup> *Cultura . . . quam supradictis*] Salici et arundinibus. Colum. loc. cit. 'Cultus ejusdem est fossionis positionisque, qui vineæ: supputari debet bima, quin etiam trima,' &c.

<sup>m</sup> *Cæditur*] Colum. loc. cit. 'Post quinquennium cæsa more salicti recreatur.'

<sup>n</sup> *Sufficiunt*] Colum. iv. 30. p. 161. laudatus a nobis c. 32.

<sup>o</sup> *Quando etiam*] Paulo aliter Atticus Julius apud Columellam iv. 33. 'Taleæ propius stirpem recisæ quadrifidas plerumque, ac deinde se-

Esculus<sup>7</sup> similiter provenit, cæsura triennio senior, minus morosa<sup>8p</sup> nasci. In quacumque terra seritur, nascitur e balano,<sup>9</sup> sed non nisi esculi: scrobe dodrantali, intervallis duorum pedum: seritur<sup>9</sup> leviter<sup>r</sup> quater anno. Hoc pedamentum minime putrescit, cæsumque<sup>10</sup> maxime fruticat. Præter hæc, sunt cædua quæ diximus, fraxinus, laurus, Persica, corylus, malus, sed tardius nascuntur: terramque defixa vix tolerant, non modo humorem. Sambucus contra firmissima ad palum taleis seritur, ut populus: nam de cupresso satis diximus.<sup>11s</sup>

XXXV. (XXI.) Et prædictis velut armamentis vinearum, restat ipsarum natura, præcipua tradenda cura.

Vitium surculis,<sup>1</sup> et quarundam arborum, quibus fungosior<sup>a</sup> intus natura est, geniculati scaporum nodi<sup>2</sup> intersepiunt medullam. Ferulæ<sup>3</sup> ipsæ breves et ad summa breviores, articulis utique duobus internodia includunt.<sup>a</sup> Medulla,<sup>b</sup> sive illa vitalis anima est, ante se tendit longitudi-

<sup>a</sup> Genicula, sive nodi, quibus scapi seu flagella constant, medullam includunt. Ferulacei vitium caules ipsi breves, sed in summa parte breviores, nodis sive articulis duobus includunt singula internodia.

//////////

terram Gronov. et vulgg.—7 *Quercus* Colum.—8 Ita codd Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *senior, nimis morosa* Gronov. et vulgg.—9 Dalec. *foditur, vel sarritur*.—10 Ita codd. Harduini, Dalec. et Vet. ejusdem, cum edd. Harduin. et recentt. *læsumque* Gronov. et vulgg. Mox, cod. Dalec. *maxime fructificat*.—11 Cod. Dalec. *diximus, et prædictis v. a. vinearum. Restat, &c.*

CAP. XXXV. 1 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *Vitium surculi* Gronov. et vulgg.—2 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *geniculatis scaporum nodis* Gronov. et al. vett.—3 *Pistule* Dalec.—4 Ita codd. Harduini et Dalec. cum

#### NOTÆ

cundæ taleæ ejusdem arboris bifidas ridicas subministrant: quod genus fissilis adminiculi manet diutius, quam teres palus.<sup>7</sup>

<sup>p</sup> *Minus morosa*] Vide Notas et E-mend. num. 30.

<sup>q</sup> *E balano*] E glande. Eadem porro ferme de quercu Columella prodidit, IV. 33. 'Potest etiam quercus simili ratione seri: verum biennio

tardius quam castanea deciditur.'

<sup>r</sup> *Seritur leviter*] Glande una aut altera, non quinis, aut pluribus, ut in castanea, acervatim satis.

<sup>s</sup> *Satis diximus*] Lib. XVI. 60.

<sup>a</sup> *Quibus fungosior*] Uti est sambuco, quemadmodum dictum est XIII. 42.

<sup>b</sup> *Medulla*] Columella III. 10. 'Reliquas trunci partes humor omnis et



nem<sup>c</sup> impellens, quamdiu nodi + pervia<sup>d</sup> patet fistula. Cum vero concreti ademere transitum, reperiens erumpit, ab ima sui parte, juxta priorem<sup>5</sup> nodum alternis laterum semper inguinibus, ut dictum est<sup>c</sup> in arundine ac ferula: quorum<sup>6</sup> dextrum ab imo intelligitur articulo, lævum in proximo, atque ita per vices. Hoc vocatur in vite gemma, cum ibi cespitem fecit.<sup>7 f</sup> Ante vero quam faciat, in concavo oculus: et in cacumine ipso, germen. Sic palmites,<sup>g</sup> nepotes, uvæ, folia, pampini gignuntur. Mirumque, firmiora esse in dextra parte genita.

Hos ergo in surculis nodos, cum seruntur, medios secare<sup>h</sup> oportet, ita ne profluat medulla. Et in fico quidem dodrantes paxilli<sup>s</sup> solo patefacto seruntur, sic ut descendant quæ proxima arbori fuerint, duo oculi extra terram emineant. Oculi autem in arborum surculis proprie vocantur, unde germinent.<sup>9</sup> Hac de causa et in plantariis aliquando eodem anno ferunt, quos fuere laturo fructus in arbore: cum tempestive sati prægnantes, inchoatos conceptus<sup>i</sup> ali-

//////////

edd. Harduin. et recentt. *nodis* Gronov. et vulgg.—5 Vet. Dalec. *superiorem*.—6 Dalec. *quarum*.—7 ‘*Lego, quam ibi palmitem fecit.*’ Dalec.—8 Ita codd. Harduini, Vet. Dalec. et Chiffi. *paxillo* Gronov. et vulgg.—9 Chiffi. *germi-*

#### NOTÆ

alimentum, quod a solo ministratur, transcurrit, dum ad ultimum perveniat. Naturali enim spiritu omne alimentum virentis, quasi quædam anima, per medullam trunci, veluti per siphonem, quem *διαβήτην* vocant mechanici, trahitur in summum: quo cum pervenerit, ibi consistit, atque consumitur.<sup>c</sup>

<sup>c</sup> *Longitudinem*] Palmitis eam longitudinem, quæ inter nodos geminos intercedit.

<sup>d</sup> *Nodi pervia*] Pervia, quæ in ipso nodo est fistula, per quam medulla meat.

<sup>e</sup> *Ut dictum est*] Lib. XVI. 65. in fine, de arundine: de ferula XIII. 42.

<sup>f</sup> *Cum ibi cespitem fecit*] Cum ibi medulla erumpens globulum fecit: *un bouton*.

<sup>g</sup> *Palmites*] Vitium ii sarmenta sunt, sic appellata, quod in modum palmarum humanarum virgulas quasi digitos edunt. Nepotes, virgæ sunt quas e radicibus aut caudicibus lateribus vitis ciet, quasi nepotum partu grava: alii sobolem, alii suffraginem dixerunt.

<sup>h</sup> *Medios secare*] In medio internodio. Vide Notas et. Emend. num. 30.

<sup>i</sup> *Inchoatos conceptus*] Conceptos jam fœtus. Sup. cap. 30. ‘Plurimum interest conceptus,’ hoc est, fœtus.

ubi pariunt. Ita satas ficos, tertio anno transferre facile. Hoc pro senescendi<sup>j</sup> celeritate attributum huic arbori, ut citissime proveniat.

Vitium numerosior satus est.<sup>10</sup> Primum omnium nihil seritur ex his, nisi inutile, et deputatum in sarmento.<sup>11</sup> Opputatur<sup>12</sup> autem quicquid proximo<sup>13</sup> tulit fructum. Solebat<sup>k</sup> capitulatus utrimque e duro<sup>14</sup> surculus seri: coque argumento malleolus vocatur<sup>m</sup> etiam nunc. Postea avelli cum sua calce<sup>15</sup> n<sup>n</sup> cœptus est, ut in fico: neque est aliud vivacius. Tertium genus adjectum etiamnum expeditius sine calce, propter<sup>16</sup> quod sagittæ vocantur,<sup>o</sup> cum intorti panguntur: iidem cum recisi<sup>17</sup> nec intorti, trigemmes.<sup>p</sup>



nantur. Edd. ante Brotier, *germinant*.—10 Ita codd. Regg. Dalec. et Editio princeps. *numerosior satus*, omisso *est*, edd. vulgg. ante Brotier.—11 Chiffli. in *sarmenta*.—12 *Amputatur* Vet. Dalec.—13 Ita codd. Regg. et Editio princeps. *quicquid proxime* edd. ceteræ ante Brotier.—14 Vet. Dalec. *et durius*.—15 Dalec. *suo calce*.—16 Voc. *propter* deest in cod. Dalec.—17 ‘Lego, *idem*

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Hoc pro senescendi*] Omnia nempe celerius senescunt præfecunda: ut ait ipse xvi. 51.

<sup>k</sup> *Solebat*] Sed hic mos postea obsolevit, damnatusque est ab agricolis: malleoli tantum mansit appellatio. Columella III. 17. ‘Malleolus sic ab antiquis pangebatur, ut novello sarmento pars aliqua veteris hæreret. Sed hanc positionem damnavit usus: nam quicquid ex vetere materia relictum erat, depressum atque obrutum celeriter humore putrescebat. . . . Mox Julius Atticus et Cornelius Celsus. . . . cum suo capitulo sarmentum depresserunt.’

<sup>l</sup> *E duro*] E duriore sarmento, sive trunco: Surculus cum vetere sarmento junctus. ‘Virgam e duro’ pariter appellat Columella III. 6. ‘E duro natam virgam,’ c. 10. atque alibi passim.

<sup>m</sup> *Malleolus vocatur*] Columella III. 6. ‘Malleolus autem novellus est pal-

mes, innatus prioris anni flagello, cognominatusque a similitudine rei: quod in ea parte quæ deciditur ex vetere sarmenti prominens utrinque, malleoli speciem præbet.’ Gallis *Marquote, crocette, mailleton*.

<sup>n</sup> *Cum sua calce*] Cum sua perna dixit c. 13. Vide quæ ibi annotavimus.

<sup>o</sup> *Sagittæ vocantur*] Colum. III. 17. ‘Sagittam rustici vocant novissimam partem surculi: sive quia longius recessit a matre, et quasi emicuit, atque prosiluit: seu quia cacumine attenuata prædicti teli speciem gerit.’ At Plinio *sagitta* is ipse surculus est, cum intortus pangitur, ut mox dicitur.

<sup>p</sup> *Trigemmes*] Colum. III. 19. pag. 120. ‘Malleolus non ab eo trigemmis dictus est, quod omnino trium oculorum est: cum fere circa plagam qua matri abscissus est, plenus sit gemmarum: sed, quod his exceptis, qui-

Plures autem ex eodem surculo hoc modo fiunt. Serere e pampinariis<sup>q</sup> sterile est, nec nisi fœcundo<sup>18r</sup> oportet. Quæ raros habet nodos, infœcunda judicatur. At densitas gemmarum, fertilitatis indicium est. Quidam seri vetant, nisi eos qui floruerint, surculos. Sagittas serere<sup>s</sup> minus utile, quoniam in transferendo facile rumpitur quod intortum fuit. Seruntur pedali,<sup>t</sup> non breviores,<sup>19</sup> longitudine, quinque sexve nodorum. Pauciores<sup>u</sup> tribus gemmis in hac mensura esse non poterunt. Inseri<sup>v</sup> eodem die, quo

*quoque recisi.* Dalec.—18 Vet. Dalec. *sagittas sterile est, nec nisi fœcundas.* Mox, in eodem, *habent nodos infœcunda judicantur.*—19 Vet. Dalec. *breviore.*

## NOTE

bns est frequens in ipso capite, tres deinceps articulos, totidemque gemmas habeat.<sup>q</sup>

<sup>q</sup> *Serere e pampinariis*] E pampinario palmite sagittas serere. Quis palmes ita vocetur, dicemus inferius hac sect. Interim ex Columella III. 10. pampinarium sarmentum scito appellari, quod est ex duro trunco enatum. Columella loc. cit. 'Hoc,' inquit, 'præceptum a magistris vinitor accepit, ne pampinariam virgam deplantet.' Et mox: 'Quanquam et hos surculos sciam non in totum sterilitate affectos. Nam confiteor pampinarios quoque, cum e duro prorepererint, tempore anni sequentis acquirere fœcunditatem: et ideo in resece[m] submitti et progenerare posse.' Vinitores nostri vocant *Dragéons qui sortent du tronc.*

<sup>r</sup> *Nec nisi fœcundo*] Nec malleolum serere oportet, nisi qui fructum tulerit. Columella III. 10. 'Nos autem primum rationem secuti, nunc etiam longi temporis experimentum, non aliud semen eligimus, nec frugiferum esse ducimus, nisi quod in parte genitali fructum attulerit. Nam illud quidem, quod loco sterili lætum robustumque sine factu processit, fallacem fœcunditatis imaginem præfert,

*Delph. et Var. Clas.*

nec ullam generandi vim possidet.' Et paucis deinde interjectis: 'Itaque ut ad consuetudinem agricolarum revertar, ejusmodi surculos, qui nihil attulerint, spadones appellant: quod non facerent, nisi eos suspicarentur inhabiles frugibus: quæ et ipsa appellatio rationem mihi subjecti non eligendi malleolos, quamvis probabili parte vitis enatos, si fructum non tulissent.' Hæc Plinius mira brevitate contraxit.

<sup>s</sup> *Sagittas serere*] Sagittæ vocantur ii surculi, qui intorti panguntur. De his cum Plinio facit Colum. III. 18. p. 118. 'Vitiosa est,' inquit, 'Julii Attici satio, quæ contortis capitibus malleolum recipit: ejusque rei vitandæ non una ratio est. Primum, quod nulla stirps ante quam deponatur, vexata et infracta, melius provenit, quam quæ integra et inviolata sine injuria deposita est: deinde quicquid recurvum,' &c. Et c. 10. p. 105. 'Majores nostri pampinarium et sagittam velut inutiles ad deponendum prudentissime damnaverunt.'

<sup>t</sup> *Seruntur pedali*] Colum. III. 19. p. 120. de Arbor. c. 3.

<sup>u</sup> *Pauciores*] Columella loco prius cit.

<sup>v</sup> *Inseri*] Seri, conseri, pangi.

*Plinius.*

8 K

deputentur, utilissimum. Si multo<sup>20</sup> postea necesse sit serere custoditos uti præcepimus,<sup>w</sup> caveri utique, ne extra terram positi Sole inarescant, ventove aut frigore hebetentur. Qui diutius in sicco fuerint, prius quam serantur, in aqua pluribus diebus revirescant.<sup>21</sup>

Solum apricum et quam amplissimum in seminario, sive in vinea, bidente pastinari<sup>x</sup> debet ternos pedes bipalio alto: marra<sup>y</sup> rejici quaternum pedum fermento,<sup>22 z</sup> ita ut pedes



—20 Cod. Dalec. *putantur, utilis. Si multum. Mox, Vet. Dalec. oportet cavere utique.* Deinde, *vento aut frigore* Chiffi.—21 Chiffi. *reviviscat.*—22 Ita Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *ferramento* Gronov. Mox, *ita ut in pedes* edd. Gronov. Harduin. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *ita ut pedes* cod.

#### NOTE

<sup>w</sup> *Uti præcepimus*] Si nempe longius afferantur vitium surculi, ut de pomorum calamis dictum est in fine cap. 24. Columella III. 19. ‘Super cetera illud quoque sive viviradicem, sive malleolum ferentem præmoneo, ne semina exarescant, immodicum ventum Solemque vitare, qui uterque non incommode arcetur objectu vestis,’ &c.

<sup>x</sup> *Bidente pastinari*] Colum. III. 18. ‘Quicquid emoti soli vineis præparatur, repastinatum vocant.’ Gallis, *Houer la vigne.* Bidens, instrumentum fossorium a gemino dente sic appellatum. *Un hoyau à deux dents, ou à deux cornes.*

<sup>y</sup> *Ternos pedes bipalio alto: marra*] Bipalium bidentis pars ferrea est, qua terra foditur. Colum. v. 5. ‘Bipalio terram pastinabimus.’ Et XI. 2. in Febr. ‘Bipalio, cui est altitudo duorum pedum.’ ‘Bipalium non altum’ idem Columella XI. 9. pag. 392. ‘minus quam duos pedes ferramentum’ vocat. *Altum* Plinius, cui terni pedes. Columella rursum de Arboribus c. 1. ‘Ejusmodi bipalio... si eodem loco, quo vineam ordinaturus es, facere voles seminarium, tribus

pedibus alte repastinabis jugerum.’ De marra idem Colum. de Cultu Hortor. lib. x. p. 348. ‘Mox bene cum glebis vivacem cespitis herbam Contundat marra, vel fracti dente ligo nis, Putria maturi solvantur ut ubera campi.’ Plinius XVIII. 43. marris herbas radi ad solum dixit. *Italis, Marra. Gallis, Houe, et Marre de Vignerons.* Papias in Vocabul. ‘Marrae, sappæ, instrumenta rusticorum.’

<sup>z</sup> *Quaternum pedum fermento*] Ita Mss. omnes, non *ferramento.* Hoc est, humus e fossa duum altitudinis pedum extracta, ad pedum quatuor altitudinem debet crescere, cum laxior facta est, pastinationis ope. Columella IV. 1. p. 126. ‘Quid quod repastinata humus, dum est recens soluta, laxataque, velut fermento quodam intumescit? cum deinde non longissimam cepit vetustatem, condensata subsidit,’ &c. Iterumque: ‘Ager si bipalio movetur, altitudo bipedanea fit: deprimuntur deinde semina in regesto, quod est fermentatum plus dupondio semisse: nam semper in plano refusius egesta humus tumidior est, quam gradus soli crudi.’

binos<sup>a</sup> fossa procedat. Fossam purgari,<sup>23</sup> <sup>b</sup> et extendi, ne crudum<sup>c</sup> relinquatur: verum et exigi mensura.<sup>d</sup> Male pastinatum deprehendunt scamna<sup>e</sup> inæqualia. Metienda est et ea pars, quæ interjacet pulvini.<sup>24</sup> <sup>f</sup> Surculi seruntur et in scrobe et in sulco longiore,<sup>25</sup> super quos tenerrima ingeritur terra. Sed in gracili solo frustra, nisi substrato pinguiore. Nec minus quam duos integri oportet, et proximam attingi terram: eodem paxillo<sup>26</sup> <sup>g</sup> deprimi et spissari. Interesse in plantario sesquipedes inter bina semina<sup>b</sup> in latitudinem, in longitudinem semisses.<sup>c</sup> <sup>h</sup> Ita satos<sup>i</sup> mal-

<sup>b</sup> *Inter binos surculos.*

<sup>c</sup> *Semipedem.*



Dalec. et Harduin. 1.—23 *Fossam purgari* Vet. Dalec. Mox, in eodem, et *exigi mensuram*.—24 Vet. Dalec. *pulvinis*.—25 Idem Vet. *longiores hoc*.—26

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Ita ut pedes binos*] Hæc fossæ altitudo est. Columella III. 5. ‘Ergo mediocris et modice siccus ager viuario est aptissimus: isque bipalio prius subigi debet, quæ est altitudo pastinationis,’ &c.

<sup>b</sup> *Fossam purgari*] Terra quæ effossa est, stirpibus herbisque noxiis liberanda.

<sup>c</sup> *Ne crudum*] Immotum, quod non sit probe pastinatione solutum, et fermentatum. Pallad. lib. II. in Januar. tit. 10. pag. 40. ‘Pastini vero quod omne versabitur, trium vel duorum semis pedum altitudine terra universa fodietur, in quo erit diligentia, ne crudum fraude occulta fossor includat.’

<sup>d</sup> *Exigi mensura*] Ad certam regulam seu mensuram exigi, cujus ad altitudinem humus omnis emota pertingat æqualiter. Hæc multo uberius Columella III. 13. p. 112. cujus verba utique plurimum lucis orationi Plinianæ sunt allatura: ‘Opus est,’ inquit, ‘perito ac vigilante exactore, qui ripam erigi jubeat, sulcumque va-

cuari, ac totum spatium crudi soli cum emota jam terra committi.... Sed huic operi exigendo quasi quandam machinam commenti majores nostri, regulam fabricaverunt: in cuius latere virgula prominens ad eam altitudinem, qua deprimi sulcum oportet, contingit summam ripæ partem. Id genus mensuræ ciconiam vocant rustici.’

<sup>e</sup> *Scamna*] Columella II. 2. ‘Necubi crudum solum et immotum relinquat, quod agricolæ scamnum vocant.’ Et III. 13. ‘Necubi scamna omittantur, et quod est durum summis glebis obtegantur.’ Scamna rustici in Gallia vocant, *des veaux, des barres*.

<sup>f</sup> *Pulvini*] Agri effossi et pastinati quæ pars inter scrobes interjacet.

<sup>g</sup> *Eodem paxillo*] Sive bipalio.

<sup>h</sup> *Semisses*] Semipedes. Ut Latini veteres pro integra quacumque re assem dixere, sic pro dimidia semissem.

<sup>i</sup> *Ita satos*] Sic Colum. de Arbor cap. 3.

leolos quarto et vicesimo mense recidere ad imum articulum, nisi ipsi parcatur.<sup>j</sup> Oculorum inde materia emicat, cum qua sexto ac tricesimo mense viviradix transfertur.

Est et luxuriosa<sup>k</sup> ratio vites serendi, ut quatuor malleoli vehementi vinculo colligentur in parte luxuriosa:<sup>l</sup> atque ita vel per ossa bubuli cruris, vel per colla<sup>27</sup> fictilia<sup>d</sup> trajecti, obruantur binis eminentibus gemmis. Humescunt hoc modo, recisique palmitem emittunt. Postea fistula fracta<sup>m</sup> radix libere capit vires, uvaque fert omnium<sup>28</sup> corporum suorum<sup>n</sup> acinos. In alio genere<sup>o</sup> inventu no-

<sup>d</sup> *Tubulos fictiles.*

//////////

Gronov. et al. ante Harduin. *et eodem paxillo.*—27 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *coacta* edd. vett. et Gronov.—28 Ita codd. Harduini, cum edd. recentt. *uvamque fert et omnium* Gronov. et al. ante Harduin. Mox, Vet. Dalec. *conjunctorum surculorum aci-*

#### NOTÆ

<sup>j</sup> *Nisi ipsi parcatur*] Nisi nodum imum servare velint illæsum et integrum, quia multo est, quam ceteri, ad germinationem fœcundior.

<sup>k</sup> *Est et luxuriosa*] Quam luxuria monstravit. Tradit hunc modum Columella, quo tales uvæ creantur, in quibus varii generis, colorisque repe-riantur acini, de Arboribus cap. 9. ‘Hoc autem,’ inquit, ‘ratione tali efficitur. Quatuor vel quinque, sive etiam plures voles, virgæ diversi generis sumito, easque diligenter et æqualiter compositas colligato: deinde in tubulum fictilem, vel cornu, arcte inserito, ita ut aliquantum extent ab utraque parte: easque partes, quæ extabunt, resolvito: in scrobem deinde imponito, et terra stercorata obruito, et rigato, donec gemmas agant. Cum inter se virgæ cohæserint, post biennium, aut triennium, facta jam unitate, dissolves tubulum: et circa medium fere crus, ubi maxime videbuntur coisse, vitem serra præcidito, et plagam lævato,

terramque minutam aggerato, ita ut tribus digitis alte plagam operiat. Ex eo caudice cum egerit caules, duos optimos summittito, reliquos dejicito: sic uvæ nascentur, quales proponimus.’

<sup>l</sup> *In parte luxuriosa*] Maxime læta, ac viridi.

<sup>m</sup> *Fistula fracta*] Seu osse bubulo, seu collo tubuloque fictili, quo inclusi surculi tenebantur.

<sup>n</sup> *Corporum suorum*] Hoc est, omnium surculorum, qui sunt pariter colligati. Tot generum acinis uva constabit, quot fuerint malleoli simul conjuncti: si quaterni, erunt quaternum generum grana in uva: si quini, quinum. Colum. loc. cit.

<sup>o</sup> *In alio genere*] Colum. loc. cit. ‘Ut autem uvæ sine vinaceis nascentur, malleolum scindito, ita ne gemmæ lædantur, medullamque omnem eradito: tum demum in sè compositum colligato, sic ne gemmas allidas: atque ita terra stercorata deponito, et rigato. Cum caules agere cœpe-

vitis finditur malleolus, medullaque crasa, in se colligantur ipsi caules, ita ut gemmis parcatur omni modo. Tum malleolus in terra fimo mixta seritur, et cum spargere cœpit caules,<sup>29</sup> deciditur, foditurque sæpius. Talis uvæ acinos nihil intus ligni habituros Columella<sup>p</sup> promittit, cum vivere semina<sup>e</sup> ipsa perquam mirum sit, medulla adempta. Nasci surculos<sup>q</sup> etiam quibus non sit<sup>30</sup> articulatio arboris, non omittendum videtur. Namque buxi<sup>r</sup> tenuissimis quibus senisve colligatis depacti proveniunt. Quondam in observatione erat, ut defringerentur ex imputata buxo, aliter vivere non crediti: detraxere hoc experimenta.

Seminarii curam sequitur vinearum ratio. Quinque generum hæ: sparsis<sup>r</sup> per terram palmitibus, aut per se<sup>s</sup> vite subrecta, vel cum adminiculo<sup>t</sup> sine iugo, aut pedatae simplici iugo,<sup>u</sup> aut compluviatæ quadruplici. Quæ pedatæ

<sup>e</sup> *Surculos.*



nos.—29 Chiff. *candales*.—30 Ita Harduin. et edd. recentt. *mirum sit, et medulla adempta nasci. Surculis etiam quibusnam sit* Gronov. et vulgg. ‘*Vet. in quibusdam arboribus fit courticulatio, (id est, coalitus) quod non,*’ &c. Dalec.—31 *Namque e buxi* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *Namque buxi* Gronov. al.

#### NOTÆ

rit, sæpe et alte refodito. Adulta vitis tales uvæ sine vinaceis creabit.’

<sup>p</sup> *Columella*] Loc. cit. Adde et Palladium lib. III. in Febr. tit. 29. p. 81. ubi hic modus fuscæ describitur: et e Græcis Theophr. de Causis v. 5. p. 329. ac Democritum in Geopon. IV. 6. p. 105.

<sup>q</sup> *Nasci surculos*] Nasci surculos inter se colligatos, (ut de vite dictum est proxime) etiam qui sint ex ea arbore quæ careat medulla, quam articuli nodique intersepiant, quales in vite esse docuimus initio hujus cap. laud omittendum videtur. De hac articulatione rursus XVI. 41. Vide Notas et Emend. num. 31.

<sup>r</sup> *Sparsis*] *Vignes courantes*, de quibus jam egimus XIV. 3. De his Co-

lumella v. 4. ‘*Ultima conditio est, stratarum vitium, quæ ab enata stirpe confestim velut projectæ per humum porriguntur.*’

<sup>s</sup> *Aut per se*] ‘*Ἐρθάμπελος*, de qua XIV. 3. ‘*Velut arbusculæ brevi crure per se stantes,*’ inquit Colum. v. 4. p. 178.

<sup>t</sup> *Vel cum adminiculo*] *Vigne échallasse*, ut jam superius diximus loc. cit.

<sup>u</sup> *Simplici iugo*] Quæ pedaminibus annexa, inquit Columella loc. cit. iugo imponitur. Jugum in vineis quid sit, diximus XVI. 68. Ubi jugum simplex esset, jugata vinea dicebatur: *simple treille*: quales eæ sunt quibus hortorum parietes vestiuntur: ubi quadruplex, compluviata: a complu-

ratio erit, eadem intelligitur ejus quoque, in qua sine adminiculo vitis per se stabit. Id enim<sup>v</sup> non fit, nisi pedamenti inopia. Simplici jugo constat porrecto ordine quem canterium<sup>v</sup> appellant. Melior ea vino,<sup>x</sup> quando<sup>32</sup> sibi ipsa non obumbrat, assiduoque Sole coquitur, et afflatum magis sentit, et celerius rorem dimittit: pampinationi quoque et occationi omnique operi facilior. Super cetera deflorescit utilius. Jugum fit pertica,<sup>y</sup> aut arundine, aut crine, funiculove, ut in Hispania, Brundisiique.<sup>33</sup> Compluviata copiosior vino est, dicta a cavis ædium compluviis. Dividitur in quaternas partes totidem jugis. Hujus serendi<sup>34</sup> ratio dicetur, eadem valitura in omni genere, in hoc vero numerosior tantum.

(XXII.) His vero tribus<sup>z</sup> seritur modis: Optime in pastinato, proxime in sulco,<sup>a</sup> novissime in scrobe. De pastinatione dictum est. Sulco latitudo palæ satis est: scrobibus<sup>b</sup> ternorum pedum in quamque partem. Altitudo<sup>c</sup> in quocumque genere tripedalis, ideo nec vitis minor trans-

vett. Harduin. l. et Bipont.—32 Cod. Dalec. *quoniam*.—33 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *Brundisioque* Gronov. et vulgg.—34

#### NOTÆ

viis ducta metaphora, hoc est, ab ædium cavo, quo pluviae aquæ conflunt: *Treille à quatre pentes*. Quadrato quasi circumfirmatam agmine vocat Columella iv. 17.

<sup>v</sup> *Id enim*] Quod scilicet adminiculo careat.

<sup>w</sup> *Quem canterium*] Et canteriatas vites Columella loc. cit.

<sup>x</sup> *Melior ea vino*] Hæc totidem fere Colum. iv. 19.

<sup>y</sup> *Jugum fit pertica*] Colum. iv. 17. p. 139.

<sup>z</sup> *His vero tribus*] Colum. v. 4. p. 178.

<sup>a</sup> *Proxime in sulco*] Palladius l. II. in Januar. tit. 10. p. 40. 'Sulcis melius erit, quia humorem in tota spatia

pastinata transmittunt.'

<sup>b</sup> *Scrobibus*] Scrobes ternarios appellat Columella, id est, quoquo-versus pedum trium, de Arbor. c. 4.

<sup>c</sup> *Altitudo*] Sive in sulco, sive in scrobe. Colum. v. 5. p. 178. 'Scrobs in longitudinem altitudinemque defossus, tripedanens abunde est: latitudine tamen bipedanea: vel si quaternum pedum spatia inter ordines relicturi sumus, commodius habemus eandem quoquo-versus dare mensuram scrobibus, non amplius tamen quam in tres pedes altitudinis depressis. Ceterum quatuor angulis semina applicabuntur, subjecta minuta terra, et ita scrobes adobruentur.' Pallad. quoque, loc. cit.



ferri debet, extatura<sup>d</sup> etiamnum duabus gemmis. Emolliri<sup>e</sup> terram minutis in scrobe imo sulcis,<sup>35</sup> fimoque misceri, necessarium. Clivosa<sup>f</sup> altiores poscunt scrobes, præterea pulvinatis<sup>g</sup> a devexitate labris.<sup>36</sup> Qui ex his longiores fient, ut vites binas accipiant e diverso, alvei vocabuntur. Esse vitis radicem in medio<sup>37</sup> scrobe oportet: sed ipsam innixam solido in orientem<sup>h</sup> æquinœctialem spectare: adminicula prima e calamo<sup>f</sup> accipere.

Vineas limitari<sup>i</sup> decumano XVIII. pedum latitudinis ad contrarios vehiculorum transitus, aliisque transversis limitibus<sup>38</sup> denum pedum distingui per media jugera. Aut si major modus sit, totidem pedum cardine, quot decumano,<sup>j</sup>

<sup>f</sup> Ex arundine.



Dalec. serendæ.—35 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *minutis in scrobe ima sulcis* Gronov. et vulgg. *minutim in scrobe imo ac sulcis* margo edd. Dalec. et Gronov. *minutis in scrobe imo, &c.* Vet. Dalec. et Chiffi.—36 Dalec. *pulvinata a devexitate labra.*—37 Ita codd. Harduini, Chiffi. et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *in media* Gronov. et al. ante Harduin.—38 Dalec.

#### NOTÆ

<sup>d</sup> *Extatura*] Colum. III. 13. p. 110 et c. 16. ‘Duabus gemmis tantum supra terram relictis.’

<sup>e</sup> *Emolliri*] Colum. de Arborib. c. 4. ‘Cum semina depones, imum scrobem vel sulcum bidentibus fodito, mollemque reddito.’

<sup>f</sup> *Clivosa*] Colum. loc. cit. p. 113. ‘Campestris locus alte duos pedes et semissem infodiendus est: acclivis regio tres: præruptior vero collis in quatuor pedes vertendus: quoniam cum a superiore parte in inferiorem detrahatur humus, vix justum pastinationi præbet regestum, nisi multo editiorem ripam quam in plano feceris.’

<sup>g</sup> *Pulvinatis*] Attumulata tellure in pulvini morem, inferiore labro seu ripa scrobis, qua parte vergit in devexitatem clivus.

<sup>h</sup> *In orientem*] Colum. loc. cit. ‘Vi-

tem quam ponis fac ad orientem spectet, adminiculo religata.’

<sup>i</sup> *Vineas limitari*] Vineas, inquit, æquum est in hortulis ita dividi, ut singularum modus omnis in semijugera dirimatur. Limitentur eadem via seu itinere XVIII. pedum latitudinis, ab ortu in occasum procedente: (hoc decumanum vocant:) ut occurrentia e diverso vehicula faciles transitus habeant. Sint et aliæ semitæ denum pedum transversæ, quibus media vinearum jugera distinguantur, a meridie in septentrionem: has cardinem appellant. Vide Colum. IV. 18. et III. 20. p. 121. ubi vineas singulas ait in proprios hortos digerendas, semitisque ac decumanis distinguendas esse.

<sup>j</sup> *Cardine, quot decumano*] De limite decumano et cardine, dicitur XVIII. 77.

limitari. Semper vero quintanis semitari,<sup>39 k</sup> hoc est, ut quinto quoque palo singulæ jugo paginæ includantur.

Solo spisso, non nisi repastinato, nec nisi viviradicem seri: tenero et soluto,<sup>40 l</sup> vel malleolum, sulco, vel scrobe. In colles sulcos agere transversos,<sup>m</sup> melius quam pastinare, ut defluvia palis<sup>41</sup> eorum contineantur. Aquoso cœlo, vel sicco solo malleolos serere autumno, nisi si tractus ratio mutavit.<sup>42</sup> Siccus enim<sup>n</sup> et calidus autumno poscit seri, humidus frigidusque etiam veris exitu. In arido solo<sup>o</sup> viviradix quoque frustra seritur. Male et in siccis malleolus, nisi post imbrem. At in riguis, ve frondens<sup>43</sup> vitis, et usque ad solstitium recte, ut in Hispania. Quiescere ventos sationis die utilissimum. Plerique austros optant, Cato abdicat.<sup>p</sup>



*itineribus.*—39 ‘Ita bene codd. Regg. 1. 2. 5. et Editio princeps. Male emendatum in recentt. edd. *seminari*. Vineæ quintanis semper sunt semitandæ, id est, post quintanos palos distinguendæ sunt semita. Quinque pali jugo juncti efficiunt paginam.’ *Brotier. semitari* etiam Chiffi. et Vet. Dalec. *seminari* Gronov. Harduin. al. et recentt. Mox, *jugi pagi. discludantur* Dalec. id est, aræ inter duo juga interceptæ.—40 Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *tenero, soluto.*—41 ‘Chiffi. *tulis*: fortassis, *thallis*, id est, olivæ ramis, vel ridicis paratis ex aliis cujusvis arboris ramis.’ Dalec. *palis earum* cod. Dalec.—42 Idem codex, *malleolus seritur autumn. nisi si tract. rat. mutaverit.* Harduin. 2. 3. Miller. et Franz. *nisi tractus, &c.*—43 Ita cod. Dalec. cum

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Semitari* [*seminari*] Surculos ita poni injugata vite et compluviata præcipit, ut quinto quoque palo seu pedamento, cui suum semen surculusve innititur, jugum imponatur: atque is vineæ jugatæ modus, pagina nuncupatur.

<sup>l</sup> *Tenero et soluto*] Columella III. 14. ‘Potest malleolus in vicem viviradicis conseri, soluta et facili terra.’

<sup>m</sup> *In colles sulcos agere transversos*] Non declives a vertice collis ad radices, sed ab uno latere transversos ad alterum latus: ut aquarum eluvione terram defluentem pali malleolorum, seu viviradicum, contineant. In Mss. Reg. 1. *ut defluvia tales.* Reg.

2. *ut defluviatiles.*

<sup>n</sup> *Siccus enim*] Colum. III. 14. ‘Vere melius, si aut pluvius aut frigidus status cæli est, aut ager pinguis, aut campestris, et uliginosa planities: Rursus autumno, si sicca, si calida est æris qualitas, si exilis atque aridus campus, si macer, præruptusve collis.’

<sup>o</sup> *In arido solo*] Theophr. de Causis III. 17. p. 280. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ τὰ μοσχεύματα δεῖν εἰς τὰς ἐπομβρίους μᾶλλον ἐμβάλλειν, κ. τ. λ. *Qua de causa viviradices quoque solo pluvio deponendas potius censent, &c.*

<sup>p</sup> *Cato abdicat*] Cap. 40. ‘Ficos, oleas, mala, pira, vites, inseri oportet.’

Interesse,<sup>q</sup> medio temperamento, inter binas vites oportet pedes quinos : minimum autem læto solo pedes quater-nos : tenui, plurimum octonos. Umbri et Marsi ad vice-nos<sup>r</sup> intermittunt arationis gratia in his, quæ vocant porcu-leta.<sup>s</sup> Pluvio et caliginoso tractu rariores poni, sicco den-siores congruit. Subtilitas<sup>t</sup> parsimonix compendia<sup>u</sup> in-venit, cum vinea in pastinato seritur, obiter seminarium fa-ciendi, ut et viviradix<sup>44</sup> loco suo, et malleolus, qui trans-feratur, inter vites et ordines seratur. Quæ ratio<sup>v</sup> in ju-gero circiter sedecim millia viviradicum donat. Interest autem<sup>w</sup> biennium<sup>45</sup> fructus, quo tardius in sato provenit, quam in translato. Viviradix posita in vinea post annum

edd. Harduin. et recentt. *frondes* Gronov. et vulgg.—44 Ita codd. Harduin et Cliffl. cum edd. Harduin. et recentt. *ut viviradix* Gronov. et al. vett.—45

## NOTE

tet Luna silenti post meridiem, sine vento Austro.<sup>7</sup>

<sup>q</sup> *Interesse*] Paulo aliter Columella III. 15. p. 115.

<sup>r</sup> *Umbri... ad vicanos*] Vicenum ii pedum intervallo vitium ordines distinguunt, arationis gratia, quoniam in eo spatio frumenta serunt.

<sup>s</sup> *Porculeta*] Ita pulvinos et areas appellabant, in quibus diversi generis olera conserebantur.

<sup>t</sup> *Subtilitas*] Affinis huic est ea parsimonix ratio, quam affert Colum. III. 13. p. 111. 'Avarius quidam... viviradices, vel decisos quam recenttissimos palmites novellos erigunt, consitis compluribus inter ordinaria semina malleolis,' &c. Et aliquanto planius c. 16. p. 116. 'Coæquato solo, deinceps pastinato, malleolus ordinariis vitibus interserendus est: eum-que sat erit medio spatio quod vacat inter vites per unam lineam depangere... In eadem deinde linea in qua viviradix obtinebit ordinem suum, præsidii causa, quorum ex numero propagare possit in locum demortuæ

vitis, quinque malleoli pangendi sunt... Tali consitioni Julius Atticus abunde putat esse malleolorum sedecim millia.'


<sup>u</sup> *Compendia*] Compendium, lucrum est temporis, pecuniæ, operæ.

<sup>v</sup> *Quæ ratio*] Julius Atticus apud Colum. III. 16. p. 117. sedecim malleolorum, non viviradicum, millia abunde putat esse: 'Nos tamen,' inquit ille, 'plus quatuor millibus conserimus, quia negligentia cultorum magna pars deperit, et interitu seminum cetera quæ virent rarescunt.' Et c. 3. 'Nos jam enim vicena millia malleolorum per vineæ jugerum inter ordines pangimus. Ille (Julius Atticus) minus quatuor millibus deponit,' &c. Adjeicitque singula millia viviradicis sestertiis sexcentis rusticos mercari solitos, hoc est, libris Gallicæ monetæ 60.

<sup>w</sup> *Interest autem*] Colum. III. 4. 'Biennii spatium longum esse minime existimandum est, intra quod utique tempestivitas seminum respondet,' &c.

resecatur usque ad terram, ut unus<sup>46</sup> tantum emineat oculus, adminiculo juxta affixo, et fimo addito. Simili modo<sup>x</sup> et secundo anno reciditur, viresque concipit, et intra se pascit suffecturas<sup>47</sup> oneri:<sup>y</sup> alias festinatione pariendi gracilis atque ejuncida,<sup>48 z</sup> ni cohibeatur castigatione tali, in foetum<sup>a</sup> exeat tota.<sup>49</sup> Nihil avidius nascitur: ac nisi ad pariendum vires serventur,<sup>50</sup> tota fit foetus.

Pedamenta optima, quæ diximus:<sup>b</sup> aut ridicæ<sup>c</sup> e<sup>51</sup> robore, oleaque: aut si non sint, pali e junipero, cupresso, laburno,<sup>52 d</sup> sambuco. Reliquorum generum sudes omnibus<sup>53</sup> annis reciduntur.<sup>e</sup> Saluberrima<sup>f</sup> in jugo arundo connexa fasciculis, durat quinque annis. Cum breviores palmi-



Vet. Dalec. *biennii*.—46 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ut unus, vel etiam alter*, e Colum. iv. 12.—47 Pintian. e Vet. cod. *suffectura*.—48 Gronov. et vulgg. ante Harduin. *ac emucida*.—49 Vet. Dalec. *exitura tota*.—50 Idem Vet. *pariendas uvas seruetur*.—51 Præpositio *e* deest in ed. Gronov.—52 Chiff. *alburno*.—53 Ita ex codd. Harduinus et recentt. *sambuco, et reliquorum gene-*

#### NOTÆ

<sup>x</sup> *Simili modo*] *Damnare hoc Columella videtur iv. 11. quanquam Virgilio, Sasernæ, Stoloni, et Catoni probatum.*

<sup>y</sup> *Suffecturas oneri*] *Tum oneri samentorum, tum fructui ferendo, ut loquitur Colum. iv. 17. p. 140. Varro de Re Rust. i. 31.*

<sup>z</sup> *Ejuncida*] *Junci instar tenuis, macilenta, exilis. Vide Notas et Emend. num. 32.*

<sup>a</sup> *In foetum*] *In materiem et samenta.*

<sup>b</sup> *Quæ diximus*] *E castanea scilicet, æsculo, ceterisque arboribus antea appellatis c. 34.*

<sup>c</sup> *Aut ridicæ*] *Ridicæ appellantur pedamenta ex olea et robore: ex alia quavis materia, pali. Des Écholas. Columella iv. 26. p. 153. 'Sequitur adminiculandæ jugandæque vineæ cura: cui stabilindæ melior est ridicæ palo: neque ea quælibet: nam est præcipua cuneis fissa olea, quer-*

*cus, et suber, ac si qua sunt similia robora. Tertium obtinet locum pedamen teres, idque maxime probatur ex junipero, et lauru, et cupressu. Recte etiam faciunt ad eam rem sylvestres pinus: atque etiam sambuci probabilis usus, &c.*


<sup>d</sup> *Laburno*] *De eo diximus xvi. 31. Ex eo sane pedamenta optima et perpetuo durantia factitari scimus apud D. Claudii fanum Sequanorum, ad Vogesum montem, et tractu Segusiano, et Brixino: arcus etiam meliores, quam e taxo, fieri Brixinæ Gallinæ Togatæ solent.*

<sup>e</sup> *Reliquorum . . . reciduntur*] *Postputationem vitium retractandæ sunt, partesque eorum putres dedolandæ, inquit Colum. loc. cit.*

<sup>f</sup> *Saluberrima*] *Columella iv. 17. p. 139. 'Cum jugum in fascem pluribus arundinibus alterna cacuminum vice ordinatum est, fere quinquenni præbet usum.'*

tes sarmento junguntur inter se funium modo, ex hoc arcus<sup>g</sup> funeta dicuntur.

Tertius vineæ annus palmitem velocem robustumque emittit, et quem facit ætas vitem. Hic in jugum insilit. Quidam tunc<sup>54</sup> excæcant eum, supina falce auferendo oculos, ut longius evocent, noxia injuria.<sup>55</sup> <sup>h</sup> Utilior enim consuetudo pariendi, satiusque<sup>i</sup> pampinos adjudgatæ detergere, usque quo placeat roborari eam. Sunt qui vetant<sup>j</sup> tangi proximo anno quam translata sit: neque ante LX. mensem<sup>56</sup> falce curari: tunc autem ad tres gemmas recidi. Alii et proximo quidem anno recidunt,<sup>57</sup> sed ut ternos quaternosve singulis annis adjiciant articulos, quarto demum perducant ad jugum. Id utrumque<sup>k</sup> fructum tardum, præterea retorridum<sup>58</sup> et nodosum reddit, pumilionum incremento. Optimum autem, matrem esse firmam, postea foetum audacem. Nec tutum est quod cicatricosum,<sup>l</sup> magno imperitiæ errore.



*rum sudes, quæ omnibus Dalec. sambuco, &c. Gronov. et cod. Dalec.—54 Quidam nunc Vet. Dalec.—55 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. noxia injuria deest in cod. Dalec. ut noxia injuria longius evocent Gronov. et al. vett.—56 Dalec. ante XX. mensem.—57 Margo edd. Dalec. et Gronov. recidunt solo tenuis, e Colum. iv. 11.—58 Margo*

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Ex hoc arcus]* Ex hoc palmitum, ceu funium, nexu, cum vitis in arcum flectitur, Funetum vocant.

<sup>h</sup> *Noxia injuria]* Sic paulo post, hoc cap. ‘suffocante injuria.’

<sup>i</sup> *Satiusque]* Satius est non ante vineam pampinare, quam fuerit jugata. Sic locutus etiam Colum. v. 5. ‘Insequitur pampinator, et supervacuos deterget,’ &c.

<sup>j</sup> *Sunt qui vetant]* Colum. iv. 11. p. 134. ‘Illam veterem opinionem damnavit usus, non esse ferro tangendos anniculos malleolos, quod aciem reformident: quod frustra Virgilius, et Saserna, Stolonesque, et Catones timerunt,’ &c.

<sup>k</sup> *Id utrumque]* Hæc utraque ratio,

inquit, et eorum qui proximo anno tangi vetant, et eorum qui tum recidunt, fructum tardum reddit: hoc est, sarmentorum incrementum lentius facit, idemque nodosum, ac retorridum, quale est in pumilis arboribus. ‘Scabras et retorridas’ plantas Columella vocat, III. 12. quæ propter nimiam siccitatem naturali destituuntur alimento. Scabras, jejunas, aridas, macilentas, perustas, vox ea significat.

<sup>l</sup> *Cicatricosum]* Quod ex cicatrice repullulascit. Vitem quoque cicatricosam dixit Columella iv. 27. et v. 5. ‘Quicquid juxta cicatricem citaverit.’

Quicquid est tale, plagis nascitur, non e matre.<sup>g</sup> Totas enim habet illa vires dum roboratur: et annuos accipit<sup>59</sup> tota foetus, cum permissum fuerit nasci. Nil natura portionibus parit.<sup>h</sup> Quæ cum<sup>60</sup> excreverit, satis firma protinus in jugo collocari debet: sin etiamnum infirmior erit, sub ipso jugo hospitari recisa. Viribus, non ætate, decernitur.<sup>61</sup> Temerarium est, ante crassitudinem pollicarem viti imperare.<sup>m</sup> Sequenti anno palmites serventur<sup>62 n</sup> pro viribus matris singuli aut gemini. Iidem et secuto,<sup>63 o</sup> si coget infirmitas, nutriantur: tertioque demum duo adjiciantur. Nec sunt plures quaternis unquam permittendi. Breviterque, non indulgendum est, et semper inhibenda foecunditas. Ea est enim natura, ut parere malit, quam vivere. Quicquid materiæ adimitur, fructui accedit. Illa semina<sup>p</sup> mavult quam fructum gigni, quoniam fructus caduca res est. Sic perniciose luxuriat: nec ampliat se,<sup>64</sup> sed egerit.<sup>q</sup>

Dabit consilium et soli natura. In macro, etiamsi vires<sup>65</sup>.

<sup>g</sup> Per vim et plagas, non sponte ex matre nascitur.

<sup>h</sup> Nihil natura interruptis vicibus parit.



edd. Dalec. et Gronov. præter sarmentum retoridum.—59 Dalec. concipit.—60 *Vitis cum* Dalec.—61 Dalec. ætate id decernitur.—62 ‘Male codd. Regg. salutentur. Perperam in recentt. edd. emendatum, *salventur*. Quod barbarum est, nec Latinum. Emendandum fuit, *serventur*.’ Brotier. Harduinus et recentt. ex codd. *salventur*; Dalec. *summittantur*; Gronov. et al. vett. *salutentur*.—63 Vet. Dalec. et secundo. Mox, Gronov. *si cogit*.—64 Dalec. *nec solum ampliat se*.—65 Ita codd. Harduini et Vet. Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *vites* edd. vett. et Gronov. Mox, *infra jugum*

#### NOTE

<sup>m</sup> *Viti imperare*] Vitem vel quo lubet flectere, vel resecare, vel quovis modo cogere. Sic Colum. iv. 11. p. 134. ‘Nam post largos fructus parcendum est vitibus, et ideo anguste putandum: post exiguos, imperandum.’

<sup>n</sup> *Sequenti anno . . . serventur* [*salventur*] Serventur incolumes, ceteris excisis. Vide Notas et Emend. num. 33.

<sup>o</sup> *Iidem et secuto*] Anno sequenti etiam nutriendi, hoc est, crebris punctionibus in justam materiam educandi, ut loquitur Columella, palmitibus ii qui anno priore servati sunt, si nondum pleni sunt, ac justæ crassitudinis.

<sup>p</sup> *Illam semina*] Surculos qui seminari possint. Gallis, *Complant*.

<sup>q</sup> *Sed egerit*] Temere vim omnem in sarmenta effundit.

habebit, recisa intra jugum moretur, ut omnis foetura sub eo exeat. Minimum id esse debet intervallum ut attingat jugum, speretque, non teneat: adeo non recumbat in eo, nec delicate se spargat. Ita temperetur hic modus, ut crescere etiamnum malit,<sup>66</sup> quam parere.

Palmes duas<sup>r</sup> tresve gemmas sub jugo habere debet, ex quibus materia nascatur: tunc per jugum mergi, alligarique, ut sustineatur<sup>s</sup> jugo, non pendeat. Vinculo mox astrictus a tertia gemma alligari: quoniam et sic coërcetur<sup>t</sup> impetus materiae, densioresque citra pampini exultant: cacumen religari vetant. Natura hæc est:<sup>u</sup> dejecta pars, aut præligata, fructum dat, plurimumque ipsa curvatura.<sup>v</sup> Quod citra est,<sup>w</sup> materiem mittit, offensante,<sup>x</sup> credo, spiritu,<sup>67</sup> et illa, quam diximus,<sup>y</sup> medulla. Quæ ita emicuerit materia, fructum dabit anno sequente.

Sic duo genera<sup>z</sup> palmitum: quod e duro exit, materiam-



Dalec. *moritur* Chiff. — 66 Ita codd. Regg. et Editio princeps. Ceteræ edd. ante Brotier, *etiam malit*. — 67 'Ita codd. Regg. et Editio princeps. Male recentiores, *crebro spiritu*.' Brotier, *offundente crebro spiritu* Vet. Dalec. *offensante, credo, spiritu* cod. Dalec. *offensante crebro spiritu* edd. vett. et Gronov.

#### NOTÆ

<sup>r</sup> *Palmes duas*] Hæc e Columella v. 6. p. 190.

<sup>s</sup> *Ut sustineatur*] 'Jugo superponatur, ut potius innixa perticæ, quam e vinculo pendeat,' inquit Columella iv. 26.

<sup>t</sup> *Coërcetur*] Ne sursum tendat: sed citra vinculum densiores se palmites citent.

<sup>u</sup> *Natura hæc est*] Hæc a Columella accepta, iv. 20. p. 142.

<sup>v</sup> *Ipsa curvatura*] Columella loc. cit.

<sup>w</sup> *Ex eo loco quod proximum jugo ligatum est, brachia disponuntur in diversas partes: palmæque superpositæ deorsum versus curvantur a vinculo. Itaque id quod jugo dependet, fructu impletur: rursusque curvatura juxta vinculum materiam exprimit.'*

<sup>w</sup> *Quod citra est*] Quod infra vinculum, inquit Colum. iv. 24. p. 150.

<sup>x</sup> *Offensante*] Inhibentibus nodis in curva distortaque vite, et ipso flexu cursum terreni humoris, seu medullæ, ac vitalis spiritus, per quem ceu quodam itinere matris alimenta meant, veluti salebris retardante, inquit Colum. iv. 20. p. 142.

<sup>y</sup> *Quam diximus*] Hoc ipso cap. his verbis: 'Medulla, sive illa vitalis anima est, ante se tendit, longitudinem impellens, quamdiu nodi pervia patet fistula.'

<sup>z</sup> *Sic duo genera*] Colum. v. 6. pag. 190. 'Sed ipsorum palmitum duo genera sunt. Alterum, quod ex duro provenit: quod, quia primo anno plerumque frondem sine fructu affert, pampinarium vocant. Alterum, quod

que in proximum annum promittit, pampinarium vocatur:<sup>68</sup> at ubi supra cicatricem est, fructuarium. Alterum ex anniculo palmite, semperque fructuarium. Relinquitur<sup>2</sup> sub jugo<sup>69</sup> et qui vocatur custos. Hic est novellus palmes, non longior tribus gemmis, proximo anno materiam daturus, si vitis luxuria se consumserit. Et alius juxta eum, verrucæ magnitudine, qui furunculus<sup>70 a</sup> appellatur, si forte custos fallat.

Vitis, antequam septimum annum a surculo compleat, evocata ad fructum ejuncescit,<sup>71 b</sup> ac moritur. Nec veterem placet<sup>c</sup> palmitem in longum, et ad quartum usque

//////////

item Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—68 Cod. Dalec. *vocant*.—69 Gronov. et al. ante Harduin. *fructuarium, relinquitur sub jugo*.—70 Cod. Dalec. *ferunculus*; Chiff. *furinculus*.—71 <sup>a</sup> Scribo, *eviescit*. In scriptis, *ejuncescit*, vel *ejunescit*; vulgati, *evanescit*. Simili modo peccatum et lib. xxviii. cap. 45. ubi agit de lacte asinino: 'Nullum enim celerius evanescit:' immo, *eviescit*.<sup>b</sup> Nic. Heins. Vide Adv. iii. 8. p. 460. *ejunescit* cod. Dalec. *evanescit* Dalec. Elz. Gronov. et al. vett. *ejunescit* cod. Chiff. item Harduin. 1. 2. 2. et recentt.—

#### NOTÆ

ex anniculo palmite procreatur, quod, quia protinus creat, fructuarium appellant: cujus ut semper habeamus copiam in vinea, palmitis partes ad tres gemmas religandæ sunt, ut quicquid intra vinculum est, materias exigat.<sup>a</sup>

<sup>2</sup> *Relinquitur*] Columella iv. 24. 'Una tantummodo materia jugo proxima, et unus infra eam custos erit summittendus, qui vitem mox in annum renovet.' Idem c. 21. 'In pollicem tondeatur, quem quidam custodem, alii resecem, nonnulli præsidiarium appellant: id est sarmentum gemmarum duarum vel trium, ex quo cum processere fructiferæ materiæ, quicquid est supra vetusti brachii amputatur: et ita ex novello palmite vitis pullulascit.'<sup>b</sup>

<sup>3</sup> *Qui furunculus*] 'Plerumque gemmen de cicatrice procedit,' inquit Colum. iv. 22. p. 145. 'quod sive longius prosilierit, in flagellum summit-

tur: sive brevius, in pollicem: sive admodum exiguum, in furunculum.' Et c. 24. p. 148. 'Ne verrucæ similis furunculus relinquantur, nisi si jugo superjecta vitis desiderabit ab inferiore parte revocari.' Iterumque: 'Sed si resecis facultas non erit, circumspiciendus est furunculus, qui quamvis angustissime præcisus in modum verrucæ proximo vere materiam exigat, quam vel in brachium, vel in fructuarium remittamus.'<sup>c</sup>

<sup>b</sup> *Ejuncescit*] Gracilescit, in junci morem. Ita Mss. Reg. Colb. &c. non, ut editi, *evanescit*. Vide quæ dicturi sumus in Notis et Emend. num. 32.

<sup>c</sup> *Nec veterem placet*] Causam hujus placiti mox ipse affert: quoniam cum vitis induruit, operosum est traducere, seu propagare. Acceptum id ex Columella iv. 22. 'At si duramenta vitis longius excesserint, aut in quartum, vel etiam in quintum sta-



pedamentum emitti, quod alii dracones,<sup>d</sup> alii juniculos vocant, ut faciant quæ masculeta appellant. Cum induruit vitis, pessimum in vinea traducere.<sup>72</sup> <sup>e</sup> Quinto anno et ipsi palmites intorquentur, singulæque e singulis materiæ emittuntur,<sup>f</sup> ac deinde e proximis, prioresque amputantur. Semper custodem relinqui melius: sed is proximus viti esse debet, nec longior<sup>g</sup> quam dictum est: et, si luxuraverint palmites, intorqueri: ut quatuor materias, vel duas, si unijuga<sup>h</sup> erit vinea, emittat.<sup>73</sup>

Si per se vitis<sup>i</sup> ordinabitur sine pedamento, quaecumque initio adminiculum desiderabit, dum stare condiscat et recta surgere. Cetera a primordio<sup>j</sup> eadem. Dividi autem putatione pollices<sup>k</sup> in æquali examine<sup>74</sup> undique,<sup>l</sup> ne præ-

<sup>i</sup> *Æqua portione ab utroque latere.*

//////////

72 'In cod. Reg. 1. *transducere. Provigner, faire des provins.*' Brotier.—  
73 Dalec. *emittant.*—74 'Ita codd. Regg.' Brotier. *pollices æquali examine* edd.

#### NOTÆ

tumen prorepserint, majore sumtu restituentur mergis. His namque, quod nobis maxime placet, propagata celerrime provenit. Hoc tamen, si vetus et exesa est superficies trunci, majorem; at si robusta et integra, minorem operam desiderat.<sup>2</sup>

<sup>d</sup> *Dracones*] Ita vocamus, inquit ipse paulo post hoc cap. palmites emeritos, pluribusque induratos annis. Columella, loc. cit. 'duramenta.' Masculeta vero dici videntur consita vitibus masculis loca, hoc est, iis quæ non sint subactæ ut alios emittant palmites, sed crescunt altius, et at tollere se permittuntur.

<sup>e</sup> *Traducere*] Mss. *transducere*: hoc est, mergis propagare: cum, uti explicat Colum. iv. 15. p. 137. vitis curvatur, atque ex alto scrobe summer-sa producit ad vicinum palum, &c.

<sup>f</sup> *Materiæ emittuntur*] Novelli palmites crescere sinuntur.

<sup>g</sup> *Nec longior*] Nec longior tri-

bus gemmis, ut paulo ante dictum est.

<sup>h</sup> *Si unijuga*] Seu canteriatâ, ut diximus, *simple treille.*

<sup>i</sup> *Si per se vitis*] Si jam vitis erectæ et per se stantis, ὄρθαμπέλου, ratio exigitur, quæ sine pedamento est. Columella v. 5. p. 180. 'Depositam ergo stirpem, id est, malleolum, vel vivradicem formare sic convenit, ut vitis sine pedamine consistat. Hoc autem protinus effici non potest. Nam nisi adminiculum teneræ viti atque infirmæ contributoris, prorepens pampinus terræ se applicabit. Itaque posito semini arundo annectitur, quæ velut infantiam ejus tueatur, atque educet, producatque in tantam staturam, quantam permittit agricola,' &c.

<sup>j</sup> *Cetera a primordio*] Cultura reliqua a prima terræ pastinatione, eadem quæ hactenus explicata est hoc cap.

gravet fructus parte aliqua, obiter idem<sup>75</sup><sup>1</sup> deprimens prohibebit in excelsum emicare.<sup>m</sup> Huic vineæ trium pedum<sup>76</sup> altitudo excelsior<sup>n</sup> nutat: ceteris a quinto, dum ne excedat hominis longitudinem justam.<sup>77</sup> Iis quoque quæ sparguntur in terra, breves ad innitendum caveas<sup>78</sup> circumdant,<sup>o</sup> scrobibus per ambitum factis,<sup>79</sup> ne vagi palmites inter se pugnent occurrentes: majorque pars terrarum ita supinam in tellure vindemiam metit. Siquidem et in Africa, et in Ægypto, Syriaque, ac tota Asia, et multis locis Europæ hic mos prævalet. Ibi ergo juxta terram comprimi debet vitis, eodem modo et tempore nutrita radice, quo in jugata vinea: ut semper<sup>80</sup> pollices<sup>p</sup> tantum relinquuntur: fertili solo, cum tribus gemmis: graciliore, quinis:<sup>81</sup> præstatque



ante Brotier.—75 *Lego, fructus parte altera, quos vititor indidem, vel itidem.* Dalec.—76 Dalec. *tribus pedibus.*—77 Dalec. *justa est.*—78 ‘Bene codd. Regg. et Editio princeps, *caveas.* Nec emendandum fuit in recentt. edd. *cannas.*’ Brotier. *caveas* Dalec. Elz. Gronov. et al. vett. *cannas* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—79 Vet. Dalec. *actis.*—80 Dalec. *ut nempe.*

#### NOTÆ

<sup>k</sup> *Dividi autem pollices*] Palmites, e brachiis enatos, quos et custodes, et pollices, et reseces, et præsidarios vidimus paulo ante a Columella appellari. Hoc illud porro est, quod idem Colum. ait, iv. 24. p. 149. ‘Sed meminisse oportebit, ne in eadem linea, unoque latere brachii esse duas materias, pluresve, patiamur: namque id maxime vitem infestat, ubi non omnis pars brachii pari vice laborat, atque æqua portione succum proli suæ dispensat, sed ab uno latere exsurgit: quo fit, ut ea vena, cujus omnis humor assumitur, velut icta fulgure arescat.’

<sup>1</sup> *Obiter idem*] Idem utique fructus deprimens vitem eam, prohibebit in excelsum emicare.

<sup>m</sup> *In excelsum emicare*] Mss. Reg. et Colb. forte sincerius, *emittere.*

<sup>n</sup> *Huic vineæ trium pedum altitudo excelsior*] Hoc est, quæ ternos pedes excedat. Et hanc loquendi formam latinitas recipit. Nam Columella de Arboribus c. 16. non minorem decem pedum vitem dixit: et a Plinio rursus inferius hoc ipso cap. dicitur, ‘Nulla fere xx. pedum altiore arbore.’


<sup>o</sup> *Caveas circumdant*] Vide Notas et Emend. num. 33.

<sup>p</sup> *Ut semper pollices*] Seu custodes, et reseces, uti dictum est paulo ante. Colum. v. 5. p. 182. ‘Nec magna est putationis differentia cubantis, et stantis rectæ vineæ: nisi quod jacenti viti breviores materiæ summitti debent: reseces quoque (pollices Plinius, et custodes vocat.) angustius in modum furuncolorum relinquat.’

multos esse, quam longos. Quæ de natura soli diximus, tanto potentiora sentientur, quanto propior fuerit uva terræ.

Genera separari,<sup>q</sup> ac singulis conseri tractibus<sup>82</sup> utilissimum. Mixtura enim<sup>r</sup> generum etiam in vino, non modo in musto, discors: aut si misceantur, non alia, quam pariter maturescentia, jungi necessarium. Juga altiora,<sup>s</sup> quo lætior ager, et quo planior: item roscido, nebuloso, minusque ventoso conveniunt. Contra, humiliora gracili et arido, æstuoso, ventisque exposito. Juga ad pedamentum<sup>t</sup> quam arctissimo nodo vinciri oportet, vitem levi<sup>u</sup> contineri. Quæ genera<sup>v</sup> vitium, et in quali solo cœloque essent conserenda, cum enumeraremus naturas earum et vinorum, notavimus.<sup>83</sup>

De reliquo cultu vehementer ambigitur. Plerique æstate tota post singulos rores confodi jubent vineam. Alii vetant<sup>w</sup> gemmantem: decuti enim oculos, tractuque<sup>84 x</sup> in-



—81 Dalec. *binis*.—82 Margo edd. Dalec. et Gronov. *hortis*, e Colum.—83 Chiffli. *docuimus*.—84 Dalec. *tactuque*.—85 Ita codd. Harduini et Chiffli.

#### NOTÆ

<sup>q</sup> *Genera separari*] Colum. III. 20. p. 121. 'Nil dubito quin per species dirigendæ vites, deponendæque sint in proprios hortos, semitis ac decumanis distinguendæ.' Horti Columellæ, Plinio tractus sunt.

<sup>r</sup> *Mixtura enim*] Prolixe hæc, et, uti solet, eleganter Columella III. 21. p. 123. Plinius XIV. 9. 'Dulcia utique inter se non congruunt.'

<sup>s</sup> *Juga altiora*] Rei hujus causas plures affert, easque probabiles, Columella IV. 19. p. 142. unde Pliniana hæc manarunt.

<sup>t</sup> *Juga ad pedamentum*] Sive, ut loquitur Columella IV. 16. ad statumen: 'Statuminibus,' inquit, 'firmiora juga sunt alliganda, eque vel saligineis perticis, vel compluribus quasi fasciulis arundinum connectuntur,

*Delph. et Var. Clas.*

ut rigorem habeant, nec pandantur onere fructuum.

<sup>u</sup> *Vitem levi*] Columella IV. 13. 'Vinculi genus quale sit, quo religantur semina vitium, plurimum refert: nam dum novella vinea est, quam mollissimo nectenda est: quia si viminibus salicis aut ulmi ligaveris, increscens vitis seipsam præcidit. Optima est ergo genista,' &c.

<sup>v</sup> *Quæ genera*] Supra XIV. 4. et 5.

<sup>w</sup> *Alii vetant*] Colum. IV. 27. p. 155. 'Si palmis incipientibus progemmantibusque fossorem immiseris, magnam partem vindemiæ decusseris. Igitur antequam gemment, per divortium veris atque hyemis quam altissime fodiendæ vineæ sunt, quo lætius atque hilarius pullulent.'

<sup>x</sup> *Tractuque*] Ita Mss. recte: non

*Plinius.*

8 L

trantium deteri: et ob id arcendum<sup>y</sup> procul omne quidem pecus, sed maxime lanatum, quoniam facillime auferat gemmas. Inimicos et pubescente uva<sup>z</sup> rastros: satisque esse vineam ter anno confodi,<sup>a</sup> ab æquinocio verno: ad Vergiliarum<sup>b</sup> exortum, et Canis ortum,<sup>85</sup> et nigrescente acino.<sup>c</sup> Quidam ita determinant: veterem semel a vindemia ante brumam, cum alii ablaqueare<sup>d</sup> et stercoreare satis putant.<sup>86</sup> Iterum ab Idibus Aprilis, antequam concipit,<sup>87</sup> hoc est, in VI. Idus Maias. Deinde priusquam florere incipiat, et cum defloruerit, et variante<sup>88</sup> se uva. Peritiores affirmant, si justo sæpius fodiat, in tantum tenerescere acinos, ut rumpantur. Quæ fodiantur,<sup>e</sup> ante ferventes horas diei fodendas convenit: sicuti lutum neque arare, neque fodere. Fossione<sup>f</sup> pulverem excitatum contra Soles nebulasque prodesse.



cum edd. Harduin. et recentt. ortu Gronov. et al. vett.—86 'Ita codd. Regg.' Brotier. satis putent edd. ante Brotier.—87 'Ita cod. Reg. 1.' Bro-

#### NOTÆ

*tactu.* Attractu vestium ac lanarum decuti gemmas indicat.

<sup>y</sup> *Et ob id arcendum*] Id vero acceptum a Marone, Georg. II. 371. 'Texendæ sepes etiam, et pecus omne tenendum est, Præcipue dum frons tenera, imprudensque laborum,' &c.

<sup>z</sup> *Pubescente uva*] Cum nigrescere incipit: variante se uva. Pubescentem et quasi adolescentem dixit Columella IV. 28. p. 156.

<sup>a</sup> *Ter anno confodi*] Colum. loc. cit. 'Non inficior plerosque ante me rusticarum rerum magistros tribus fossuris fuisse contentos: ex quibus Græcinus . . . Celsus quoque, et Atticus consentiunt tres esse motus in vite, seu potius in omni surculo, naturales: unum, quo germinet: alterum, quo floreat: tertium, quo maturescat. Hos ergo motus censent

fossionibus concitari.'

<sup>b</sup> *Ad Vergiliarum*] De hoc exortu, quem præpostere assignat Dalecampius, dicemus XVIII. 66.

<sup>c</sup> *Nigrescente acino*] Acinum uvæ nos granum appellamus.

<sup>d</sup> *Cum alii ablaqueare*] Columella V. 4. cujus verba retulimus c. 31.

<sup>e</sup> *Quæ fodiantur*] Colum. de Arborib. c. 12. 'Simul atque uva variari cœperit, fodito tertiam fossuram, et cum jam maturescet, ante meridiem priusquam calere incipiet, et cum desierit, post meridiem fodito, pulveremque excitato: ea res et a Sole, et a nebula maxime uvam defendit. Lutulentam terram neque arare neque fodere oportet: quia valde durescit, et finditur.'

<sup>f</sup> *Fossione*] Colum. loc. cit. et IV. 28. p. 156.

Pampinatio<sup>g</sup> verna in confesso est, ab Idibus Maiis intra dies x. utique antequam florere incipiat: et eam infra jugum debere fieri. De sequente<sup>h</sup> variant sententiæ. Cum defloruerit, aliqui pampinandum putant: alii sub ipsa maturitate. Sed de his Catonis præcepta decernent. Namque et putationum tradenda ratio est.<sup>89</sup>

Protinus<sup>i</sup> hanc a vindemia, ubi cœli tepor indulget, adoriuntur. Sed hoc fieri<sup>j</sup> nunquam debet ratione naturæ<sup>j</sup> ante Aquilæ exortum,<sup>k</sup> ut in siderum causis docebimus proximo volumine. Immo vero Favonio, quoniam anceps<sup>l</sup> culpa sit præproperæ festinationis. Sic saucias recenti medicina<sup>m</sup> mordeat quædam hyemis ruminatio: <sup>k</sup> certum

<sup>j</sup> *Ob occultas, quas habet natura, causas.*

<sup>k</sup> *Iterata hyemis acerbitas.*



tier. antequam concipiat al. ante Brotier.—88 Chiffi. et varia ante.—89 Margo

#### NOTÆ

<sup>g</sup> *Pampinatio*] Pampinorum, seu foliorum vitis, quæ supervacua sunt, avulsio. Vineas pampinare, *épamprer la vigne, ôter les feuilles, et les bourgeons superflus*. De pampinationis tempore, facit cum Plinio Columella loc. cit. et Palladius lib. vi. in Maio, tit. 2. p. 115. ‘Hoc mense,’ inquit iste, ‘pampinari conveniet: sed tunc est opportuna pampinatio, cum teneri rami digitis strigentibus crepabunt sine difficultate carpentis.’

<sup>h</sup> *De sequente*] De secunda pampinatione.

<sup>i</sup> *Protinus*] Colum. iv. 10. pag. 134. ‘Putandi autem duo sunt tempora; melius autem, uti ait Mago, vernum.’ Et extremo cap. ‘Sed neq̄ utique verno omnibus regionibus melior putatio est: ubi vero aprica loca sunt, mollesque hyemes, optima et maxime naturalis est autumnalis,’ &c. Item cap. 23. ‘Placet ergo, si mitis ac temperata permittit, in ea regione quam colimus, cœli clementia, facta

vindemia secundum Idus Octobris auspicari putationem: cum tamen æquinoctiales pluvie præcesserint . . . nam siccitas seriore pampinationem facit.’ Geopon. auctor, v. 23. p. 141. *μετὰ τρυγητὸν, post vindemiam*. Vineam putare, *Tailler la vigne*.


<sup>j</sup> *Sed hoc fieri*] Plinius xviii. 69. ubi de exortu Aquilæ dixit, statim subjungit: ‘Nec patitur ratio naturæ quicquam in satis ante eum diem spei esse certæ.’

<sup>k</sup> *Aquilæ exortum*] De quo dicemus xviii. 69. Et de Favonii flatu, eodem lib. cap. 59.

<sup>l</sup> *Quoniam anceps*] Quoniam dubitari possit, an præpropera festinatione peccatum sit, cum post exortum Favonii contingere adhuc possit quædam hyemis iteratio, quæ suo frigore gemmas hebetet, plagasque findat: prohibeatque ne cortex moveatur, qui cicatricem consanet, ut loquitur Columella iv. 29.

<sup>m</sup> *Recenti medicina*] Recenti putatione.

est gemmas earum frigore hebetari, plagasque findi, et cœli vitio exuri oculos lacryma distillante. Nam gelu fragiles fieri quis nesciat? Operarum ista<sup>n</sup> computatio est in latifundiis, non legitima naturæ festinatio. Quo maturius<sup>o</sup> putantur aptis diebus, eo plus materiæ fundunt: quo serius, eo fructum uberiozem. Quare macras<sup>p</sup> prius conveniat<sup>90</sup> putare, validas novissime. Plagam omnem<sup>q</sup> obliquam fieri, ut facile decidant imbres: et ad terram<sup>r</sup> verti quam levissima cicatrice acie falcis exacta,<sup>s</sup> plagaque collævata.<sup>91</sup> Recidi autem semper inter duas<sup>t</sup> gemmas, ne sit vulnus



edd. Dalec. et Gronov. *hic ratio est.*—90 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *convenit* Gronov. et al. ante Harduin.—91 ‘Nollem vir summus Nonius Pintianus reposuisset, *acie falcis exacta*; nam quod idem refingit, *plagaque conlevata*, approbo factum.’ Nic. Heins. Vid. Adv. 1. 16.

#### NOTÆ

<sup>n</sup> *Operarum ista*] Quod gemmæ sic frigore interdum adurantur, non id naturæ tribuendum, sed agricolis, qui in latifundiis nimis præpropere festinant. Namque ‘ubi ruris vastitas’ (sic loquitur Columella iv. 23. p. 147.) ‘electionem temporis negat, valentissimam quamque vineti partem frigoribus deputant.’

<sup>o</sup> *Quo maturius*] Colum. loc. cit. ‘Nec dubium quin sit horum virgultorum natura talis, ut quanto maturius detonsa sint, plus materiæ; quanto serius, plus fructus afferant.’

<sup>p</sup> *Quare macras*] Colum. loc. cit. ‘Valentissimam quamque partem vineti, frigoribus: macerrimam, vere vel autumno.’

<sup>q</sup> *Plagam omnem*] Colum. iv. 9. pag. 133. ‘Medio fere internodio ea plaga obliqua falce fit, ne si transversa fuerit cicatrix, cœlestem superincidentem aquam contineat.’ Et c. 24. ‘Plagæ, quas in duro vitis accipit, obliquæ rotundæque fieri debent,’ &c.

<sup>r</sup> *Et ad terram*] Colum. loc. cit. p. 134. ‘Sed nec ad eam partem qua est gemma, verum ad posteriorem

plaga declinatur, ut in terram potius devexa, quam in germen delacrymet. Namque defluens humor cæcat oculum, nec patitur frondescere.’

<sup>s</sup> *Acie falcis exacta*] Ductu falcis acutæ plaga sic effici debet, ut sit levissima cicatrix, et uno vestigio allævatur. ‘Duris enim,’ ut ait Columella iv. 24. ‘et acutissimis feramentis totum istud opus exequendum est: obtusa, et hebes, et mollis falx putatorem moratur,’ &c. Et c. 25. ‘Tutior et utilior putatio est, quæ ductu falcis, non ictu conficitur: nam ea plaga quæ sic efficitur, uno vestigio allævatur.’ Quo ex loco intrepide *plagaque conlevata* rescriptimus in Pliniano contextu, cum prius *convelata* legeretur: nulla prorsus, aut inextricabili certe sententia. Sic idem Columella v. 6. de stirpe arborum: ‘Post annum præcidi et allævare oportet.’ Et mox: ‘Si fieri poterit, uno ictu arborem præcidi: si minus, serra desecari, et plagam falce allævare oportet,’ hoc est, lævigari, seu læviorum fieri. Id acuto feramento fit, ut ait idem, v. 11.

<sup>t</sup> *Recidi . . . inter duas*] ‘Medio

oculis<sup>92</sup> in recisa parte. Nigram esse eam<sup>93</sup> existimant, et donec ad sincera<sup>u</sup> veniatur, recidendam: quoniam e vicioso materia<sup>94</sup> utilis non exeat. Si macra vitis idoneos palmites non habeat, ad terram recidi<sup>v</sup> eam, novosque elici utilissimum. In pampinatione non hos<sup>95</sup> detrahere pampinos, qui cum uva sint: <sup>96</sup> id etenim uvas supplantat, præterquam in novella vinea. Inutiles judicantur in latere nati, non ab oculo: quippe etiam uva, quæ nascatur e duro rigescente, ut nisi ferro detrahi non possit.<sup>1</sup> Pedamentum quidam inter duas vites<sup>w</sup> utilius putant statui: et facilius<sup>97</sup> ablaqueantur ita: meliusque est unijugæ<sup>x</sup> vineæ, si tamen et ipsi jugo sint vires, nec flatu infesta regio. In quadripartita<sup>y</sup> quam proximum oneri adminiculum esse debet: ne

<sup>1</sup> Quippe etiam inutilis est uva, quæ nascatur e duriore, atque ita rigescente trunco, ut nisi ferro detrahi non possit, non digito decuti.



p. 158. *convelata* Gronov. et al. ante Harduin.—92 Vet. Dalec. *vulneratus oculus*.—93 Idem Vet. *esse læsam*. Mox, cod. Dalec. *ad sinceram*.—94 Gronov. et al. ante Harduin. *vitiosa materie*.—95 Chiff. *eos de his*.—96 Vet. Dalec. *uva futuri sint*.—97 Dalec. *Nam facilius*.—98 *Ultra citraque* cod. Dalec.—

#### NOTE

fere internodio,' inquit Columella iv. 24. p. 151. 'optimum est tondere palmitem, devexamque resectionem facere post gemmam, ne superlacrymet, et gemmantem cæcet oculum.' Et cap. 9. p. 133. 'Putatio non debet secundum articulum fieri, ne reformidet oculus, sed medio fere internodio ea plaga obliqua falce fit,' &c.

<sup>u</sup> *Ad sincera*] Ad tenera et viridia, inquit Colum. iv. 24.

<sup>v</sup> *Ad terram recidi*] Quod in macra vite fieri sapienter monet, id in omni viviradice faciendum! olim putarunt Virgilius, Saserna, Stolo, Cato, qui, ut recte Columella animadvertit, iv. 11. 'non solum in eo errabant, quod primi anni capillamenta seminum intacta patiebantur, sed et post bienium, cum viviradix recidenda erat,

omnem superficiem amputabant solo tenus juxta ipsum articulum, ut e duro pullularet:' quod ipse merito multis nominibus improbat.

<sup>w</sup> *Pedamentum quidam inter duas vites*] Sive, ut Columella loquitur, iv. 16. 'medio internodio.'

<sup>x</sup> *Unijugæ*] Quæ jugo simplici constat, ut superius diximus: *simple treille*. Columella iv. 17. 'Potest tamen, si vel parum late disposita vinea, vel parum fructuosa, cælumque non turbidum nec procellosum habeat, uno jugo contenta esse. Nam ubi magna vis et incursus est pluviarum, procellarumque . . . ibi quasi quadrato circumfirmanda est agmine.'

<sup>y</sup> *In quadripartita*] Vineæ scilicet, quæ unijugæ opponitur, et superius

tamen impedimentum sentiat ablaqueatio, cubito abesse<sup>z</sup> non amplius: ablaqueari autem prius, quam putari, jubent.

Cato<sup>a</sup> de omni cultura vitium ita præcipit: 'Quam altissimam vineam facito, alligatoque recte, dum ne nimium constringas, hoc modo eam curato. Capita vitium putata circumfodito, arare incipito. Ultro citroque<sup>98</sup> sulcos perpetuos ducito. Vites teneras quam primum propagato, veteres quam minimum castrato. Potius, si opus erit,<sup>99</sup> dejecito, biennioque post præcidito. Vitem novellam reseccari tum erit tempus, ubi valebit. Si vinea ab vite calvata erit,<sup>b</sup> sulcos interponito, ibique viviradicem<sup>100</sup> serito. Umbram<sup>1</sup> a sulcis<sup>c</sup> removeto: crebroque fodito. In vinea veterere serito ocinum.<sup>2</sup> Si macra erit,<sup>d</sup> quod granum capit ne serito:<sup>3</sup> et circum capita addito stercus, paleas, vinaceas,



99 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. fuerit Gronov. et vulgg.—100 Chiffi. vivam radicem.—1 Herbam Dalec.—2 'Ita bene codd. Regg. et Editio princeps. Male recentt. ocymum. Vide Varronem de Re Rust. 1. 31.' Brotier. veteri s. ocymum Franz. et Gronov. vetere s. ocymum Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont.—3 Cod. Dalec. caput inserito.—4 Vet. Dalec.

#### NOTÆ

in vinearum divisione compluviata cognominata est: Columellæ, loc. cit. quadrato quasi circumfirmata agmine. *Vigne à quatre pentes*. Frustra sunt qui brachiatam Columellæ vitem huc putant attinere, de qua ille v. 5. p. 180.

<sup>z</sup> *Cubito abesse*] Pedale modo Columella intervallum assignat, iv. 16. 'Prope truncum si defigitur palus, pedali spatio recedendum est, ne aut premat, aut radicem vulneret, et ut fossor ab omni parte semina circumfodiat.'

<sup>a</sup> *Cato*] De Re Rust. cap. 33. pag. 29. et 30. quod caput ferme integrum in hunc locum Plinius transtulit.

<sup>b</sup> *Calvata erit*] Calvata vinea appellatur, in qua raræ vites seu trunci

sunt: ut calvi homines dicuntur, quibus vel nullus est, vel rarus, capillus. Columella iv. 29. vitis calvitium dicit. Item iv. 33. 'Propter quæ,' inquit, 'sæpe nova castaneta calvescunt,' hoc est, rarescunt, et minus frequentia ac densa sunt.

<sup>c</sup> *Umbram a sulcis*] Sunt hæc etiam Catonis. *Herbam* temere reponit Dalec. pro *umbra*. A sulcis, hoc est, a vitibus quæ sunt in sulcis.

<sup>d</sup> *Si macra erit*] Cato: 'Si macra erit, quod granum capiat ne serito:' hoc est, si vitis est macrior, ne vineæ interseras id quod in frugem et granum solet maturescere: sed pabulum, vel farraginem, quæ viridia subsecantur, priusquam spicam capiant.



aut aliquid horumce.<sup>e</sup> Ubi vinea frondere cœperit, pampinato. Vineas novellas alligato crebro, ne caulis præfringatur. Et quæ jam in perticam<sup>f</sup> ibit,<sup>4</sup> ejus pampinos<sup>m</sup> tene-ros alligato leviter,<sup>5</sup> porrigitoque,<sup>6</sup> ut recte stent. Ubi uva varia fieri cœperit,<sup>n</sup> vites subligato.<sup>7</sup>

‘Vitis insitio<sup>h</sup> una est per ver, altera cum uva floret: ea optima est. Vineam veterem<sup>i</sup> si in alium locum transferre voles, duntaxat brachium crassum licebit. Primum<sup>6</sup> deputato. Binas gemmas, ne amplius<sup>7</sup> relinquito. Ex radicibus bene effodito. Et cave radices ne<sup>8</sup> saucies. Ita ut fuerit, ponito in scrobe aut in sulco, operitoque, et bene occulcato.<sup>9</sup> Eodemque modo vineam statuito,<sup>10j</sup> alligato, flexatoque<sup>k</sup> uti fuerit, crebroque fodito.’ Ocinum,<sup>l</sup> quod in

<sup>m</sup> *Palmites.*

<sup>n</sup> *Ubi mutare colorem uva cœperit.*

-----

*ivit.*—5 ‘Ita bene codd. Regg. et Editio princeps. Ita quoque Cato. Male recentt. edd. *leniter.* Brotier. *leniter* Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *leviter* edd. ante Harduin. ‘Mox, bene distinguunt codd. Regg. Editio princeps, et Cato. *porrigitoque, uti recte stent. Ubi uva.* Male recentt. edd. *porrigitoque. Ubi recte steterint, ubi uva.* Brotier. Gronov. et al. ante Harduin. *porrigitoque. Quæ ubi recte steterint, ubi uva.* Chiffli. *stent, ubi uva Vallaria.*—6 Ita codd. Harduin et Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. *crassum primum* Gronov. et vulgg.—7 ‘Ita codd. Regg. 1. 2. et Cato cap. 49.’ Brotier.—8 Voc. *ne* deest in cod. Dalec.—9 ‘In codd. Regg. 1. 2. et Editione principe, *bene occultato.* Sic et multæ Catonis editiones. At et bene calcandas esse vites dictum supra, cap. 29.’ Brotier. Codd. Dalec. et Chiffli. etiam *occultato*: et hoc nihil aliud est quam *occulcato*; literæ enim *c* et *t* pæne similes sunt in vet. codd.—10 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. *vineam statuminato* Gronov. et vulgg. Mox, in iisdem, *laxatoque uti fuerat*; Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *flexatoque uti fuerit*; et sic codd. Regg. et Editio

#### NOTÆ

<sup>e</sup> *Aut aliquid horumce*] Cato: ‘Aut aliquid horum,’ sive ‘horumce,’ ‘quo rectius valet.’

<sup>f</sup> *Et quæ jam in perticam*] Cui longiora jam sarmenta seu flagella erunt.

<sup>g</sup> *Porrigitoque*] Cato: ‘Corrigitoque, uti recte spectent. Ubi uva varia fieri cœperit, vites subligato, pampinato,’ &c. Hactenus ex Catonis c. 33.

<sup>h</sup> *Vitis insitio*] Cato c. 41. p. 36. totidem verbis.

<sup>i</sup> *Vineam veterem*] Hæc deinceps a Catone c. 49. plane ad verbum.


<sup>j</sup> *Vineam statuito*] Statuminibus seu pedamentis fulcito. Sic Mss. omnes, et Cato: non, ut libri editi, *statuminato.*

<sup>k</sup> *Flexatoque*] Ita Cato, et Mss. non *laxatoque.*

<sup>l</sup> *Ocinum* [*ocymum*] Differt *ocymum* ab *ocimo*, de quo Plinius xix. 35. et alibi. Utrumque distinguit Varro de Re Rust. i. 31. ‘*Ocymum,*’ inquit, ‘dictum a Græco verbo *ὠκίως*, quod

vinea seri jubet, antiqui appellabant pabulum, umbræ patiens, quod celerrime proveniat.

(X XIII.) Sequitur arbusti<sup>m</sup> ratio, mirum in modum damnata a Saserna patre<sup>11</sup> filioque, celebrata Scrophæ, vetustissimis post Catonem, peritissimisque: ac ne a Scrophæ quidem, nisi Italiæ,<sup>12</sup> concessa: cum tam longo judicetur ævo, nobilia vina non nisi in arbustis gigni, et in his quoque laudatiora summis, sicut uberiora imis: adeo excelsitate<sup>n</sup> proficitur. Hac ratione<sup>o</sup> et arbores religantur.<sup>13</sup> Prima omnium ulmus, excepta<sup>p</sup> propter nimiam frondem atinia. Deinde populus<sup>q</sup> nigra eadem de causa, minus densa folio. Non spernunt plerique et fraxinum, ficumque, etiam oleam, si non sit umbrosa ramis. Harum satus cultusque abunde tractatus est. Ante tricesimum<sup>r</sup> sextum mensem



princeps. *flexato* etiam Cato et Chiffi.—11 ‘Ita cod. Reg. 1. et Editio princeps.’ Brotier. *Sasserna patre* Chiffi. *Sarsennæ patri* Gronov. et edd. vet. *Sasernæ patri* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—12 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *nisi uni Italiæ* Gronov. et vulgg.—13 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *eli-*

#### NOTÆ

valet *cito*. Similiter quoque ocimum in horto. Hoc amplius dictum ocymum, quod citat alvum bubus, et ideo datur ut purgentur. Id genus pabuli sunt segetes sectæ virides antequam gerant siliquas.’ Vult igitur ocymum æque ac ocimum ab ὀκέως, *cito*, nomen traxisse: istud, quod celerrime nascatur, ut Plinius ait loco mox cit. illud, quod bubus alvum citet. Est igitur ocymum, boum, equorum, aliorumve animalium pabulum, ex frugum leguminumque mixtura. Nos farraginem vulgo dicimus, *du Fourage*. Agricolæ, *de la Dragée*. Vide quæ de farragine dicturi sumus xviii. 10. Catonis locus est e c. 33. ut ante diximus.

<sup>m</sup> *Sequitur arbusti*] Quid arbustum sit diximus c. 15.

<sup>n</sup> *Adeo excelsitate*] Pallad. lib. iii.

in Febr. tit. 13. p. 59. ‘Qui fructum volunt maximum, materias vitium plures per ramos arboris mittunt. Qui vinum melius, sarmenta in cacumen extendunt.’

<sup>o</sup> *Hac ratione*] Sic et arbores, inquit, pati vincula docuimus. Prius *eliguntur* in libris editis legebatur: nos conditiva ac vetusta exemplaria, quæ sunt sinceriora et saniora, sequimur.

<sup>p</sup> *Excepta*] Ne hanc quidem excipit Columella v. 6. p. 184. et de Arboribus c. 16.

<sup>q</sup> *Deinde populus*] De populo nigra, et fraxino, eadem Pallad. loc. cit. p. 56.

<sup>r</sup> *Ante tricesimum*] Columella de Arboribus cap. 16. ‘Ante triennium ferro ne attigeris. Completis sex et triginta mensibus ad recipiendam

attingi falce vetantur. Alterna servantur brachia: alternis putantur annis: sexto anno maritantur. Transpadana Italia, præter supra dictas, cornu, populo,<sup>14</sup> tilia, acere, orno, carpino, quercu, arbustat agros:<sup>1</sup> Venetia salice, propter uliginem soli. Et ulmus detruncata a medio<sup>15</sup> in ramorum scamna<sup>u</sup> digeritur, nulla fere XX.<sup>v</sup> pedum altiore arbore. Tabulata earum ab octavo pede altitudinis dilatantur in collibus siccisque agris: a XII. in campestribus et humidis. Meridianum Solem spectare palmæ<sup>w</sup> debent.<sup>16</sup> Rami<sup>z</sup> a



guntur Gronov. et vulgg.—14 Margo edd. Dalec. et Gronov. *opulo*, e Colum. v. 6.—15 ‘In codd. Regg. 1. et 2. et Editione principe, *detruncata media*. A media sui parte detruncabatur arbor, et in ramorum scamna digerebatur: si quidem ab octavo vel duodecimo pede dilatabantur ramorum tabulata, et tres erant superpositi tabulatorum ordines, ita tamen ut nulla fere arbor XX. pedum esset altior. Idem docet Columella, v. 6.’ Brotier. Paulo post, XX. *pedibus* Dalec.—16 Vet. Dalec. *palmites debent*.—17 Gronov. *dena*. Mox,

## NOTE

vitem formabis, et supervacuos ramos amputabis, alterna brachia in modum scalarum relinquens,’ &c.

<sup>a</sup> *Cornu, populo*] Ita Mss. omnes. De alba populo accipiendum id est: nigra enim facta jam superius mentio. Alii hic *opulo* ex Columella substituunt: sed vide Notas et Emend. nostras ad lib. XIV. num. 3.

<sup>t</sup> *Arbustat agros*] Arbustare, est arboribus agrum conserere ad maritandas vites. Itaque salices vinitores Veneti conserunt, quod sunt uliginosi in eo tractu agri, hoc est, naturali humore madentes, qui nunquam ab ipsis recedit. Sunt autem aquaticæ salices, et in aqua fere satæ, ut dictum est XVI. 67.

<sup>u</sup> *In ramorum scamna*] Scamna ramorum, et tabulata vocat, ramos prominentes in arbore, multiplici quasi contignatione in circuitum ordinatos: *Branches disposées en divers étages*. Describit hæc Columella, v. 6. p. 187. ‘Ulmum,’ inquit, ‘novellam sic formare conveniet. Loco

pingui octo pedes a terra sine ramo relinquendi, vel in arvo gracili septem pedes: supra quod spatium deinde per circuitum in tres partes arbor dividenda est, ac tribus lateribus singuli ramuli summittendi, primo tabulato assignentur. Mox de ternis pedibus superpositis alii rami summittendi sunt, ita ne iisdem lineis, quibus in superiore positi sunt: in eademque ratione usque ad cacumen ordinanda erit arbor.’ Et paulo ante: ‘Tabulata inter se ne minus ternis pedibus absint,’ &c.

<sup>v</sup> *Nulla fere XX.*] Columella v. 7. detruncari præcipit ad altitudinem XV. pedum: ‘Potest etiam ulmus sic disponi, ut adhuc tenera decacuminetur, ne altitudinem XV. pedum excedat. Nam fere ita constitutum rumpotinetum animadverti, ut ad octo pedes locis siccis et clivosis, ad duodecim locis planis et uliginosis tabulata disponantur.’

<sup>w</sup> *Meridianum . . . palmæ*] A similitudine palmæ, seu volæ manus,

projectu digitorum modo surrigi, tonsili in his tenuium quoque virgultorum barba,<sup>y</sup> ne obumbrent.<sup>z</sup> Intervallum<sup>a</sup> justum arborum, si aretur solum, quadrageni pedes in terga frontemque, in latera vicini. Si non aretur, hoc in omnes<sup>b</sup> partes. Singulis<sup>c</sup> denas<sup>17</sup> sæpe adnutriunt vites, damnato agricola minus ternis. Maritare<sup>d</sup> nisi validas, inimicum, enecante veloci vitium incremento. Serere<sup>e</sup> tripedaneo scrobe necessarium distantes inter sese arboremque singulis pedibus. Nihil ibi malleolis atque pastinationi, nulla

## NOTÆ

palnam vocat in ulmo partem eam teretem trunci seu caudicis, cujus ab utroque latere rami ceu digiti enascuntur. 'Palmites ipsi vitium sarmenta appellantur,' inquit Festus, 'quod in modum palmarum humanarum, virgulas quasi digitos edunt.' Palmæ arboris seu caudici primum vitis innititur: mox in ramos etiam palmites diducuntur: ramos spectare orientem Solem, vel occidentem convenit, ut meridiano palma objecta sit, vitisque ei applicata plus calor accipiat, inquit Columella v. 6. pag. 186. Palmas in populo pariter jam superius XIV. 3. Plinius appellavit: 'Populus arbor,' inquit, 'cujus tabulata in orbem patula replent, puroque perductæ vites dracone in palmam ejus, inde sub rectos ramorum digitos flagella dispergunt.' Qui palmas hoc loco de sarmentis accipiunt, aut palmites legi suadent, nec quo nunc in argumento Plinius habitat, considerant, et inscitiam suam produunt. Nam de palmitibus vitium inferius verbis conceptis agitur.

<sup>x</sup> *Rami*] Ulmorum, aliarumque arborum, ex quibus arbustum constat. Hi sese ab arbore projiciunt.

<sup>y</sup> *Barba*] Ramuli tenuiores, qui e crassioribus pullulascunt. Virgæ sunt Columellæ v. 7. 'Plerumque autem ea arbor in tres ramos dividitur, quibus singulis ab utraque parte

complura brachia summittuntur: tum omnes pæne virgæ, ne obumbrent, eo tempore quo vitis putatur, abraduntur.'

<sup>z</sup> *Ne obumbrent*] 'Ne æmula umbra viti noceat,' ut ait Columella v. 6.

<sup>a</sup> *Intervallum*] Colum. v. 7. pag. 193. 'Arboribus rumpotinis,' hoc est, arbustivis, ut diximus XIV. 3. 'si frumentum non inseritur, in utramque partem XX. pedum spatia interveniunt. At si segetibus indulgetur, in alteram partem XL. pedes, in alteram XX. relinquuntur.'

<sup>b</sup> *Hoc in omnes*] Id est, vicini pedes in omnem partem. Colum. loc. cit. et c. 6. p. 186.

<sup>c</sup> *Singulis*] Singulis arboribus denas sæpe alligant vites: damnatur incuriæ et imperitiæ agricola, qui tantum ternas applicet.

<sup>d</sup> *Maritare*] Eleganter Columella v. 6. 'At si teneram ulnum maritaveris, novam sufferet vitem: si vetustam vitem applicueris, conjugem necabit: ita sibi pares esse ætate et viribus arbores vitesque convenit.'

<sup>e</sup> *Serere*] Vites nimirum: quas ab arbore sua distare sesquipedis spatio, Palladius jubet lib. III. in Febr. tit. 10. pag. 57. Pedali tantum, ut Plinius, ita et Columella de Arbor. cap. 16.

fodiendi impendia : utpote cum arbusti ratio hac peculiari dote præstet, quod in eodem solo seri fruges et vitibus prodest. Superque, quod vindicans se altitudo, non, ut in vinea,<sup>f</sup> ad arcendas animalium injurias pariete, vel sepe, vel fossarum utique impendio muniri se cogit.

In arbusto<sup>g</sup> e prædictis sola viviradicum ratio, item propaginum, et hæc gemina, ut diximus. Quorum<sup>h</sup> in ipso<sup>18</sup> tabulato maxime probata, quoniam a pecore tutissima est. Altera,<sup>i</sup> deflexa vite vel palmite juxta suam arborem, aut circa proximam<sup>19</sup> cœlibem.<sup>j</sup> Quod supra terram est e matre, radi jubetur, ne fruticet. In terra non pauciores gemmæ quatuor obruuntur ad radicem capiendam : extra in capite binæ relinquuntur. Vitis in arbusto<sup>k</sup> quatuor pedes in longo<sup>20</sup> constat, omni sulco tres lato, alto duos cum



*dammante agricola Dalec.—18 Quorum et ipso Chiff.—19 Idem codex, citra*

#### NOTÆ

<sup>f</sup> *Non, ut in vinea*] Et in arbusto quoque, nisi in eodem solo satæ sunt fruges, ‘ ab injuria pecoris caveis emuniri ’ vites, caute Columella admonet, v. 6.

<sup>g</sup> *In arbusto*] Vitis, inquit, in arbusto, viviradice tantum et propagine seritur : propagine quidem gemina, quam sect. 21. explicuimus.

<sup>h</sup> *Quorum*] Subintellige, ratio vitem propagandi per qualos pertusos, explicata a nobis c. 21. Hanc rationem optime Palladius describit, loc. cit. ‘ Est et aliud, ’ inquit, ‘ de transferenda ex arbusto vite compendium. Fit ex vimine parva corbicula . . . . Hæc ad arborem, cui vitis inhæret, fertur : et in fundi media parte perunditur, quo sarmenti virgam possit admittere. Inducto itaque sarmento vitis ejus, de qua transferre disponis, corbicula ipsa ex aliqua arboris parte suspenditur, et viva terra repletur, ut sarmentum terra possit includi,

quod sarmentum prius intorquetur. Ita exacto anni temporis spatio sarmentum, quod clausum est, radices creabit intra prædictam corbiculam. Tunc sub fundo corbis incisum radicatum sarmentum cum ipsa corbe portabitur ad locum, quem vitibus arbustivis destinabis implere, ibique obruetur circa arboris maritandæ radices.’

<sup>i</sup> *Alteræ*] Altera serendæ vitis arbustivæ ratio.

<sup>j</sup> *Cœlibem*] Cui maritata vitis nulla sit. Viduam infra vocat.

<sup>k</sup> *Vitis in arbusto*] Viti in arbusto serendæ sulcus paratur, in quatuor pedes longus, in tres altus, in dupondium et semissem latus, inquit Columella de Arboribus cap. 16. ex quo corrigendus Plinii locus videtur, ac permutandæ invicem latitudinis altitudinisque mensuræ : nisi diversa cœli ac soli ratio habeatur.

semipede. Post annum propago inciditur ad medullam, ut paulatim radicibus suis assuescat: caulis<sup>1</sup> a capite ad duas gemmas reciditur: tertio totus mergus abscinditur, reponiturque altius in terram, ne ex reciso frondeat. Tolli viviradix a vindemia protinus debet.

Nuper repertum, draconem serere juxta arborem: ita appellamus palmitem emeritum, pluribusque induratum annis. Hunc præcisum quam maxima amplitudine, tribus partibus longitudinis deraso cortice, quatenus obruatur,<sup>21</sup> (unde et rasilem vocant,) deprimere sulco, reliqua parte ad arborem erecta: ocysimum in vite. Si gracilis sit vitis aut terra, usitatum est quam proxime solum decidi, donec firmetur radix: sicut neque roscidam<sup>m</sup> seri, neque a Septemtrionis flatu. Vites Aquilonem spectare debent ipsæ, palmites autem earum meridiem.<sup>22</sup>

Non est festinandum<sup>n</sup> ad putationem novellæ: sed primo in circulos materies colligenda, nec nisi validæ putatio admovenda: seriore fere anno ad fructum arbusta vite, quam jugata.<sup>23</sup> Sunt qui omnino putari vetant, priusquam arborum longitudinem æquaverit.<sup>24</sup> Prima falce sex pedes a terra recidatur, flagello infra relicto, et nasci coacto incurvatione materiæ. Tres ei gemmæ,<sup>o</sup> non amplius, depu-



proximam.—20 Dalec. *in longum*.—21 Chiff. *observatur*.—22 Cod. Dalec. *earundem ad Meridiem*.—23 Ita codd. Harduini cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. item Pintian ex antiquo cod. 'Ita ex vestigiis Chiffletiani codicis conjeceram, cum vidi Pintianum id jam occupasse.' *Nic. Heins.* Vid. Adv. II. 9. p. 269. *seriora fere anno ad fructum arbusta, quam vitis jugata Gronov. et vulgg.*—24 Cod. Dalec. *a. l. æquaverint*; Chiff. *arborem longitudine æquaverit*.—

#### NOTÆ

<sup>1</sup> *Caulis*] Palmes.

<sup>m</sup> *Sicut neque roscidam*] Colum. v. 6. 'Cavendum, ne aut septemtrionalibus ventis, aut rorulentæ, sed siccæ serantur.'

<sup>n</sup> *Non est festinandum*] Colum. v. 6. p. 188. 'Proxima putatione melius existimat Celsus ferro abstineri, ipsosque caules in modum coronæ con-

tortos arbori circumdari, ut flexura materias profundat, quarum validissimam sequente anno caput vitis faciamus. Me autem longus docuit usus, multo utilius esse primo quoque tempore falcem vitibus admovere,' &c. Celsus Columella deserit.

<sup>o</sup> *Tres ei gemmæ*] Columella loc.

tato supersint. Ex his emissi palmites proximo anno imis ingerantur<sup>25</sup> scamnis,<sup>p</sup> ac per singulos annos ad superiora scandant, relicto semper duramento<sup>q</sup> in singulis tabulatis, et emissario<sup>r</sup> uno, qui subeat,<sup>o</sup> usque quo placuerit. De cetero putatione omni, flagella quæ proxime tulerunt,<sup>26</sup> reciduntur: nova circumcisis undique capreolis<sup>s</sup> spargantur in tabulatis. Vernacula<sup>t</sup> putatio dejectis per ramos vitium crinibus circumvestit arborem, crinesque ipsos uvis: Gallica in traduces porrigitur: Æmiliæ viæ in ridicas<sup>27</sup> u atiniarum ambitu, frondem earum fugiens.

Est quorundam imperitia sub ramo vitem vinculo<sup>28</sup> sus-

<sup>o</sup> Qui scandat.



25 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffi, cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *inferantur* Gronov. et vulgg.—26 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *tulerint* Gronov. et vulgg.—27 'Ita Mss. Reg. 1. et 2. Male eruditus Harduinus e Ms. Colb. 3. *in radices*: ita tamen habet et Editio princeps. At vites non possunt porrigi in radices arborum. Recte autem in via Æmilia agroque Bononiensi porrigebantur in ridicas, vel in truncos ambitumque atiniarum ulmorum: earum autem frondes vitabantur, ne nimis obumbrarent, et maturitati nocerent.' Brotier. Mox, *atinciarum* Gronov. et vulgg. *atiniarum* Chiffi. et edd. recentt.—28 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. et recentt. *sub ramo vinculo* Gronov. et vulgg.—

#### NOTÆ

cit. 'Materiam ferro coëcendam censeo, usque in alteram vel tertiam gemmam,' &c.

<sup>p</sup> *Ingerantur scamnis*] Ita Mss. Reg. Colb. Chiffi. non *inferantur*.

<sup>q</sup> *Duramento*] Duriore sarmento, quod 'duramentum' et Columella vocat, IV. 21. 'duramen' cap. 22. 'materiam' v. 6. 'Cum palmites primum tabulatum apprehenderint, proxima putatione disponetur vitis omnibus annis: alioqui in superius tabulatum excitabitur, relicta semper una materia, quæ applicata trunco cacumen arboris spectet.'

<sup>r</sup> *Et emissario*] Novello palmite, cui in putatione parcitur, ut subeat usque quo placuerit.

<sup>s</sup> *Capreolis*] 'Capreolus,' inquit

Varro de Re Rust. I. 31. 'cauliculus est viteus intortus, ut cinciunus: is enim vites ut teneat serpit, ad locum capiendum: ex quo a capiendo capreolus dictus.'

<sup>t</sup> *Vernacula*] Italica putatio ita peragitur, ut per ramos immixtis vitium palmitibus, omnis vite circumvestiatur arbor: atque ex ipsis deinde ramis uvæ dependeant: Galli sic deputant, ut simul in traduces vitis putata porrigatur: qui viam Æmiliam, et Bononiensem agrum colunt, vitem circum radices ulmorum Atiniarum alligant, frondibus earum applicare reformidant. De via Æmilia vide Strab. lib. v.

<sup>u</sup> *Æmiliæ viæ in ridicas* [*radices*] Vide Notas et Emend. num. 35.

pendendi, suffocante injuria: <sup>v</sup> contineri <sup>29</sup> debet vimine, non arctari. Quin immo etiam quibus salices supersunt, molliore hoc vinculo facere <sup>30</sup> malunt, herbaque, Siculi quam vocant ampelodesmon: <sup>w</sup> Græcia vero universa junco, cypero, ulva. <sup>x</sup> Liberatam <sup>31</sup> quoque vinculo per aliquot dies vagari, et inconditam spargi, atque in terra, quam per totum annum <sup>y</sup> spectaverit, recumbere. Namque ut veterina a jugo, et canes a cursu volutatio juvat, ita tum et vitium porrigi lumbos. <sup>p</sup> Arbor quoque ipsa gaudet assiduo levata onere, similis respiranti. Nihilque est <sup>z</sup> in opere naturæ, quod non exemplo dierum noctiumque aliquas vices feriarum velit. Ob id protinus a vindemia putari, et lassas etiamnum fructu edito, improbatur. Putatæ <sup>32</sup> rursus alligentur alio loco: namque orbitas <sup>a</sup> vinculi sentiunt, vexatione non dubia.

Traduces Gallica cultura <sup>b</sup> bini utrimque lateribus, si pars <sup>33</sup> quadrageno <sup>c</sup> distet spatio: quaterni, si viceno: in-

<sup>v</sup> Nam ut veterina jumenta, postquam liberata sunt a jugo, et canes post cursum volutatio juvat in pulvere, ita et vitium porrigi palmites, quasi latera et lumbos.



29 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *injuria, quando contineri* Gronov. et al.—30 Dalec. *fascinato*.—31 *Liberam* cod. Dalec. item Colum. v. 6.—32 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiffli. *improbatur ut putatæ* Gronov. et vulg.—33 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd.

#### NOTÆ

<sup>v</sup> *Suffocante injuria*] Sic ante paulo, hoc ipso cap. ‘noxia injuria’ dixit. Eadem habet Columella iv. 26. pag. 154. ‘Ne vinculum incidat, truncumque strangulet.’

<sup>w</sup> *Ampelodesmon*] A liganda vite ei herbæ nomen. Ἀμπέλως, vitis est, vinculum, δεσμός. In Sicilia hodieque *Dis* vocari, auctor est Anguillara, par. 12. pag. 214.

<sup>x</sup> *Ulva*] Herba palustris est. Vox nota Maroni, et aliis.

<sup>y</sup> *Quam per totum annum*] Vide Notas et Emend. num. 36.

<sup>z</sup> *Nihilque est*] Huc spectat illud

Nasonis: ‘Quod caret alterna requie, durable non est.’

<sup>a</sup> *Namque orbitas*] In Colb. 3. *Namque orbita vinculi vexatio est non dubia. Alii, namque orbitam vinculi sentiunt, vexationem non dubiam. Vide Colum. v. 6. pag. 190.*

<sup>b</sup> *Gallica cultura*] Ut quidem moris est in arbustis Galliæ Transalpinæ. Traduces sunt palmites ii qui ex una arbore, cui alligantur, deducti, cum palmitibus alterius arboris proximæ connectuntur.

<sup>c</sup> *Si pars quadrageno*] Si pedibus quadragenis arbores inter se dissi-



ter se obvii miscentur, alliganturque una conciliati, virgultorum comitatu obiter rigorati<sup>7 34 d</sup> qua deficient: aut, si brevitatis non patiantur ipsorum, adalligato protenduntur in viduam arborem unco.<sup>e</sup> Traducem bimum præcidere solebant. Oneratis enim vetustate melius donare tempus, ut transilem<sup>f</sup> faciant, nisi largiatur<sup>35</sup> crassitudo: alias utile toros<sup>r</sup> futuri draconis pasci.

Unum etiamnum genus est, mediam inter hoc<sup>s</sup> et propaginem, totas supplantandi in terram vites, cuneisque findendi, et in sulcos plures simul ex una propagandi, gracilitate singularum firmata circumligatis hastilibus, nec recisis qui a lateribus excurrant pampinis.<sup>s</sup> Novariensis agricola traducum turba non contentus, nec copia ramorum, impositis<sup>36</sup> etiamnum patibulis palmites circumvolvit. Itaque præter soli vitia, cultura quoque torva fiunt vina. Alia culpa juxta Urbem Varracinis,<sup>37 h</sup> quæ alternis putantur

<sup>9</sup> *Rigidiores, firmioresque facti.*    <sup>r</sup> *Crassitiem ac robur.*    <sup>s</sup> *Palmitibus.*

//////////

Harduin. et recentt. *si pes* Gronov. et vulgg.—34 ‘*Vet. obiter ligati, id est, juxta iter. Mox Mss. quam deficient. Lego, obiter et rigore erecti qua deficient; vel, prius quam deficient.*’ Dalec. Paulo post, Chiffl. *alligato.*—35 ‘*Ita codd. Regg. 1. 2. In Editione principe nisi largiatur. Male recentiores, si largiatur.*’ Brotier. *nisi largiatur* Gronov. et al. vett. *si largiatur* Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—36 Dalec. *suppositis.*—37 *Voracinis*

#### NOTE

deant: quod spatium arationi destinatur. Si vicenis tantum, traduces esse possunt quaterni, quoniam, ut paulo superius dictum est, non ibi aratur. Hoc plane videtur esse, quod ait Columella v. 7. de arboribus: ‘Curetur ut novi traduces omnibus annis inter se ex arboribus proximis connectantur, et veteres decidantur. Si tradux traducem non contingit, media virga inter eas deligetur: cum deinde fructus pondere urebit, subjectis adminiculis sustineatur.’

<sup>d</sup> *Rigorati]* Rigidiores, firmiores-

que facti. Sic Columella iv. 16. ‘Compluribus arundinum fasciculis connectuntur, ut rigorem habeant.’ Idem v. 7. quod *rigorari* Plinius, ‘adminiculis sustineri’ dixit, ut proxime antea retulimus.

<sup>e</sup> *Adalligato . . . unco]* *Junco* fortassis sincerius fuerit: cum laudatus a nobis proxime Columella virgam ad eisdem usus adhibeat.


<sup>f</sup> *Ut transilem]* Ut deduci commode in vicinam arborem possit.

<sup>g</sup> *Inter hoc]* Inter traducem et propaginem.

<sup>h</sup> *Varracinis]* Ita Mss. At rectius

annis, non quia id viti conducatur, sed quia vilitate reditum impendia exsuperant. Medium temperamentum in Carsulano<sup>38</sup> sequuntur: cariosasque tantum vitis partes, incipientesque inarescere<sup>39</sup> deputando, ceteris ad uvam relictis, detracto onere supervacuo, pro nutrimento omni est raritas vulneris. Sed nisi pingui solo talis cultura degenerat in labruscam.

Arbusta arari quam altissime desiderant, tametsi<sup>i</sup> frumenti ratio<sup>40</sup> non exigit. Pampinari ea non est moris: et hoc compendium operæ. Deputantur cum vite pariter interlucata<sup>j</sup> densitate ramorum qui sint supervacui, et absument alimenta. Plagas ad septemtriones, aut ad meridiem spectare vetuimus:<sup>k</sup> melius, si neque in occasus Solis. Diu dolent talia quoque ulcera, et difficile sanescunt, aligendo nimis, æstuandove. Non eadem in vite,<sup>l</sup> quæ in arbustis, libertas: quoniam certa latera<sup>m</sup> est<sup>41</sup> facilius abscondere, et detorquere, quo velis, plagas. In arborum



Gronov.—38 ‘Ita Mss. Reg. et Editio princeps. Male recentiores, *Carseolano*. Carsulani fuere in Umbria sextaque Italiae regione, ubi Carsulæ, quarum manent rudera prope *Santo Gemini*.’ Brotier. *Carsulano* etiam Chiffi. *Carseolano* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—39 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *incipientes inarescere* Gronov. et vulgg. *incipientes marcescere* Dalec.—40 ‘Ita bene Editio princeps. In codd. Regg. *tanta etsi frumenti ratio*. Unde in recentt. edd. emendatum, *etsi tantum frumenti ratio*.’ Brotier.—41 ‘Lego, quoniam per tecta latera sint.’ Dalec. Mox, *sit facil. abscondere et detorquere* cod. Da-

#### NOTÆ

forsan *Tarracinis*, ab urbe Tarracina, de qua lib. III. in Geographicis: vel *Marrucinis* potius, in quarta Italiae regione positus, in qua et Carseolani. De utrisque egimus III. 17.

<sup>i</sup> *Tametsi* [*etsi tantum*] Etsi frumentum quod interseritur, tam alte arari non postulat.

<sup>j</sup> *Interlucata*] Præcis ramis, qui ob nimiam densitatem lumini offi-  
ciunt. De ea voce egimus cap. 19.

<sup>k</sup> *Plagas . . . vetuimus*] Libri hujus cap. 16. ‘Plerique id demum

cavent, ut plaga deputati cacuminis meridiem spectet, ignari fissuris nimii vaporis opponi. Id quidem in horam diei quintam vel octavam spectare malnerim.’ Vide et cap. 7.

<sup>l</sup> *Non eadem in vite*] In vinca sive pedata, sive per se stante.

<sup>m</sup> *Quoniam certa latera*] Quoniam infirmiora vitium latera in arbustis facile est abscondere, et plagas ab æstu et algore, objectu frondium, sub quibus eæ detorquentur, defendere.

tonsura supiniore<sup>n</sup> velut calices faciendi,<sup>42</sup> ne consistat humor.

XXXVI. (XXIV.) Viti adminicula addenda, quæ scandat apprehensa, si majora<sup>r</sup> sint. Vitium generosarum pergulas<sup>a</sup> quinquatribus<sup>b</sup> putandas, et quarum servare uvas libeat, decrescente Luna tradunt. Quæ vero interlunio sint putatæ, nullis animalium obnoxias esse. Alia ratione plena Luna noctu tondendas, cum sit ea in Leone, Scorpione, Sagittario, Tauro: atque in totum serendas plena, aut crescente utique, censent. Sufficiunt in Italia cultores deni in centena jugera vinearum.

XXXVII. At abunde satu cultuque arborum tractato, quoniam de palmis ac cytiso<sup>c</sup> in peregrinis arboribus affatim diximus, ne quid desit, indicanda reliqua natura est,<sup>1</sup> magnopere pertinens ad omnia ea. Infestantur<sup>d</sup> namque et



lec. est f. a. quam detorquere Gronov. et al. ante Harduin.—42 Dalec. calices minime faciendi.

CAP. XXXVI. 1 'Vet. si majores. Lego, per quæ sc. ap. si majores arbores sint, id est, excelsiores.' Dalec.

CAP. XXXVII. 1 Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. sit. 'Male libri scripti et editi, sit.' Brotier. Nec est neque sit legitur

#### NOTÆ

<sup>n</sup> Tonsura supiniore] Infra cap. 37. 'Vitis in supinum excisis.<sup>2</sup> Sic tonderi arborem jubet, ut cum tonsura ramorum, sive cæsura, supina fit, hoc est, ita ut cælum spectet, sic falcis cultrive sinu plaga sursum retrahatur, ut cava quodam modo sit: ita enim decidens imber per illud cavum facilius elabetur. 'Nam si transversa foret cicatrix,' ut ait Colum. iv. 9. 'superincidentem cœlestem aquam contineret.'

<sup>a</sup> Pergulas] Les treilles. Vide quæ diximus xiv. 3.

<sup>b</sup> Quinquatribus] Feriæ sunt Palladi sacræ, de quibus dicitur xviii. 56.

<sup>c</sup> De palmis ac cytiso] De palmis quidem xiii. 6. de cytiso, ejusdem libri cap. 47.

Delph. et Var. Clas.

<sup>d</sup> Infestantur] Accepta hæc a Theophrasto Hist. iv. 16. totidem verbis: Νοσήματα δὲ τοῖς μὲν ἀγρίοις οὐ φασὶ ξυμβαίνειν, ὅφ' ὧν ἀναιροῦνται φαύλως δὲ διατίθεται, καὶ μάλιστα ἐπιδήλως, ὅταν χαλαζοκοπήῃ, ἢ βλαστάνειν μέλλοντα, ἢ ἀρχόμενα, ἢ ἀνθοῦντα· καὶ ὅταν ἢ πνεῦμα ψυχρὸν ἢ θερμὸν ἐπιγένηται κατὰ τοὺτους τοὺς καιροὺς· ὑπὸ δὲ τῶν ὥραιων χειμῶνων οὐδὲ ἔν ὑποβάλλοντες ὦσιν, οὐδὲν πάσχειν, ἀλλὰ καὶ ξυμφέρειν, κ. τ. λ. Morbos sylvestribus negant accidere, quibus intereant: tamen eas quoque male afficiunt: ac præcipue, cum vel paulo post germinatura, vel germinare incipientes, vel florentes, grandine vexantur: cumque status frigidior aut æstuosior his iisdem temporibus successerit: tem-

Plinius.

8 M

arbores morbis. Quid enim genitum caret his malis? Et sylvestrium quidem perniciosos negant esse, vexarique tantum grandine in germinatione aut flore. Aduri quoque fervore, aut flatu frigidiorē,<sup>2</sup> præpostero die: quoniam suo<sup>e</sup> frigora etiam prosunt, ut diximus. Quid ergo? non et vites<sup>3</sup> algore intereunt? Hoc quidem est, quo deprehendatur soli vitium, quoniam non evenit nisi in frigidus. Itaque per hyemes<sup>f</sup> cœli rigorem probamus, non soli. Nec infirmissimæ<sup>4</sup> arbores gelu periclitantur, sed maximæ: vexatisque ita cacumina prima inarescunt, quoniam præstrictus gelu<sup>5</sup> non potuit eo pervenire humor.<sup>5</sup>

Arborum quidam<sup>h</sup> communes morbi, quidam privati generum. Communis<sup>i</sup> vermiculatio est, sideratio, ac dolor<sup>6</sup>



in cod. Dalec.—2 Margo edd. Dalec. et Gronov. *servidiorē flatu, aut frigidiorē*, e Theophr.—3 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *nonne et vites* Gronov. et vulgg.—4 ‘Ms. *Non enim solum infirmissimæ. Lego, Non autem solum infirmissimæ.*’ Dalec.—5 *Vox gelu deest* in Chiffli.—6 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *et dolor* Gro-

#### NOTE

*pestiva autem hyeme, nec si violentior fuerit, quicquam lædi: sed omnibus algorem prodesse volunt, &c.*

<sup>e</sup> Quoniam suo] Suo die ac tempore Theophr. ἀλλὰ καὶ ἐνμφέρειν πᾶσι χειμασθῆναι· μὴ χειμασθέντα γὰρ, κακοβλαστώτερα γίνεσθαι. Omnibus algor prodest: quippe nisi alserit, deteriorius germinant. In quibusdam Mss. *præpostero die, quam suo. Frigora etiam obsunt, ut diximus.* Nemp cap. 35. ubi de putatione vinearum. Sed frustra: nam et prosunt, ut dictum est cap. 2. qui locus a Plinio nunc spectatur.

<sup>f</sup> Itaque per hyemes] Hunc locum codex unus Ms. sic exhibet: *Ita per hyemes cœli rigorem probamus. Non solum enim infirmissimæ, &c.* Sed astipulantur ceteri vulgatis ad hunc diem libris: et recte. Est enim hæc istius loci sententia: soli, hoc est, terræ, vitio evenire, ut vites algore

intercant: neque enim id accidit, nisi in frigidus solo. Itaque per hyemem, inquit, cœli rigorem optamus et probamus: soli vitium seu frigus improbandum damnandumque est. Nec vero infirmissimæ arbores, &c.


<sup>g</sup> Pervenire humor] Seu medulla illa vitalis: quæ ab radice serpit ad cacumen, totique arbori præbet alimentum.

<sup>h</sup> Arborum quidam] Theophr. loc. cit. Ταῖς δὲ ἡμέραις ἐστὶ πλείω νοσήματα· καὶ τὰ μὲν, ὥσπερ κοινὰ πᾶσιν ἢ τοῖς πλείστοις· τὰ δ' ἴδια καὶ κατὰ γένη κοινά. *Urbanis arboribus morbi plures eveniunt: alii omnibus quasi communes, aut pluribus: alii privati, per genera arborum.* Sic et de Causis v. 9. pag. 334. ac sequentibus.

<sup>i</sup> Communis] Morbus hic tergeminus Theophrasto Hist. iv. 16. et de Causis v. 10. pag. 335. σκολήκωσις, vermiculatio, ἀστροβολησία, sideratio,

membrorum, unde partium debilitas: societate nominum quoque cum hominis miseris. Trunca dicimus certe corpora, et oculos germinum exustos,<sup>j</sup> ac multa simili sorte. Itaque laborant et fame, et cruditate,<sup>7</sup><sup>k</sup> quæ fiunt humoris quantitate.<sup>8</sup> Aliquæ vero et obesitate:<sup>l</sup> ut omnia<sup>9</sup> quæ resinam ferunt, nimia pinguitudine in tædam mutantur: et cum radices<sup>m</sup> quoque pinguescere cœpere, intereunt, ut animalia, nimio adipe: aliquando et pestilentia per genera, sicut inter homines, nunc servitia, nunc plebs<sup>10</sup> urbana, vel rustica.

Vermiculantur<sup>n</sup> magis minusve quædam, omnes tamen fere: idque aves<sup>o</sup> cavi corticis sono experiuntur. Jam quidem et hoc<sup>p</sup> in luxuria<sup>11</sup> esse cœpit: prægraudesque



nov. et vulgg. Mox, cum hominum miseris edd. ante Brotier, qui ex codd. Regg. et Editione principe lectionem nostram recepit.—7 Cod. Dalec. nuditate.—8 Dalec. sit (sub. 'cruditas') humoris nimia quantitate.—9 Dalec. ut omnes.—10 Chiff. plebes.—11 Ita codd. Harduini et Chiff. cum edd. recentt. et in hoc

## NOTE

σφακελισμός, dolor membrorum cum partium debilitate.

<sup>j</sup> Oculos . . . exustos] Frigore hebetatos dixit cap. 35. ubi de putatione vitium, et cæli vitio exustos.

<sup>k</sup> Et cruditate] Caloris inopia, non probe percoccto humore. In Mss. quibusdam, et nuditate: male. Theophr. de Causis v. 11. pag. 336. δι' ἀπεψίαν, cruditate. Et cap. seq. Ἄτροφεϊ γὰρ τὸ μὴ κρατοῦν, μηδὲ πέττον. Fame laboret necesse est, quod pabulum etincere nequit, et concoquere.

<sup>l</sup> Et obesitate] Theophr. de Causis v. 15. pag. 340. δι' εὐτροφίαν, καὶ δι' ὑπερβολὴν, nutritionis abundantia et excessu: afferitque exemplum idem de resiniferis arboribus, quæ in tædam mutantur, ut diximus xvi. 19.

<sup>m</sup> Et cum radices] Ut in ficu. Theophr. de Causis v. 12. pag. 337. Τῆ δὲ συκῆι νόσημά τι συμβαίνει περὶ τὰς ῥίζας, ὃ καλοῦσι λοιπὰς: τοῦτο δ' οἶον μύδησις τίς ἐστι τῶν ῥιζῶν, καὶ μικρὸν ἐπάνω,

διὰ τὴν πολυῦδραν. Ficus morbum quendam et in radicibus, ac paulo supra radices sentit, quod vocant pinguescere: qui certe morbus ex nimietate humoris solet accidere. Et Hist. iv. 16. Καὶ ἐὰν ἐπομβρία γένηται, τὰ γε πρὸς τὴν ῥίζαν ὡσπερ μυδᾶ. Ac si nimii imbres fuerint, quæ sunt ad radicem quasi humectantur: hoc autem vocant pinguescere: τοῦτο δὲ καλοῦσι λοιπάδα, vel λιπᾶν.

<sup>n</sup> Vermiculantur] Vermibus infestantur, quos in cortice generant. Hæc ex Theophr. Hist. iv. 16. Ἀπαντα γὰρ ὡς εἰπεῖν καὶ σκώληκας ἔχει: πλὴν τὰ μὲν ἐλάττους, τὰ δὲ πλείους, καθάπερ συκῆ, μηλέα, καὶ ἄπιος. Omnes enim fere vermes etiam gignunt: sed quædam pauciores, quædam plures: ut ficus, malus, pirus.

<sup>o</sup> Idque aves] Maxime vero pici Martii, ut diximus x. 20.

<sup>p</sup> Jam quidem et hoc] Hoc cibi genus luxuria excogitavit.

roborum delicatiorē sunt in cibo: cosses<sup>12</sup> <sup>q</sup> vocant: atque etiam farina saginati, hi quoque altiles fiunt. Maxime autem arborum hoc sentiunt piri, mali, ficis: minus, quæ amaræ sunt et odoratæ.<sup>r</sup> Eorum qui in ficis<sup>s</sup> existunt, alii nascuntur ex ipsis: alios parit, qui vocatur cerastes: omnes tamen in cerasten figurantur, sonumque edunt<sup>13</sup> parvuli stridoris. Et sorbus<sup>t</sup> arbor infestatur vermiculis rufis, et pilosis,<sup>14</sup> atque ita emoritur. Mespilus<sup>u</sup> quoque in senecta obnoxia ei morbo est.

Sideratio<sup>v</sup> tota e cœlo<sup>15</sup> constat. Quapropter et grando in his causis intelligi debet: et carbunculatio,<sup>w</sup> et quod

//////////

*luxuria* Gronov. et vulgg.—12 <sup>q</sup> Ita Mss. Reg. et Editio princeps. Sic et adhuc infra xxx. 39. Perperam in recentioribus editionibus emendatum, *cossos*. Nunc quoque sunt grandes vermes cum pedibus, qui in truncis arborum reperiuntur, lignumque arrodunt, et vocantur *Moulone*. Ii in delicatiorē habentur cibo tum apud nigros, tum apud albos insulæ Franciæ, *l'Isle de France*, incolas. Tanta est et luxuriæ et inopiæ etiam in saporibus societas. Vide *Voyage à l'Isle de France*, Tom. I. p. 132.<sup>r</sup> *Brotier*. *cossos* edd. vet. et Gronov. item Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *eos cossos* cod. Dalec. *cossos vocant quoque* Chiff. —13 Cod. Dalec. *sonum edunt*. —14 Ita edd. Harduin. et recentt. *rufis pilosis* Gronov. al. vet. et Franz. *rufis ac pilosis* Chiff. 'Lego *rufis et pilosis*.' Dalec.—15 Ita codd. Harduini

#### NOTÆ

<sup>q</sup> *Cosses* [*cossos*] vocant] Plinius ipse xi. 38. 'Nec enim cossi tantum in eo,' &c. Festus quoque: 'Cossi ab antiquis dicebantur natura rugosi corporis homines, a similitudine vermium ligno editorum, qui cossi appellantur.' Idem cosses Plinio xxx. 39.

<sup>r</sup> *Maxime autem . . . odoratæ*] Totidem verbis hæc Theophr. loc. cit. et de Causis v. 11. pag. 335.

<sup>s</sup> *Eorum qui in ficis*] De his egimus xvi. 80. Expressa hæc sunt ad verbum e Theophr. Hist. iv. 16. τῶν δὲ σκαλήκαν τῶν ἐν ταῖς σκαῖς, οἱ μὲν ἐξ αὐτῆς γίνονται, οἱ δὲ ἐντίκτονται ὑπὸ τοῦ καλουμένου κεράστου· πάντες δὲ εἰς κεράστην ἀποκαθίστανται· φθέγγονται δὲ οἶον τρισμὸν. Cerastes itaque vermis in ficu est. Est et serpens ejus nominis, de quo nos libro octavo egi-

mus.

<sup>t</sup> *Et sorbus*] Pallad. lib. II. in Januar. tit. 15. de Sorbo, pag. 44. 'Si vermes patietur infestos, qui in ea rufi ac pilosi solent medullæ interna sectari, aliquos ex his sine arboris injuria detractos, vicino crememus incendio: creduntur hoc genere vel fugere, vel interire.' Theophr. quoque, Hist. III. 12.

<sup>u</sup> *Mespilus*] Palladius lib. IV. in Martio, cap. de Mespilo, pag. 96. 'Si vermibus mespilus occupatur, stylo æreo purgandi sunt, et amurca, vel humana veterē urina,' &c. Adde et Theophr. loc. cit.

<sup>v</sup> *Sideratio*] Morbus arborum afflatarum sidere, quocumque id modo acciderit.

<sup>w</sup> *Carbunculatio*] Arborum morbus est, quem vulgari sermone 'pruinam'

pruinarum injuria evenit. Hæc enim <sup>x</sup> verno tepore invitatis et erumpere audentibus satis mollibus insidens, adurit lactescentes germinum oculos, quod in flore carbunculum vocant.<sup>a</sup> Pruinæ <sup>y</sup> perniciosior natura, quoniam lapsa peridet, gelatque, ac ne aura quidem ulla depellitur, quia non fit nisi immoto aëre et sereno. Proprium tamen <sup>z</sup> siderationis est, sub ortu <sup>16</sup> Canis <sup>a</sup> siccitatum vapor,<sup>b</sup> cum insita ac novellæ arbores moriuntur, præcipue ficus, et vites. Olea præter <sup>b</sup> vermiculationem, quam æque ac ficus sentit, clavum etiam patitur, sive fungum placet dici, vel patellam.<sup>17</sup> Hæc est Solis exustio. Nocere tradit Cato <sup>c</sup> et muscum rubrum. Nocet plerumque <sup>d</sup> vitibus atque oleis et nimia fertilitas.<sup>18</sup> Scabies communis omnium est. Impetigo, et quæ adnasci solent, cochleæ, peculiaris ficorum vitia: nec ubique: sunt enim quædam ægriitudines et locorum.<sup>e</sup>

<sup>a</sup> *Lacteo succo turgentes germinum oculos adurit, quod quidem vitium cum florem exussit, carbunculus dicitur.*

<sup>b</sup> *Calor.*



et Chiff. cum edd. Harduin. et recentt. *tota celo* Gronov. et vulgg.—16 Ita codd. Harduini et Chiff. cum. edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *ab ortu* Gronov. et vulgg.—17 Margo edd. Dalec. et Gronov. *ollam*, c Theophr.—18 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.

#### NOTÆ

vocamus: cum flores adussit, ‘carbunculum’ Latini dixere. *De la bruine.*

<sup>x</sup> *Hæc enim*] Carbunculatio.

<sup>y</sup> *Pruinæ*] Hæc e rore gelido nascitur, a perurendo quasi perurina dicta, quod fruges perurat: quo genere vites alternis ferme annis in Gallia vitiantur. *La gelée: gelée blanche.*

<sup>z</sup> *Proprium tamen*] Hæc totidem verbis Theophr. de Causis v. 10. pag. 335.

<sup>a</sup> *Sub ortu Canis*] Ita Mss. Theophr. ἐπὶ ἄστρον.

<sup>b</sup> *Olea præter*] Hæc Theophr. lib. Hist. iv. 16. ‘Ἡ δὲ ἐλαία πρὸς τὰ τοὺς σκώληκας ἔχειν (οἱ δὲ καὶ τὴν συκῆν δια-

φθείρουσιν ἐντίκτοντες) φύει καὶ ἥλον, οἱ δὲ μύκητα καλοῦσιν, ἔνιοι δὲ λωπάδα, τοῦτο δ’ ἐστὶν οἶον ἡλίου καῦσις.

<sup>c</sup> *Tradit Cato*] Eo quem diximus loco in Notis et Emend. ad lib. xv. num. 4. Tradit et Columella v. 9. ‘Plerumque etiam locis siccis et humidis arbores musco infestantur: quem nisi ferramento resecureris, nec fructum, nec lætam frondem olea inducet.’

<sup>d</sup> *Nocet plerumque*] Theophr. Hist. iv. 16.

<sup>e</sup> *Impetigo . . . et locorum*] Hæc omnia ex Theophr. loc. cit. summa fide reddita: ‘Ἡ δὲ ψώρα καὶ οἱ προσφύμενοι κοχλῆαι, συκῆς εἰσὶν οὐ πανταχοῦ καὶ τοῦτο συμβαίνει ταῖς συκαῖς’

Verum ut homini<sup>f</sup> nervorum cruciatus, sic et arbori, ac duobus æque modis. Aut enim in pedes,<sup>g</sup> hoc est, radices, irrumpit<sup>19</sup> vis morbi: aut in articulos, hoc est, cacuminum digitos, qui longissime a toto corpore exeunt. Inarescunt<sup>h</sup> ergo: <sup>20</sup> et sunt apud Græcos sua nomina utriusque vitio. Undique primo dolor, mox et macies earum partium fragilis, postremo tabes, morsque, <sup>21</sup> non intrante succo, aut non perveniente: <sup>j</sup> maximeque id fieri sentiunt. Caprificus<sup>k</sup> omnibus immunis est, quæ adhuc diximus. Scabies<sup>l</sup> gignitur roribus lentis post Vergilias. <sup>m</sup> Nam si rariores <sup>22</sup> <sup>n</sup> fuere, perfundunt arborem, non scalpunt scabiæ. Et grossi cadunt, si vel imbres nimii fuere. Alio modo <sup>23</sup> <sup>o</sup> ficus laborat radicibus madidis.



*oleis nimia et fertilitas* Gronov. et al. vett.—19 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. et recentt. *erumpit* edd. vett. et Gronov.—20 *Nigrescunt ergo margo* edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.—21 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *tubes morbusque* Gronov. et al. vett.—22 ‘Th. *copiosiores: lego, largiores.*’ Dalec.—23 Ita Harduin. 1. 2.

#### NOTÆ

ἀλλ' ἔοικε καὶ τὰ νοσήματα γίνεσθαι κατὰ τοὺς τόπους, ὡς περ τοῖς ζώοις. Est autem ψώρα Græcis scabies, ab impetigine hand multum discrepans: corticis nimirum aspera scabrities, imbris rorisque putrescentis contactu excitata.

<sup>f</sup> *Verum ut homini*] Nunc quid sit σφακελισμός, seu dolor membrorum, aperit, ipsius Theophrasti verbis, a quo hausit loco cit.

<sup>g</sup> *Aut enim in pedes*] Σφακελισμός dicitur, cum pedes, seu radices nigrescunt. Κράδος, cum in articulos, hoc est, in ramos, vis morbi irrumpit, iique denigrantur. Καλεῖται δὲ σφακελισμός μὲν, ὅταν αἱ ῥίζαι μελανθῶσι· κράδος δὲ, ὅταν οἱ κλάδοι. Theophr. loc. cit. qui et illud adjungit κράδους appellari ficulneos ramos: unde et Græcum huic morbo nomen.

<sup>h</sup> *Inarescunt*] Ἄε postea nigrescunt, ὅταν μελανθῶσι, Theophr.

<sup>i</sup> *Tabes, morsque*] Vide Notas et Emend. num. 37.

<sup>j</sup> *Aut non perveniente*] Usque ad cacumen arboris, et ramorum digitorumve cacumina.

<sup>k</sup> *Caprificus*] Neque σφακελισμῶ in-festatur, neque κράδω, neque scabiæ: nec denique radicibus vermiculatur. Theophr. Hist. iv. 16. et de Causis v. 11. p. 336.


<sup>l</sup> *Scabies*] Theophr. Hist. iv. 16.

<sup>m</sup> *Post Vergilias*] Theophr. ἐπὶ πλειάδι, post Vergiliarum ortum, de quo diceimus xviii. 66.

<sup>n</sup> *Nam si rariores*] Si rariores, inquit, fuere rores, arborem totam scabiæ perfundunt ac vitiant, non eluunt. Eleganter autem Plinius, cum arboris elui scabiem significare vellet, arborem scabiæ scalpi dixit, quod scalpendo scabies detrahi de corporibus solet. Vide Notas et Emend. num. 38.



Vitibus præter<sup>p</sup> vermiculationem et siderationem morbus peculiaris articulatio,<sup>24q</sup> tribus de causis: una, vi tempestatum<sup>25</sup> germinibus ablatis: altera, ut notavit Theophrastus, in supinum excisis:<sup>r</sup> tertia, culturæ imperitia læsis. Omnes enim earum injuriæ in articulis<sup>s</sup> sentiuntur. Siderationis genus est in his deflorescentibus, roratio:<sup>t</sup> aut cum acini, priusquam crescant,<sup>26</sup> decoquuntur<sup>u</sup> in callum. Ægrotant<sup>v</sup> et cum alsere, læsis uredine<sup>w</sup> attonsarum oculis. Et calore hoc evenit intempestivo:



3. et recentt. *Si grossi cadunt, si imbres nim. fuere. Illo etiam modo margo edd.* Dalec. et Gronov. c Theophr. *Ceterum si cadunt, sive imbres nimii fuere, alio modo* Gronov. et al. ante Harduin.—24 Quidam ap. Dalec. legunt *exarticulatus*.—25 ‘Codex meus et Chiffi. *uti intempestivum.* Lego, *cum intempestivum.*’ Dalec.—26 Margo edd. Dalec. et Gronov. c Theophr. *roratio, aut*

## NOTÆ

<sup>o</sup> *Alio modo*] Vel, alio morbo, qui ad radices pertinet: non ad ramos. Diversum hunc esse morbum putamus ab eo, quo pinguescere radices incipiunt, ut superius annotavit ex Theophrasto Plinius: nempe de Causis v. 12. et Hist. iv. 16.

<sup>p</sup> *Vitibus præter*] Ex Theophr. Hist. iv. 16.

<sup>q</sup> *Articulatio*] Ab articulis, hoc est, palmitum nodis, in quibus hæc potissimum tergemina sentitur injuria, ut mox Plinius asseverat, nomen is morbus habet. Inde evenit, ut fructu vites careant, fronde luxurient, et, uti Palladius loquitur, in Novembri c. 9. ‘pauperiem foetuum compensent ubertate foliorum.’ Auctor Geopon. v. 38. *ὀλομανεῖν* morbum hunc vocat. Theophr. quem sibi Plinius imitandum proponit, Hist. iv. 16. *ἡ δὲ ἄμπελος τραγῶν, vitis hirculatur.* Unde *hirculationem* pro *articulatione* legi hoc loco Turnebus voluit, in explicatione Jocorum Ciceron. sed frustra.

<sup>r</sup> *In supinum excisis*] Subintelligit, vitibus, seu palmitibus, qui vitium articuli. Theophrasti verba hæc sunt,

loc. cit. ‘*Ἡ δ’ ἄμπελος τραγῶν . . . ἡ ὅταν ὑπὸ πνευμάτων βλαστοκοπηθῆναι ἢ ὅταν τῇ ἐργασίᾳ συμπάθῃ, ἢ τρίτον ὑπὲρ τῆς τμηθῆναι.*’

<sup>s</sup> *In articulis*] In nodis palmitum, unde gemma erumpit. Tullius de Senect. c. 53. ‘Invenite vere in vitibus existit tanquam ad articulos sarmentorum ea quæ gemma dicitur.’

<sup>t</sup> *Roratio*] Quoties una deflorescente ros frigidior acinos infestavit: tunc enim hi defluunt: *ὥστε ἀπορρεῖν τὰς βῆγας*, inquit Theophr. loc. cit. Vulgus nostrum vocat *Coulure: la vigne coule.*

<sup>u</sup> *Decoquantur*] Durescunt, strigosique fiunt et exiles. Libro seq. c. 69. caloris nimii vitio ‘præcoqui in callum acinos’ ait: nempe nimio Solis vapore. Rura nostra hoc morbi genus in vite vocant *Rotissure*, quod una tum torreantur. Theophr. de Causis v. 13: p. 338. *κράμβος.*

<sup>v</sup> *Ægrotant*] Theophr. iisdem verbis Hist. iv. 16. ‘*Ἐνια δὲ καὶ βιγώσαντα νοσεῖ, καθάπερ ἡ ἄμπελος ἀμβλοῦνται γὰρ οἱ ὀφθαλμοὶ τῆς πρωτοτόμου καὶ πάλιν ὑποθερμανθέντα ζῆται γὰρ καὶ*

quoniam omnia modo constant, certoque temperamento. Fiunt et culpa<sup>27 x</sup> vites colentium, cum præstringuntur,<sup>y</sup> ut dictum est: aut circumfossor injurioso ictu verberavit: vel etiam subarator imprudens luxavit radices, corpusve desquamavit.<sup>z</sup> Est et quædam<sup>a</sup> contusio falcis hebetioris. Quibus omnibus causis difficiliter tolerant frigora aut æstus: quoniam in ulcus penetrat omnis a foris injuria. Infirmissima<sup>b</sup> vero malus, maximeque<sup>28</sup> quæ dulcis est. Quibusdam debilitas sterilitatem, non necem, affert: ut si quis pino<sup>29 c</sup> cacumen auferat, vel palmæ: steriles-



quum acini defluunt, aut quum priusquam crescant.—27 Ita ex codd. Harduinus et recentt. temperamento. Fiunt (sub. 'morbi') et culpa cod. Dalec. temperamento fiunt. Et culpa Gronov. et vulgg.—28 Dalec. malus præcox (ἐσπρή) Theophr.) maximeque.—29 Margo edd. Dalec. et Gronov. piceæ, e Theophr.

#### NOTE

τούτων τὴν συμμετρίαν, ὥσπερ καὶ τῆς τροφῆς. "Ὅλως δὲ πᾶν τὸ παρὰ φύσιν ἐπικύνδυνον. Vide de Causis v. 13. p. 338.

<sup>w</sup> *Læsis uredine*] Gemmis frigore ac gelu perustis.

<sup>x</sup> *Fiunt et culpa*] Morbi vitium scilicet. Theophr. Hist. iv. 16. Μεγάλα δὲ ξυμβάλλεται καὶ τὰ τραύματα, καὶ αἱ πληγαὶ τῶν περισκαπτόντων, εἰς τὸ μὴ φέρειν τὰς μεταβολὰς ἢ κανυμάτων ἢ χειμώνων· ἀσθενὲς γὰρ ὂν διὰ τὴν ἔλκωσιν καὶ τὸν πόνον, εὐχειρότατόν ἐστι ταῖς ὑπερβολαῖς. *Vulnera atque ictus circumfodientium magnopere faciunt, ut mutationes æstuum vel frigorum minime tolerantur: cum enim propter ulcus ac laborem debile fiat, facillime ab excessu caloris frigidisque devincitur.*

<sup>y</sup> *Cum præstringuntur*] Cum palmes excæcatur, ablatis supina falce oculis, ut dictum est c. 35.

<sup>z</sup> *Desquamavit*] Corticem a corpore vi detraxit.

<sup>a</sup> *Est et quædam*] Recte Columella iv. 24. 'Super cetera illud etiam censemus, ut duris tenuissimisque et acutissimis ferramentis totum istud

opus exequamur. Obtusa enim et hebes et mollis falx putatorem moratur, eoque minus operis efficit, et plus laboris affert vinitori. Nam sive curvatur acies, quod accidit molli; sive tardius penetrat, quod event in retuso et crasso ferramento, majore nisu est opus. Tum etiam plagæ asperæ atque inæquales vites lacerant: neque enim uno, sed sæpius repetito ictu res transigitur. Quo plerumque fit, ut quod præcidi debeat, perfringatur: et sic vitis laniata scabrataque putrescat humoribus, nec plagæ consanentur.<sup>2</sup>

<sup>b</sup> *Infirmissima*] Theophr. Hist. iv. 16. 'Ἀσθενέστατον ἢ μηλέα ἢ ἡρινή, καὶ τούτων ἢ γλυκεῖα.

<sup>c</sup> *Ut si quis pino*] Hoc etiam Theophr. loc. cit. de picea, quam ipse πίτων vocat: ἐάν τις τῆς πίτνος ἀφέλη τὸ ἄκρον, ἢ τοῦ φοίνικος. In palma porro<sup>1</sup> cacumen intellige, trunci cacumen, in quo cerebrum est: hujus enim decacuminatio integra quidem necem affert, ut dictum est xiii. 9. mutilatio levis, sterilitatem. Theophr. loc. cit. et de Causis, v. 24. pag. 349.

eunt enim, nec moriuntur. Ægrotant aliquando<sup>d</sup> et poma ipsa per se sine arbore, si necessariis temporibus imbres aut tepores vel afflatus defuere, aut contra abundavere: decidunt enim, aut deteriora fiunt. Pessimum est<sup>e</sup> inter omnia, cum deflorescentem vitem et oleam percussit imber, quoniam simul defluit fructus.

Sunt ex eadem<sup>f</sup> causa nascentes et erucæ, dirum animal, eroduntque frondem, aliæ florem,<sup>g</sup> olivarum quoque, ut in Mileto: ac depastam arborem turpi facie relinquunt. Nascitur hoc malum tepore humido,<sup>h</sup> et lento. Fit aliud ex eodem,<sup>i</sup> si Sol acrior insecutus inussit ipsum vitium, ideoque mutavit.<sup>30</sup> Est etiamnum peculiare olivis et vitibus, (araneum vocant,)<sup>j</sup> cum veluti telæ involvunt fruc-

—30 ‘Ideoque (forte adcoque) mucavit] Sic videtur scribendum, nam in vulgatis mutavit nullo sensu: mucavit, mucidas fecit vites ac uvas: de erucis est sermo vitem infestantibus. Cetera bene se habent in h. l. contra ac censebat Dalecampius.’ Nic. Heins. Vid. Adv. III. 1. p. 396. ‘Inussit ipsum, &c.] Ita codd. Regg. 1. 2. nec emendandum, inusserit . . . mutaverit, ut quibusdam placuit. Sol acrior urit erucas; tunc enim, teste Theophrasto, loc. cit. *disrumpuntur, ῥήγνυνται*, et pereunt. At mutatum tantummodo est vitium. Putrescentes enim erucarum phalanges quicquid germinationis reliquum erat in vitibus calida tæbe quandoque consumpsere; ut ipsa experientia Cl. Rezzonicum docuit.’ Brotier. Dalec. pro mutavit conj. duravit; vel necavit.

## NOTÆ

<sup>d</sup> Ægrotant aliquando] Theophr. loc. cit. totidem verbis.

<sup>e</sup> Pessimum est] Theophr. loc. cit. et de Causis v. 14. p. 338. unde Plinius ad verbum, quæ hic affert, transcripsit.

<sup>f</sup> Sunt ex eadem] Theophr. locis citatis. Erucæ, κάμποι, Chenilles.

<sup>g</sup> Aliæ florem] Hoc est, diversi generis erucæ. Theophr. Hist. IV. 16. Ἐν Μιλήτῳ δὲ τὰς ἐλαίας, ὅταν ᾧσι περὶ τὸ ἀνθεῖν, κάμποι κατεσθίουσιν αἱ μὲν τὰ φύλλα, αἱ δὲ τὰ ἀνθη, ἕτεροι τῶ γένει, καὶ φιλοῦσι τὰ δένδρα.


<sup>h</sup> Tepore humido] Austrino tempore, matido quidem, sed et eodem tepido: ὅταν ᾧ νότια καὶ τὰ εὐδεινά. Theophr. Hist. IV. 16.

<sup>i</sup> Fit aliud ex eodem] Ex eodem tepore humido aliud malum gignitur, cum Sol acrior consecutus ipsas erucas inusserit, et immutarit. Theophr. Hist. IV. 16. ubi de erucis. *Γίνονται δὲ, ὅταν ᾧ νότια καὶ τὰ εὐδεινά. Ἐὰν δὲ ἐπιλάβῃ καύματα, ῥήγνυνται. Nascuntur tempore austrino et tepido: et si sol acrior sit insecutus, rumpuntur. Sic vero ruptæ, alia jam ratione arbores ac fructus infestant, fitque vitium aliud hand levius priore. Non est hujus loci κράμβος Theophrasti, de Causis v. 13.*

<sup>j</sup> Araneum vocant] Hoc est, telam araneæ similem. Τὸ ἀράχνηον, Theophr. loc. cit. et Hist. IV. 17.

tum, et absumunt. Adurunt et flatus<sup>k</sup> quidam eas maxime, sed et alios fructus. Vermiculationem<sup>31</sup> et poma ipsa per se quibusdam annis sentiunt, mala, pira, mespila, Punica. In oliva ancipiti eventu, quando sub cute nati<sup>32</sup> fructum adimunt: augent, si in ipso nucleo fuere erodentes eum. Gigni illos<sup>n</sup> prohibent<sup>33</sup> pluvia, quæ fiunt post Arcturum: ° eadem si Austrinæ fuere, generant, in drupis quoque,<sup>p</sup> quæ maturescentes tum<sup>34</sup> sunt præcipue caducæ. Id riguis<sup>q</sup> magis evenit, etiamsi non cecidere, fastidiendis. Sunt et culicum<sup>r</sup> genera aliquibus molesta, ut glandibus, fico, qui videntur ex humore nasci, tunc dulci<sup>35</sup> subdito corticibus. Et ægrotatio quidem fere in his est.

Quædam temporum<sup>s</sup> causæ, aut locorum non proprie



—31 Nam et vermiculationem Vet. Dalec. Nam vermiculationem Chiffi.—32 Ita Harduin. 1. 2. 3. et recentt. quando subeunt nati Gronov. et vulgg.—33 Margo edd. Dalec. et Gronov. illos sub cute prohibent, e Theophr.—34 Ita codd. Harduini et Chiffi. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. tunc Gronov. et vulgg.—35 Margo edd. Dalec. et Gronov. nasci, gustu dulci, e Theophr.—36

#### NOTÆ

<sup>k</sup> Adurunt et flatus] Calidi videlicet venti, et æstivi. Theophr. Hist. iv. 17. Ἐπικαθεῖ δὲ καὶ καύματά τινα, καὶ ἐλαίαν, καὶ βότρυν, καὶ ἄλλους καρπούς.

<sup>l</sup> Vermiculationem] Theophr. loc. cit.

<sup>m</sup> Quando sub cute nati] Hoc est, sub pellicula, quæ fructum circumvestit. Theophr. de Causis v. 13. p. 338. Ἐὰν μὲν ὑπὸ τὸ δέρμα γένωνται, διαφθείρουσιν· ἐξεσθλοῦσι γὰρ· ἐὰν δὲ ὑπὸ τὸν πυρῆνα διαφύγωσιν, ὠφελούσιν. Quæ Plinius summa fide reddidit. Prius legebatur, quando subeunt nati.

<sup>n</sup> Gigni illos] Qui nempe sub cute gignuntur, ut ex Theophr. liquet, mox laudando.

<sup>o</sup> Post Arcturum] Post Arcturi ortum, de quo xviii. 74. Sic paulo ante post Vergilias dixit. Theophr. loc.

cit. Κωλύονται δ' ὑπὸ τῶν πνευμάτων εἶναι, ἢ ὑδάτων ἐπ' Ἀρκτούρω γενομένων. Et Hist. iv. 17. Κωλύεται δὲ ὑπὸ τῷ δέρματι εἶναι ὕδατος ἀπ' Ἀρκτούρου γενομένου.

<sup>p</sup> In drupis quoque] Theophr. locis cit. De drupis egimus xv. 2.

<sup>q</sup> Id riguis] Theophr. Hist. iv. 17.

<sup>r</sup> Sunt et culicum] Theophr. loc. cit. Ἐγγίνονται δὲ καὶ κνίπες ἐν τισὶ τῶν δένδρων· ὡσπερ ἐν τῇ δρυϊ, καὶ τῇ συκῇ, καὶ δοκοῦσιν ἐκ τῆς ὑγρότητος συνίστασθαι τῆς ὑπὸ τὸν φλοῖον συνισταμένης· αὕτη δὲ ἐστὶ γλυκεία γενομένης. Gignuntur et culices in quibusdam arborum: ut in robore et fico: et consistere ii ex humore videntur, qui subditus est cortice, dulcisque est, dum illi gignuntur.

<sup>s</sup> Quædam temporum] Theophr. loc. cit. totidem plane verbis.

dicuntur morbi,<sup>36</sup> quoniam protinus necant: sicut tabes cum invasit arborem, aut uredo,<sup>t</sup> vel flatus alicujus regionis proprius, ut est in Apulia Atabulus,<sup>u</sup> in Eubœa Olympias.<sup>v</sup> Hic enim, si flavit circa brumam, frigore exurit arefaciens, ut nullis postea Solibus recreari possint. Hoc genere<sup>w</sup> convalles et apposita fluminibus laborant, præcipueque vitis, olea, ficus. Quod cum venit,<sup>37</sup> x detegitur statim in germinatione: in oliva tardius: sed in omnibus signum est revivescendi,<sup>38</sup> si folia amisere: alioqui,<sup>39</sup> quas putes prævaluisse, emoriuntur. Nonnunquam<sup>y</sup> inarescunt folia, eademque revivescunt.<sup>40</sup> Aliæ in<sup>z</sup> septemtrionalibus, ut Ponto, Phrygia, frigore aut gelu laborant, si post brumam continuavere XL diebus. Et ibi autem, et in reliquis partibus, si protinus editis fructibus gelatio magna consecuta<sup>41</sup> est, etiam paucis diebus necat.

Quæ injuria<sup>a</sup> hominum constant, secundas<sup>42</sup> habent

//////////

‘Ita bene cod. Reg. 2. et Editio princeps.’ Brotier. Ita quoque Gronov. et al. vett. *dicantur morbi* codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt.—37 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. Miller. et Bipont. *Quod cum evenit* Franzius; *Quod cum evenerit* Gronov. et al. ante Harduin.—38 Gronov. et al. ante Harduin. *reviviscendi*.—39 Edd. vett. *alioquin*. Chiffli. *alioqui q. p. p. moriantur*.—40 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *reviviscant* Gronov. et al. vett.—41 ‘Ms. magna, vel abundantia magna consecuta. Lego, vel aquarum abundantia magna.’ Dalec.—42

#### NOTÆ

<sup>t</sup> *Aut uredo*] Cum arbores frigidus afflatus exurit, atque adeo aridas siccasque facit, ut ne Sol quidem tempusque longum afflicere ita possint: quocirca uredinem vocat: ἄνεμος ψυχρός: ἀποκάει γὰρ τὰ δένδρα<sup>t</sup> καὶ οὕτως αἶα ποιεῖ καὶ ξηρὰ, ὡς οὐδ’ ἄρ’ ὑφ’ ἡλίου καὶ χρόνου πολλοῦ γένοιτ’ ἂν διδὸ καὶ καλοῦσι κανθμόν. Theophr. loc. cit. cujus verba cave nunc existimes a Plinio reddi.

<sup>u</sup> *Atabulus*] Horatius I. Sat. v. 77. ‘Incipit ex illo montes Appulia notos Ostentare mihi, quos terret Atabulus.’ Terret, inquam, quoniam frugibus infestus. Alii ‘torret’ legunt, minus recte.

<sup>v</sup> *Olympias*] De hoc vento egimus II. 46. Circa brumam eum spirare prodidit Theophr. loc. cit. Ἐν Χαλκίδι τῆς Εὐβοίας Ὀλυμπίας ὄταν πνεύσῃ μικρὸν πρὸ τροπῶν, ἢ μετὰ τροπὰς χειμερινάς.

<sup>w</sup> *Hoc genere*] Theophr. loc. cit. Πονοῦσι δὲ μάλιστα τῶν τόπων οἱ κοῖλοι, οἱ αὐλῶνες, καὶ ὕσοι περὶ τοὺς ποταμοὺς, καὶ ἀπλῶς οἱ ἀπνευστότατοι· τῶν δένδρων δὲ μάλιστα σικῆ, κ. τ. λ.

<sup>x</sup> *Quod cum venit*] Theophr. loc. cit. plane ad verbum.

<sup>y</sup> *Nonnunquam*] Theophr. loc. cit. totidem verbis.

<sup>z</sup> *Aliæ in*] Theophr. loc. cit. In Mss. *aliæ inter*. Nos *in terris*.

causas. Pix, oleum,<sup>b</sup> adeps, inimica præcipue novellis. Cortice in orbem<sup>c</sup> detracto necantur, excepto subere,<sup>d</sup> quod sic etiam juvatur: crassescens enim præstringit et strangulat. Nec adrachne<sup>e</sup> offenditur, si non simul incidatur et corpus. Alioqui<sup>43 f</sup> et cerasus, et tilia, et vitis corticem mittunt, sed non vitalem, nec proximum corpori: verum eum, qui subnascente alio expellitur. Quarundam<sup>g</sup> natura rimosus cortex, ut platanis. Tiliæ renascitur paulo minus quam totus. Ergo his,<sup>h</sup> quarum cicatricem<sup>44</sup> trahit, medentur luto fimoque. Et aliquando prosunt,<sup>45 i</sup> si non vehementior frigorum aut calorum vis secuta est. Quædem tardius ita moriuntur, ut robora et quercus. Refert et tempus<sup>j</sup> anni. Abieti enim et pino<sup>k</sup> si quis

//////////

Ita Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz. *alias* Franz. *secum* Pintian. e V. C.—43 Ita Chiffli. Harduin. 1. et Bipont. *Alioquin* Gronov. Harduin. 2. 3. Miller. et Franz.—44 *Ergo* quarum corpus cicatricem

#### NOTÆ

<sup>a</sup> *Quæ injuria*] Genus alterum morborum in arboribus, inquit, illud est, quod ab hominum injuria oritur.

<sup>b</sup> *Pix, oleum*] Hæc a Theophr. de Causis v. 22. p. 348.

<sup>c</sup> *Cortice in orbem*] Theophr. de Causis v. 24. p. 349. et Hist. iv. 18. totidem verbis.

<sup>d</sup> *Excepto subere*] Theophr. πλὴν εἰ ἔρα φελλοῦ. Et sane placet hic naturæ solertiam demirari, quæ suberi ad decorticationem natæ arbori duplicem corticem attribuit: ut eo spoliata, adhuc convestita libro, non nuda remaneret. Vide quæ dicta sunt xvi. 13.

<sup>e</sup> *Nec adrachne*] In Mss. *andracle*. De ea egimus xiii. 40.

<sup>f</sup> *Alioqui*] Theophr. Hist. iv. 18. Ἐπεὶ καὶ τοῦ κεράσου περαιορεῖται, καὶ τοῦ ἀμπέλου, καὶ τῆς φιλύρας· ἐξ οὗ τὰ σχοινία, ... ἀλλ' οὐχ ὁ κύριος, οὐδ' ὁ πρῶτος, ἀλλ' ὁ ἐπιπολῆς· ὃς καὶ αὐτόματος ἐνίοτε ἀποπίπτει διὰ τὴν ὑπόφυσιν θατέρου.

<sup>g</sup> *Quarundam*] Theophr. loc. cit. Καὶ γὰρ φλοιοῦραγία μία τῶν δένδρων ἐστίν, ὡσπερ καὶ τῆς ἀδράχνης καὶ τῆς πλατάνου.

<sup>h</sup> *Ergo his*] His quibus cortex rimosus cicatricem facit, luto medentur, &c. Theophr. loc. cit. Διαπλάττοντες πληῶ, καὶ περιδοῦντες φλοιοῖς καὶ καλάμοις, καὶ τοιοῦτοις, ὕψως μὴ ψύχηται, μηδ' ἀποξηραίνηται.

<sup>i</sup> *Et aliquando prosunt*] Medicina ea prodest. Theophr. loc. cit. Καὶ ἥδη φασὶ πον φύναι ... Δεῖ δὲ ἅμα τῇ τῆς χώρας ἀρετῇ καὶ τῇ τοῦ ἀέρος κράσει τὰ ἐπιγενόμενα τοιαῦτα εἶναι· χειμῶνων γὰρ ἢ καὶ καυμάτων ἐπιγινόμενων σφοδρῶν, εὐθὺς ἀπόλλυνται. Etiam nonnunquam restitui ac regerminare sic aiunt. . . . Sed præter virtutem soli, temperamentumque calii, reliqua quoque respondeant opus est. Frigora enim, aut calores nimii si superveniant, statim intereunt.

<sup>j</sup> *Refert et tempus*] Hæc rursus ex Theophr. loc. cit. Διαφέρουσι δὲ καὶ ὄραι, κ. τ. λ.

detraxerit, Sole Taurum<sup>1</sup> vel Geminos transeunte cum germinant, statim moriuntur. Eandem<sup>m</sup> injuriam hyeme passæ diutius tolerant. Similiter ilex, et robur, et quercus. Quæ<sup>46</sup> si angusta<sup>n</sup> decorticatio fuit, nihil nocetur supra dictis. Infirmiores<sup>o</sup> quidem, et in solo gracili, vel ab una tantum parte detractus interimit. Similem et decacuminatio<sup>p</sup> rationem habet,<sup>47</sup> cupressi, piceæ, cedri: hæ enim detracto cacumine, aut ignibus adusto, intereunt. Similem et depastio<sup>q</sup> animalium. Oleam quidem etiam si lambat capra, sterilescere, auctor est Varro, ut diximus.<sup>r</sup> Quædam hac injuria<sup>s</sup> moriuntur: aliqua deteriora tantum fiunt, ut amygdalæ: <sup>t</sup> ex dulcibus enim transfigurantur in amaras.



Dalec.—45 Dalec. *hæc prosunt*.—46 Ita codd. Harduini et Chiffli. cum edd. Harduin. et recentt. *Quod Gronov. et vulgg. Mox, cod. Dalec. nocet supra dictis. Infirmioribus, &c.*—47 Dalec. *habent*.—48 *Pinus in tædam concisa margo*

## NOTÆ

<sup>k</sup> *Abieti enim et pino*] Hoc Theophr. de abiete et *πέυκη*, quæ alias ubique Plinio *larix* est, non *pinus*. Sed sunt arbores cognatæ *larix* et *pinus*, ut diximus.

<sup>1</sup> *Sole Taurum*] Recte. Nam Theophr. scripsit, τοῦ Θαργηλιῶνος, ἢ Σκιρροφοριῶνος. Hic ultimus anni mensis est, circa solstitium, ut Suidas prodidit: hunc Θαργηλιῶν antecedit: Maium igitur Theophrastus Juniumque designat, quod et Plinius facit. Sic rursum idem Plinius xvi. 41. ‘transiente Geminis Sole’ dixit, id quod Junio mense peragi intelligitur, ut illud Theophrasti exprimeret, Hist. Πι. 6. περὶ Σκιρροφοριῶνα λήγοντα, circiter diem Junii xxi.

<sup>m</sup> *Eandem*] Theophr. Hist. iv. 18. Τοῦ δὲ χειμῶνος πλείω χρόνον ἀντέχει· καὶ ἔτι μᾶλλον τὰ ἰσχυρότατα, καθάπερ πρίνος, καὶ ὄρυς. Quercum etiam Plinius addidit.

<sup>n</sup> *Quæ si angusta*] Theophr. loc. cit. Δεῖ δὲ καὶ τὴν περιείρεσιν ἔχειν τι πλά-

τος· πάντων μὲν, μάλιστα δὲ τῶν ἰσχυροτάτων· ἐπεὶ ἂν τις εὐτελῶς ποιήσῃ, οὐδὲν ἄποπον τὸ μὴ ἀπόλλυσθαι. *Latitudinem quoque aliquam decorticatio habeat oportet: omnium quidem, sed maxime robustiorem. Nam si angustam feceris, nihil mirum est si non interierint.*

<sup>o</sup> *Infirmiores*] Theophr. loc. cit. totidem verbis.

<sup>p</sup> *Similem et decacuminatio*] Hæc pariter a Theophr. Hist. iv. 19. et de Causis v. 24. p. 349. totidem plane syllabis.

<sup>q</sup> *Similem et depastio*] Theophr. Hist. iv. 19. et de Causis v. 25. p. 350.


<sup>r</sup> *Ut diximus*] Lib. viii. c. 76. et xv. 8.

<sup>s</sup> *Quædam hac injuria*] Theophr. de Causis v. 25. p. 350.

<sup>t</sup> *Ut amygdalæ*] Sic Theophr. de Causis v. 24. p. 350. Καὶ γὰρ ἡ ἀμυγδαλὴ πικρὰ γίνεται, κ. τ. λ. Et Palladius, in Januario, tit. 15. de Amygdalis: ‘Servandæ sunt a pecore, quia, si rodantur, amarescunt.’

Aliqua vero etiam utiliora, ut apud Chios<sup>u</sup> pirus, quam Phocida appellant. Nam detruncatio<sup>v</sup> diximus quibus prodesset. Intereunt<sup>w</sup> pleraque et fissa stirpe, exceptis vite, malo, fico, Punica. Quædam vel ab ulcere<sup>x</sup> tantum. Ficus<sup>48 y</sup> hanc injuriam spernit, et omnia quæ resinam<sup>z</sup> gignunt. Radicibus<sup>a</sup> amputatis mori, minime mirum est. Pleraque tamen non omnibus, sed maximis, aut quæ sunt inter illas vitales abscisis moriuntur.

Necant<sup>49</sup> invicem<sup>b</sup> inter sese umbra, vel densitate, atque alimenti rapina. Necat et hedera<sup>c</sup> vinciens. Nec viscum<sup>d</sup> prodest: et cytisis necatur eo<sup>e</sup> quod halimon<sup>50</sup> vocant Græci. Quorundam<sup>f</sup> natura non necat quidem, sed lædit odore, aut succi mixtura: ut raphanus,<sup>g</sup> et laurus, vitem. Olfactatrix<sup>51 h</sup> enim intelligitur et tingui odore<sup>52</sup>



edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.—49 ‘Mallem Necantur.’ Brotier.—50 Margo edd. Dalec. et Gronov. nec cytisis n. eo quem halimon, e Theophr. et cytisis, nec auro, quod alimon Gronov. et al. ante Harduin.—51 ‘Ita codd.

#### NOTÆ

<sup>u</sup> *Ut apud Chios*] Ἐνια δὲ καὶ βελτίω κολούμενά φασι γίνεσθαι, καὶ καθάπερ οἱ Χίοι τὴν ἔπιον τὴν Φωκίδα. Theophr. de Causis II. 20. p. 255.

<sup>v</sup> *Nam detruncatio*] Prodesse quidem palmarum generi cuidam, dictum est XIII. 9. Etiam et oleæ, adnascente stolone, qui in arborem adoptatur, quæ vetustæ succedat, libri hujus c. 29.

<sup>w</sup> *Intereunt*] Hæc pariter ad verbum Theophr. Hist. IV. 19.

<sup>x</sup> *Quædam vel ab ulcere*] Vel paulo altiore: et in profundo. Ἐνια δὲ, κὰν ἑλκωθῆ, καὶ μεῖζον, καὶ βαθύτερον ἀπόλλυται. Theophr. loc. cit.

<sup>y</sup> *Ficus*] Theophr. loc. cit. Συκῆ, . . . καὶ ἐξ ὧν δὴ τὰς ῥητίνας συλλέγουσιν, οἶον ἐλάτας, τερμίνθους.

<sup>z</sup> *Quæ resinam*] Ut abies, pinus, picea, larix, terebinthus.

<sup>a</sup> *Radicibus*] Theophr. Hist. IV. 20. Κοινῆ δὲ φθορὰ πάντων, κὰν αἱ βρίζαι περι-

κοπῶσιν, ἢ πᾶσαι, ἢ ἰαί πλεῖσται, καὶ μέγιστα, καὶ κυριώταται τοῦ ζῆν.

<sup>b</sup> *Necant invicem*] Theophr. de Causis v. 22. p. 347. Plinius XVI. 47. ‘Facit et densitas sterilitatem.’

<sup>c</sup> *Necat et hedera*] Vide quæ dicta sunt XVI. 62.

<sup>d</sup> *Nec viscum*] Theophr. loco proxime cit. Ἐπεὶ καὶ ἡ ἰζία δοκεῖ καὶ ὕλως τὰ ἐμβλαστάνοντα φθεῖρειν.

<sup>e</sup> *Et cytisis necatur eo*] Vide Notas et Emend. num. 39. De halimo dicemus XXI. 33.

<sup>f</sup> *Quorundam*] Theophr. Hist. IV. 20. totidem syllabis.

<sup>g</sup> *Ut raphanus*] Theophr. loc. cit. οἶον ἡ ῥάφανος καὶ ἡ δάφνη τὴν ἔμπελον. Theophrasto ῥάφανος brassica est: id quod raphanum appellamus, ῥαφανίς. Sed et de raphano id esse verum docebimus XIX. 26.

<sup>h</sup> *Olfactatrix [olfactrix]* Ita Mss. De vite loquitur. Theophr. loc. cit.



mirum in modum: ideo cum juxta sit, averti et recedere, saporemque inimicum fugere. Hinc sumsit<sup>i</sup> Androcydes medicinam contra ebrietates, raphanus ut mandatur<sup>53</sup> præcipiens. Odit et caulem,<sup>j</sup> et olus omne, odit et corylum,<sup>k</sup> ni procul absint, tristis atque ægra. Nitrum quidem, et alumen, marina aqua calida, et fabæ putamina,<sup>l</sup> vel ervi, ultima venena sunt.<sup>m</sup>

XXXVIII. (XXV.) Inter vitia arborum<sup>n</sup> est et prodigiis locus. Invenimus enim<sup>o</sup> sine foliis natas: vitem et malum Punicam stirpe fructum tulisse, non palmite, aut ramis: vitem, uvas sine foliis: oleas quoque amisisse folia baccis hærentibus. Sunt et miracula fortuita.<sup>t</sup> Nam et oliva<sup>p</sup> in totum ambusta revixit: et in Bœotia<sup>q</sup> derosæ a locustis<sup>r</sup> ficus iterum germinavere. Mutantur arbores<sup>s</sup> et colore,<sup>2</sup> fiuntque ex nigris candidæ, non semper prodigiose: eæ maxime<sup>3</sup> quæ ex semine nascuntur, ut populus alba in nigram transit. Quidam et sorbum,<sup>t</sup> si in calidiora loca



Regg. 1. 2. Male Editio princeps, *obfuctatrix*. Male eruditus Harduin. *olfactrix*. Brotier. Harduinum secuti Miller. Bipont. et Franz. Sic quoque Dalec. *olfactrix* Gronov. et vulgg. ante Harduin.—52 ‘Ita bene cod. Reg. 1. Male cod. Reg. 2. et Editio princeps, *extingui odore*. Male recentiores, *et tangi odore*. Brotier. *et tingui odore* etiam Chiff. *et tangi odore* Gronov. et al. vett. item Harduin. 1. 2. 3. Miller. Bipont. et Franz.—53 Ita codd. Harduini et Dalec. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et recentt. *raphanum mandatur* Chiff. *raphanum mundi* Gronov. et vulgg. *brassicam* margo edd. Dalec. et Gronov. e Theophr.

CAP. XXXVIII. 1 *Sunt miracula ac fortuitu* Chiff.—2 *Idem codex, colores*.—3 Ita codd. Harduini, Dalec. et Chiff. cum edd. Harduin. 1. 2. 3. et re-

#### NOTÆ

*Et angî* mox rectius, quam *et tangi*.  
Etsi in Chiff. *et tingui*.

<sup>i</sup> *Hinc sumsit*] Et hæc apud Theophrast. loc. cit. Sed *ῥαφάνου* nomine, ut monuimus, *brassicam* intellexit.

<sup>j</sup> *Odit et caulem*] Hoc est, brassicam.

<sup>k</sup> *Odit et corylum*] Unde præceptum illud Virgilianum manavit Georg. II. 299. ‘Neve inter vites corylum sere.’

<sup>l</sup> *Et fabæ putamina*] Theophr. de Causis v. 21. p. 347.

<sup>m</sup> *Ultima venena sunt*] Vitium.

<sup>n</sup> *Inter vitia arborum*] Vide Notas et Emend. num. 40.

<sup>o</sup> *Invenimus enim*] Hæc e Theophr. Hist. II. 4.

<sup>p</sup> *Nam et oliva*] Theophr. loc. cit.


<sup>q</sup> *Et in Bœotia*] Theophr. de olea simile prodigium, loc. cit. refert.

<sup>r</sup> *A locustis*] ‘Ἰπ’ ἀπτεράβων. Vide infra XXIX. 29.

<sup>s</sup> *Mutantur arbores*] Ex Theophr. loc. cit. et de Causis v. 8. p. 333.

<sup>t</sup> *Quidam et sorbum*] Theophr. Hist. II. 3.

venerit, sterilesce putant. Prodigio autem<sup>u</sup> fiunt ex dulcibus acerba poma, aut dulcia ex acerbis, e caprifico fici: aut contra: gravi ostento, cum in deteriora mutantur, ex olea in oleastrum, ex candida uva et fico,<sup>4</sup> in nigras: aut ut Laodiceæ, Xerxis adventu platano in oleam mutata: qualibus ostentis Aristandri apud Græcos volumen scatet, ne in infinitum abeamus: apud nos vero C. Epidii<sup>v</sup> commentarii, in quibus arbores locutæ quoque reperiuntur. Subsedit in Cumano arbor gravi ostento, paulo ante Pompeii Magni bella civilia, paucis ramis eminentibus. Inventum Sibyllinis libris interneccionem hominum fore, tantoque eam majorem, quanto propius ab Urbe postea facta esset. Sunt prodigia, et cum alienis locis enascuntur, ut in capitibus statuarum, vel aris, et cum in arboribus ipsis alienæ. Ficus in lauro<sup>w</sup> nata est Cyzici<sup>x</sup> ante obsidionem. Simili modo<sup>y</sup> Trallibus palma<sup>6</sup>



centt. *prodigiosa et maxime* edd. vett. et Gronov.—4 Alii ap. Dalec. *ficu*. Mox, pro *aut ut Laodiceæ*, quam lectionem ex codd. Regg. et Editione principe recepit Brotier, aliæ edd. habent, *ut Laodiceæ*.—5 Cod. Dal+c. *apud n. v. Cepidii*.—6 Chiff. *palmae*.—7 Ita e Vet. Dalec. restituit Brotier, cum

## NOTÆ

<sup>u</sup> *Prodigio autem*] Ex Theophr. Hist. II. 4.

<sup>v</sup> *C. Epidii*] In quibusdam Mss. *Cepidii*, male. Γάϊον Ἐπίδιον vocat Dio lib. XLIV. p. 244. Vide quæ in Auctorum Syllabo dicemus.

<sup>w</sup> *Ficus in lauro*] Sic laurum aliquando in platano provenisse refert Theophr. de Causis v. 4.

<sup>x</sup> *Cyzici*] De obsidione Cyzicenorum facta a Mithridate, vide Strab. I. XII. p. 575. et 576.

<sup>y</sup> *Simili modo*] Valerius Max. I. 6. 12. p. 47. ‘palmam viridem,’ inquit, ‘Trallibus in æde Victoriæ sub Cæsaris statua inter coagmenta lapidum justæ magnitudinis enatam.’ Refert hoc et Julius Obseq. c. 125. L. Paulo, C. Marcello Coss. biennio fere ante

Cæsaris Dictaturam. Dio quoque lib. XLI. p. 182. Simile miraculum istud est in quod egregie lusit Philippus Epigrammate non inficeto, Anthol. I. tit. 20. Φοῖβον ἀγνηναμένη ποτὲ Δάφνη, νῦν ἀνέτειλε Καίσαρος ἐκ βωμοῦ κλῶνα μελαμπέταλον. Ἐκ δὲ θεοῦ θεὸν εἶδεν ἀμείνονα. Δητὰδην γὰρ Ἐχρήρασα, φιλεῖ Ζῆνα τὸν Αἰνεάδην. Ῥίζαν δ’ οὐκ ἀπὸ γῆς μητρὸς βάλεν, ἀλλ’ ἀπὸ πέτρης. Καίσαρι μὴ τίκτειν οὐδὲ λίθος δύναται. Hoc est, interprete Grotio: *Cæsaris ex ara fundit sua germina Daphne, Quam frustra Phæbi sollicitarat amor: Mutatus meliore Deo Deus: oderat olim Latoiden: Latium nunc amat ecce Jovem. Radicem non fundit humus, sed saxæa moles: Cæsaribus partum non negat ipse lapis.*












University Of California, Los Angeles



L 007 625 733 6

SOUTHERN BR  
UNIVERSITY OF CAL  
LIBRARY  
LOS ANGELES, CALIF

UC SOUTHERN REGIONAL LIBRARY FACILITY



AA 000 404 910 2



